UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00296429 4

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

9245

RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN
BEGRÜNDET VON ALBRECHT DIETERICH UND RICHARD WÜNSCH
IN VERBINDUNG MIT LUDWIG DEUBNER HERAUSGEGEBEN VON
LUDOLF MALTEN-BRESLAU UND OTTO WEINREICH-TÜBINGEN
XXIII. BAND

DE PRIAPO

SCRIPSIT

HANS HERTER

MIT DREI TAFELN

VERLAG VON ALFRED TÖPELMANN IN GIESSEN
1932

Das Titelblatt für Band XXIII ist hier beigefügt

		Mark
H. Hepding: Attis. Seine Mythen und sein Kult. '03 . . .	(I)	9.—
H. Greßmann: Musik und Musikinstrumente im Alt. Test. '03	(II 1)	0.75
L. Ruhl: De mortuorum iudicio. '03	(II 2)	1.60
L. Fahz: De poetarum Romanorum doctrina magica. '04 . .	(II 3)	1.40
G. Blecher: De extispicio capita tria. Accedit de Babyloniorum extispicio Caroli Bezold supplementum. '05 . . .	(II 4)	2.15
C. Thulin: Die Götter des Martianus Capella und der Bronzeleber von Piacenza. '06	(III 1)	2.15
W. Gundel: De stellarum appellatione et religione Romana. '07	(III 2)	3.20
F. Pradel: Griechische und süditalienische Gebete, Beschwörungen und Rezepte des Mittelalters. '07	(III 3)	3.60
H. Schmidt: Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus. '07	(IV 1)	1.40
A. Abt: Die Apologie des Apuleius von Madaura und die antike Zauberei. '08	(IV 2)	7.50
Ph. Ehrmann: De iuris sacri interpretibus Atticis. '08 . . .	(IV 3)	1.35
F. Pfister: Der Reliquienkult im Altertum. 1. Das Objekt des Reliquienkultes. '09. 2. Der Reliquienkult als Kultobjekt. Geschichte des Reliquienkultes. '12	(V)	24.—
E. Fehrle: Die kultische Keuschheit im Altertum. '10 . . .	(VI)	vergr.
W. Schmidt: Geburtstag im Altertum. '08	(VII 1)	4.30
G. Appel: De Romanorum precationibus. '09	(VII 2)	5.50
J. Tambornino: De antiquorum daemonismo. '09	(VII 3)	2.70
O. Weinreich: Antike Heilungswunder. Untersuchungen zum Wunderglauben der Griechen und Römer. '09	(VIII 1)	vergr.
E. Schmidt: Kultübertragungen. '10	(VIII 2)	3.60
E. Müller: De Graecorum deorum partibus tragicis. '10 . .	(VIII 3)	4.—
Th. Wächter: Reinheitsvorschriften im griechischen Kult. '10	(IX 1)	4.—
K. Kircher: Die sakrale Bedeutung des Weines im Altertum. '10	(IX 2)	3.15
J. Heckenbach: De nuditate sacra sacrisque vinculis. '11 . .	(IX 3)	3.—
A. Bonhöffer: Epiktet und das Neue Testament. '11 . . .	(X)	30.—
O. Berthold: Die Unverwundbarkeit in Sage und Aberglauben der Griechen mit einem Anhang über den Unverwundbarkeitsglauben bei anderen Völkern, besonders den Germanen. '11	(XI 1)	2.—
J. Pley: De lanae in antiquorum ritibus usu. '11	(XI 2)	2.80
R. Perdelwitz: Die Mysterienreligion und das Problem des I. Petrusbriefes. Ein literarischer und religionsgeschichtl. Versuch. '11	(XI 3)	3.20
J. von Negelein: Der Traumschlüssel des Jagaddeva. Ein Beitrag zur indischen Mantik. '12	(XI 4)	14.—
R. Staehlin: Das Motiv der Mantik im antiken Drama. '12 .	(XII 1)	5.70

Fortsetzung auf der 3. Umschlagseite

RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN

BEGRÜNDET VON

ALBRECHT DIETERICH UND RICHARD WÜNSCH

IN VERBINDUNG MIT LUDWIG DEUBNER HERAUSGEGEBEN

VON

LUDOLF MALTEN UND OTTO WEINREICH

DREIUNDZWANZIGSTER BAND

1932

MIT DREI TAFELN

VERLAG VON ALFRED TÖPELMANN IN GIESSEN

Inhalt des dreiundzwanzigsten Bandes

Herter, Hans: De Priapo

699103
BL
25
R37
Bd. 23

Printed in Germany

DE PRIAPO

SCRIPSIT

HANS HERTER

MIT DREI TAFELN

VERLAG VON ALFRED TÖPELMANN IN GIESSEN
1932

RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN

BEGRÜNDET VON ALBRECHT DIETERICH UND RICHARD WÜNSCH
IN VERBINDUNG MIT LUDWIG DEUBNER HERAUSGEGEBEN VON
LUDOLF MALTEN UND OTTO WEINREICH
IN BRESLAU IN TÜBINGEN

XXIII. BAND

10.4.5[illegible]

PRINTED IN GERMANY

Manibus

Augusti Brinkmanni

Praefatio

De Priapi similiumque deorum cultu collectis quantum fieri posset et scriptorum et monumentorum testimoniis ut quaestionem instituerem iam pridem Augusti Brinkmanni consiliis permotus, cum anno 1926 de Atticis huius generis numinibus dissertationem edidissem, variis studiis muneribusque distractus nunc denique hanc commentationem absolvi, qua dei illius Hellespontiaci cultum in omnes partes illustrare fataque eius inde a prima origine enarrare studui. Quae scripseram ut in lucem edi possent, societatem litterarum Germanarum fautricem et amplissimum philosophorum universitatis Bonnensis ordinem magnam partem impensae praestitisse grato animo profiteor. Iis quoque, qui varia mecum communicaverunt, H. Abesser, H. Brinkmann, C. Clemen, F. Eichler, H. Fraenkel, H. Fuhrmann, J. H. Holwerda, H. Koethe, E. Krüger, H. Lang, W. Levison, K. Meisen, K. Ohly, H. Oppermann, K. Regling, E. Reitzenstein, G. Roeder, H. Schöne, gratiam habeo maximam, imprimis vero iis viris doctissimis, qui hanc seriem commentationum edunt, studiorumque meorum fautoribus benignis Ernesto Bickel et Christiano Jensen. Magistri autem A. Brinkmann †, C. Cichorius †, A. Elter †, F. Marx, F. Winter †, quam sapienter olim ingenii indolem et studiorum rationem direxerint, et in hac commentatione scribenda semper sensi et per omnem vitam sentiam; ex quibus huius quaestionis auctori suasorique praematura morte litteris erepto hunc librum sacrum esse volui, viro humanissimo Augusto Brinkmanno.

Bonnae.

Hans Herter.

Argumentum

Fata cultus Priapi enarrantur 1
Grammaticorum de Priapo testimonia gravissima 35
Caput I. De patria Priapi 38
Caput II. De nomine Priapi 43
Caput III. De fabulis Priapeis 62
Caput IV. De monumentis 95
Caput V. De Priapi simulacris 163
Caput VI. De Priapi officiis 201
Caput VII. De Priapi cultu 240
Caput VIII. Quae rationes Priapo cum aliis numinibus intercesserint 290
Excursus de Petronio 315
Index librorum quos saepius breviter indicavi 318
Index rerum et personarum 323
Index imaginum 334

Tabulae imaginum tres post p. 96 insertae sunt

Priapum, deum ithyphallicum terrae animaliumque fecunditatis auctorem, ut a theologia Hesiodea abesse Strabo XIII 587 Apollodorum secutus bene animadvertit, ita revera non ante Alexandri tempora Athenis[1] et Alexandriae notum fuisse cognoscimus: atque Atheniensium quidem animos tantopere in se convertit, ut Xenarcho, mediae comoediae scriptori, aptam irridendi materiam praeberet, Alexandriae Ptolemaeus Philadelphus eum in clarissima pompa Bacchica locum non ignobilem tenere voluit. In alias quoque regiones eum brevi tempore pervenisse exemplo Artemidori Pergaei docemur, qui cum Priapum in urbem Theraeorum sese venisse facit indicantem, ipsum videlicet eius cultum se attulisse gloriatur. Quod autem hic homo mirae religionis plenus deum advenam Lampsacenum dicit, testimonium est certissimum hanc urbem tunc vulgo patriam Priapi habitam esse, neque causa est cur ea aetate, qua cultus eius per orbem Graecum pervagari coepit, unde profectus esset homines compertum habuisse negemus. Haec igitur opinio posteris iure probata apud Romanos adeo fuit communis, ut si quis de Lampsaco loqueretur, Priapi facile mentionem iniceret. Strabo unus sive Apollodorus, cum Orneis eum fortasse ortum esse secum reputaret, docte ille quidem, sed erravit memoria veteris eiusdem generis dei deceptus. Consentaneum autem est Priapum non a Lampsacenis solis, sed etiam a vicinis cultum esse, quamobrem a poetis Hellespontiacus saepe vocatur: Percotae quidem oppidi nympha eponyma mater eius dicebatur, ipse ex cultu Parianorum cognomen traxit[2], oppidum denique Priapum ab eo denominatum

[1] Priapum iam antea in Attica fuisse titulo IG II² 1388 (II D 9) demonstrari non potest, cf. De dis Atticis p. 18s. Ceterum cf. infra p. 14 n. 1.

[2] In hanc urbem cultum Priapi a Pariis translatum esse iniuria credit Gruppe p. 313. A Phocensibus et Phocaeensibus Engel *Kypros* II 387 (cf. 463) eum repetiverat.

esse apparet. Lampsacenos vero eum plus quam ceteros deos veneratos esse et Paus. IX 31, 2 tradit et nummorum testimonio constat: illi enim Graecorum fere soli imagine eius argentum atque aes signaverunt, primo caput, deinde imperatorum aevo totam figuram repraesentare ausi, et ea ipsa aetate raro admodum aliorum deorum imaginibus admissis summotoque fere plane equo alato, qui antiquitus in nummis fuerat, Priapi imaginem tamquam pro signo urbis habuerunt, quam ab eo conditam esse iamiam praedicare coepissent. Neque tamen semper eum praecipuo ibi iure fuisse nummi iidem testantur, quippe qui non ante II. a. Chr. n. saeculum imaginem eius praebeant; accedit, ut V. saeculo nondum conditor urbis habitus esse videatur: ut enim Stephanus s. v. Λάμψακος antiquiorem Demosthene Bithynico auctorem huius rei non attulit, ita Charon fr. 6 M. (FHG I 33) coloniam Graecorum a Lampsaca nominatam esse tradidit[1], de prisci oppidi conditore videtur tacuisse. Etsi autem casui tribuendum esse existimo, quod in fragmentis nobilissimi huius rerum Lampsacenarum scriptoris Priapi mentio omnino non fit, id tamen dubitari non potest, quin ille ea demum aetate, qua apud alios Graecos nominis famam adipiscebatur, domi ad summam inter ceteros deos auctoritatem paulatim creverit. Tunc igitur Lampsaceni umbilicum cultus se tenere gloriabantur et Abarni in territorio suo deum natum esse haud gravate concedebant. Ceterorum autem oppidorum Hellesponticorum incolae, quos non minus eum ad divinos honores primum provexisse Strabo non ignoravit, illorum ambitioni cedebant, etsi tempus fuisse cum Lampsaceni suum deum improbius natum aspernarentur fabula invidiose inventa narrabant.

Ex hac igitur regione Priapum ad ceteros Graecos venisse [illegible] antiqui non ignorabant; venerat credo VI. a. Chr. n. saeculo pictor vascularius nomine Priapus, quem Asianum fuisse hominem inde apparet, quod in Graecia ipsa tunc ea consuetudo nondum fuit, ut dei nomine immutato mortalis quasi ipse deus esse vide[illegible] retur praedicari. Ex longe antiquioribus autem temporibus cultum Priapi apud Hellespontum celebratum esse ea re luculentissime comprobatur, quod oppidum Priapus more apud Graecos ante Alexandrum non usitato a suo deo nomen accepit; ex eadem autem re intellegitur olim eum clariorem fuisse quam iis saeculis,

[1] De hac historia cf. S. Eitrem *Beiträge zur griechischen Religionsgeschichte* III, Videnskapsselsk. Skrifter, Christ. 1919, Nr. 2 p. 161 ss.

quibus imaginem eius in nummis Lampsacenorum deesse videmus. Atque per maiorem etiam partem Asiae q. d. minoris antiquitus nomen eius vulgatum fuit, etsi in plurimas regiones hic cultus non ante Alexandri expeditionem videtur translatus esse: Bithynos I. iam dudum Priapo summos honores habuisse inde satis apparet, quod mensem e nomine eius in fastos addiderunt et potentiam tam late patere putaverunt, ut in bellis ab hoc deo auxilium exspectarent; antiquae denique memoriae id argumentum est, quod vocalem *e* in nomine non producte ut Hellespontici dixerunt, sed corripuerunt. Fuisse igitur video, qui speciose concluderent Priapum deum Bebrycum fuisse, qui olim antequam Bithyni in Asiam immigraverunt Troadem et Bithyniam possederunt.[1] Obstat tamen nominis ratio, cuius quae veteres tentaverunt II. veriloquia nullius pretii esse non miraberis; sed ne ea quidem satis arridere puto, quibus nostra aetate viri docti originem eius e Graeco sermone vel lingua Indogermanica repetere studuerunt, praesertim cum aut formam nominis illi apte explicare nequiverint aut rei ipsius parum rationis habuerint vel a falsis de vi ac natura Priapi opinionibus profecti sint. Itaque cum in nomine eadem radix appareat quae in compluribus nominibus vocabulisque Asiaticis inest, huius generis ut nomen ita ipsum deum esse persuasum habeo. Ergo Bebryces, quos Indogermanos fuisse constat, cultum Priapi non ipsi instituerunt, sed a priscis Asiae incolis acceperunt, quorum vestigia haud ita pauca in Troade restare Kretschmeri et Fickii studiis exploratum est. Neque ad summam quaestionis magnopere interesse existimo, utrum cultum Priapi antiquitus per Troadem Bithyniamque vel latius patuisse an in Troade ortum et postea in Bithyniam translatum esse putemus.[2]

[1] Primus hanc sententiam protulit Ed. Meyer *Geschichte von Troas*, Lips. 1877, 42 ss. (cf. *Geschichte des Altertums*[3] I 2, 738), deinde alii velut W. Tomaschek *SB Wien* 130, 2 (1894) 42; Kretschmer *Einleitung* 206; Wilamowitz *Reden und Vorträge*[3] 307[4] I 269 (cf. locos p. 11 n. 1 laudatos); Cumont 645; Leaf, Strabo on the Troad 75; Cook, Zeus II 464. Cf. Usener *Tychon* 26. A Graecis cultum Priapi institutum esse negant Busolt *Griech. Gesch.* I[2] 181. 271; Bilabel *Phil.* vol. suppl. XIV (1920,1) 103 n. 1; Bürchner, PW s. v. Lampsakos col. 592; H. Thiersch, Pro Samothrake *SB Wien* 212. 1 (1930) 16 n. 30. Cf. II B 3 p. 46 s.

[2] In dubio relinquo, num primo necessitudo Priapo fuerit cum Cabirorum cultu, quem antiquissimum Samothracae fuisse constat, cf. Busolt et Thiersch l. c. (n. 1).

Iam vero sicut nominis explicatione ad antiquissimorum temporum memoriam revocamur, ita cultum et simulacrorum genus eodem referre cogimur. Atque unum quidem fuit, quod cultus Lampsacenorum maxime proprium fuisse sciamus: illi enim asinos Priapo immolare solebant more perquam miro, qui a Graecorum consuetudine tantopere abhorrebat, ut hi cum Priapi religio per Graeciam propagabatur tale sacrificium non imitarentur variisque fabulis explicare studerent. Atque cum ceteri propter inimicitias Priapo hoc animal mactari fingerent, Lactantius unus intellexit asinum a Lampsacenis ob eam potissimum rem ad Priapum relatum esse, quod vi ac natura ab hoc deo haud diversus esse videbatur. Sed huiusmodi sacrificium adeo non Graecum ex barbarorum moribus relictum fuisse facere non possumus, quin nobis persuadeamus: quin etiam si reminiscimur, quam saepe hostiarum genere ipsorum deorum antiqua forma prodatur, fortasse olim asinum divinum fuisse conicere licet, qui postquam humanam formam paulatim nactus est, eius animalis sacrificiis gaudere coepit.

Hic tamen deus asininus non a principio Priapus fuit, sed confusus est cum altero deo, qui proprie hoc nomine appellandus videtur. Monumentorum enim posteriorum genera scriptorumque testimonia perlustranti apparet lignea simulacra omnibus temporibus Priapi ita propria fuisse, ut origo eius nos latere non possit.[1] Nimirum in arboribus numen divinum inesse propter vim crescendi innatam antiqui semper crediderunt; Priapum igitur, cuius signa Graeci sub arboribus ponere adamaverunt, olim in eis habitasse et δενδρίτην quendam sive ἔνδενδρον fuisse fortasse non incredibile est — sed si inter simulacra in ectypis picturisque expressa rudissima quaeque contemplamur, originem Priapi minus a vivis arboribus quam a caudicibus derivare cogimur, quos mira quadam vi plenos esse prisci homines sibi persuaserant. Horum lignorum sacrorum forma nonnumquam fortasse phalli similis fuit sive facta est, ut homines facile occultam illam vim ad ipsorum naturae exemplum animis sibi fingere possent; sed hoc non ad antiquissima tempora pertinet neque ubique hac ratione mentem humanam progressam esse credas oportet. Eo enim paulatim pervenerunt, ut stipites ad

[1] De his rebus in universum multi egerunt, cf. imprimis M. W. de Visser, De Graecorum diis non referentibus speciem humanam, spec. inaug. Lugd. Bat. 1900 (*Die nicht menschengestaltigen Götter der Griechen*, ibd. 1903). De Priapo cf. Wilamowitz *Sappho und Simonides* 35 n. 1.

humanam figuram informandos esse existimarent. Poterant igitur lignis vestitis personam dei praefigere, qua ratione Boeotii et Attici Bacchi prisca simulacra ad humanam similitudinem redegerunt[1]; sed cum huius rei in Priapi cultu vestigium servatum non sit, eam potius rationem Hellesponticos iniisse probabile est, ut haec membra ex ligno edolarent, quorum maxima erat vis, caput dico et phallum.[2] Iam vides hermarum formam primam natam fuisse: quodsi Winckelmannus sculpturae originem iure ad saxa et caudices in hanc formam dolatos rettulit, per Priapi simulacra amplam nanciscimur occasionem primos quasi gradus observandi, quos rudes homines in artificiis fecerunt rusticique omnibus temporibus redintegraverunt.[3] Facillime eius figura ex ligno bifurco nascebatur, sed poterat etiam ramus ut phalli loco esset trunco infigi; ex naturali autem lignorum flexura resupinus ille habitus ortus est, quo postea libidinem dei apte significari putaverunt, ut omnino haud pauca, quae posterioribus ad naturam eius accommodata esse videbantur (velut calvities), a priscorum fabrorum facultatibus tuo iure repetas. Nec vero dubito, quin iam antequam Graeci imaginem Priapi ad suae artis elegantiam redigerent, Asiani accuratius humani corporis formas expresserint. Femora quidem et crura quo modo posterioribus temporibus arte inter sese compressa solent esse, eodem modo ante multa saecula primum distincta esse dicas.

Iam vero in Priapo ipso, qui ex multis simulacris paulatim VI
cogitatione hominum unicus deus fiebat, qualis olim fuerit vis ac natura quaerentes praecipuo eius membro satis edocemur.[4] Phalli enim potentiam, quam in animalibus mire valere homines cognoverant, cum iam pridem ad ea quae terra gignit transtulissent, caudex divinus videlicet ut eiusdem utilitatis esset hoc ipso membro instruebatur. Ergo Priapi munus non modo ad terrae fructus, verum etiam ad animalia pertinuit, quamquam praecipue rura in tutela eius fuisse vel ex usu posterorum for-

[1] Cf. W. Wrede *Ath. Mitt.* LIII (1928) 66ss.: M. P. Nilsson *SB München* 1930, 4 p. 13s.

[2] Cf. Varr. Men. 583B., qui Stoicum deum sine capite, sine praeputio esse riserat.

[3] Cf. G. Wilke *Die Religion der Indogermanen in archäologischer Beleuchtung*, Lips. 1923, 211ss.; Val. Müller, PW s. v. Kultbild vol. suppl. V 499s.

[4] Cf. O. Jahn, Specimen epigraphicum, Kil. 1841, 65.

sitan recte concludas: quoniam autem regio Hellespontica hortis vineisque ditissima erat, eum etiam alibi imprimis hortorum vinearumque deum mansisse non mirum est. Iam vero Zoega [1] stipitibus lapidibusque sacris ab initio agrorum confinia designata esse putavit atque cum primo eorum beneficio fures inde arceri viderentur, postea eos ad phalli formam figuratos pro generationis symbolis habitos esse exposuit. At cum omnino si quis hanc sententiam in universum valere credat haud pauca contra proferri possint, tum illud quod primo fuisse munus Zoega sibi finxit a Priapo satis alienum fuit: nam etsi occasione data termini vice ille non aliter fungi poterat atque itinerum index vel viatorum patronus fiebat, id tamen unum proprium ac peculiare eius fuit, ut terrae fecunditati prospiceret. Hoc autem munus ut recte tueretur, rura non modo fertilia, sed etiam tuta reddere debebat: phalli nimirum vi his duobus officiis satisfieri poterat, quae quamquam re ipsa vix inter se separari possunt, cum illud ut ita dicam positive, hoc negative idem spectet, tamen olim homines cogitatione alterum ex altero derivaverant. Apparet autem positivam illam vim, non negativam priorem fuisse, quam rem viri docti non semper bene perspexerunt [2]: natura enim generandi vis phallo inest, ob eamque rem veteres cum non modo quam poterant grandissimum, sed etiam erectum in Priapi simulacris fingebant: posteriores procacitate quadam adducti ingenti magnitudine languidum membrum fecerunt. Durabant autem duo officia Priapi, quoad cultus eius vigebat, artissime inter se coniuncta [3], quamquam homines non semper de ambobus cogitabant vel verba faciebant. Atque paulatim ea vis latius patere et omnino bona prosperare, mala averruncare deus ithyphallicus coepit. Iam satis antiquis temporibus eum tamquam fines suos egressum esse maxime Bithynorum religio indicio est, apud quos cum artiore necessitudine iam pridem cum

[1] De origine et usu obeliscorum, Romae 1797.

[2] Priores decoris ratione aliquatenus ducti semper fere id unum exposuerunt antiquos phalli auxilio contra mala usos esse; videas exempli causa, quomodo Arditi, Il fascino, Neap. 1825, phallum illum explicaverit Pompeis repertum, cui subscriptum legitur *hic habitat felicitas*. Zoega, Bassirilievi II 165 n. 1 (cf. supra), de Priapo hoc modo iudicavit, rectius Jahn (cf. p. 5 n. 4) aliique velut M. P. Nilsson, Studia de Dionysiis Atticis, Lundae 1900, 93 n. 1; cf. H. v. Prott *Arch. f. Rel.* IX (1906) 93; S. Eitrem *Hermes und die Toten*, Christ. Vid.-Selsk. Forhandl. 1909, 5; Wilke l. c. (p. 5 n. 3) p. 11 ss. De Mercurio cf. VIII O not.

[3] Optime indicantur ab Augustino civ. dei VII 21 (cf. VII F 2 c*a*).

Marte coniunctus fuisset, una cum illo bellis patronus exstitit. Hoc sane alibi non est factum; sed etiam in regione Hellespontica iam ante Alexandri tempora provincia eius dilatata videtur esse: apparet enim apud maris accolas officia eius dei, cui inter terrae munera fontium aqua debebatur, facile ad mare transferri potuisse. Piscatoribus igitur praedam, nautis prosperam navigationem prospiciebat, quod apud Hellesponticos et Bosporanos usu venisse imprimis inscriptio piscatorum Callipolitanorum et Archiae epigramma testimonio sunt; ceteri Graeci Romanique, cum deis marinis abundarent, eos imitati fere non sunt. Denique mature homines Asianos deum terrenum mortuorum terra conditorum fecisse tutorem atque figura eius sepulcris imposita novam e terra vitam orituram sperasse veridissimile non est.

Tanti dei cultum Graeci coloni facere non potuerunt quin ab indigenis susciperent ne asinorum quidem sacrificio neglecto; tamen diu minus acceptum habuisse videntur aliorumque numinum imagines nummis imprimere maluerunt. Ita auctoritate eius nonnihil imminuta a rusticis eum pluris quam ab urbanis aestimatum esse dicas. Sed utut de hac re iudicandum videtur, m A
Graeci in suorum deorum familia eum collocare et cum iis numinibus, quae naturae eius maxime conveniebant, propinquitatis vinculo coniungere studuerunt. Quodsi Hellesponticos ut Priapum venerarentur vinearum feracitate commotos esse Strabo recte censuit, cum Baccho artiorem ei necessitudinem esse facile sibi persuadere potuerunt, praesertim cum huius quoque dei vim in tota natura atque etiam in amoribus valere crederent. Si quis autem iam antequam Ionum coloniae illuc deductae essent, Priapum ad Bacchum Asiaticum pertinuisse contendet, refutari vix poterit, quamquam id pro certo affirmandum est primo eum a Baccho diversum et plane alienum fuisse. Ex hoc igitur deo Hellespontici Priapum natum esse contendebant, de matre vero non ita consenserunt: plerique enim nympha aliqua eum ortum esse narrabant, cuius ab aliis alia nomina ferebantur; sed mox etiam Venus mater eius exhibita est, quae quamquam cum Baccho rarissime ab antiquis coniugio copulata est, tamen sua natura ab eo adeo non aliena erat, ut posterioribus temporibus allegorici facile explicare potuerint, quare talibus parentibus deus tam libidinosus natus esset.

Hac igitur ratione Priapus iam in patria sua, priusquam eum ceteri Graeci colere coepissent, suum inter deos Graecos

locum obtinuerat. Sed etiam figuram eius artifices arte elegantiore excoluerunt, quos Bacchi habitum ad eum transtulisse IV A nemo mirabitur. Testimonio sunt nummi Lampsacenorum, in quibus caput Priapi videmus ad patris similitudinem expressum coronaque hederacea redimitum, vestem eiusdem exemplo ad pedes usque defluentem, cantharum denique et thyrsum signorum loco additos. Sed dicat quispiam hos nummos post Alexandri tempora percussos ab Alexandrinorum arte pendere: interrogandus erit, qualem a Lampsacenis Priapum repraesentari potuisse existimet. Neque silentio praetermittendum videtur caput dei in tetradrachmis argenteis antiquae artis exemplo effictum esse, sicut omnino Priapi imagines antiquitatis vestigia saepe servaverunt et facile ad veterum artificum imitationem redigebantur. Iam vero cum in nummis Iulii Philippi figura Priapi intra templum conspiciatur, nummariis simulacrum quod a Lampsacenis colebatur imprimis exemplo fuisse apparet. Ergo iam in patria sua Priapum Bacchi similem fuisse probabile est, neque dubitari potest, quin cultus eius iam prius quam per orbem Graecum percrebrescere coepit aliqua ratione cum hoc deo coniunctus fuerit.

V C. VII G In phallo tamen religionis summa permansit, quem sancta caerimonia cultum venerantibusque revelatum esse praecipue duobus monumentis probatur, quae quamquam aetate Romanorum facta sunt, tamen antiqui cultus vestigium servaverunt. Omnino veste super membrum retecta artifices Priapum effingere in deliciis habuerunt, in quo gestu cum prisca religio insit, ex ipso cultu hoc argumentum sumptum esse apparet. Ergo iam apud Lampsacenos anasyrma q. d. in sacris ritibus fuisse concludendum est, praesertim cum in nummis eorum figura Priapi hoc habitu insignita sit. In ea re ab initio nihil petulantiae fuit, neque si homines, ut vi divina largiter patefacta potirentur, gestum dei imitatos esse conicias, eo opprobrio antiquiores cultores iure denotes, quod Martialis temporibus fortasse verius ad Lampsacenos pertinuit. Multa scilicet, quae postea turpia videbantur, olim seria mente agebantur, quaeque Romanorum aetate libidinis plena fuerunt pervigilia et mysteria, ad antiquam religionem veram atque sinceram referenda sunt.

Talis igitur Priapus Lampsacenus fuit: deus Asiaticus fecunditatis potens inter Graecos deos receptus et Graeca arte informatus, qui idem prisco cultu celebrabatur rusticorumque VIII G.o manibus more maiorum e ligno edolabatur. Huius dei natura

tam singularis fuit, ut periculum non esset, ne cum deis similibus confunderetur, quales imprimis Mercurius et Bacchus erant: ab illo vel materia idolorum seiungebatur, cum is e lapide, ipse e trunco arboreo ortus esset; hic quamquam non semper saxeus, sed olim saepe etiam ligneus fuit [1], iam pridem ad elegantiorem divinitatem excultus erat, quam ut idem Priapus esse existimari posset. Mansit igitur Priapus deus sui nominis suaeque notae non omnibus fortasse gratus acceptusque: inde ab Alexandri vero temporibus inter omnes Graecos clarissimus haberi coepit cultusque eius e patria per Asiam Graeciamque atque Romanorum denique aetate per totum fere orbem terrarum pervagatus est. Tunc igitur in multas regiones pervenit, ubi iam pridem similes VIIIC D.F dei ithyphallici colebantur.

Membrum enim virile ut rudium morum homines ubique fere pro numine et semper habuerunt et nostris temporibus haud raro habent, sic veteres Graeci summa religione non modo ita venerati sunt, ut maiorum deorum quos fertilitatis potentes credebant, imprimis Mercurium et Bacchum, membro erecto instruerent variisque modis in eorum cultu phalli signo uterentur, sed etiam peculiares sibi deos fingerent tentigine conspicuos aut singulares aut innumeris turbis cum paribus congregatos. Atque ex horum quidem numero qui Baccho ministrorum sive comitum loco addebantur Satyri et Sileni artificum beneficio ornati ac nobilitati sunt: singularium deorum fere ne nomina quidem servata sunt. Raro admodum accidit, ut in litteris certa vestigia talium deorum indagemus aut monumentis repertis novos cognoscamus deos velut Terponem, quem Antipoli coloni Massiliensium venerati sunt; eorum tantum deorum, qui in Attica colebantur, notitiam habemus etsi non accuratam, at paulo pleniorem ob eam maxime causam, quod poetae comici eos irriserunt horumque potissimum iocis permoti grammatici posteriores quae de iis comperta habebant collegerunt. Quamquam non defuerunt qui deorum res perquirentes cum de Priapo quaestio esset in hos deos inciderent, qui ante illum ab Atticis culti erant: Strabonis

[1] Quin etiam posterioribus temporibus rudia Bacchi signa lignea a rusticis in agris posita esse Max. Tyr. 2 (8), 1 testis est. Bacchum phallicae naturae, qua comites eius insignes erant, ipsum olim participem fuisse E. Buschor *Ath. Mitt.* LIII (1928) 104, negavit; at certe idoneus fuit, quocum dei ithyphallici vetustiores velut *Ὀρθός* coalescerent, cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 162.

quidem auctor doctissimus, quem Apollodorum fuisse paene certum est, cum Priapum talium numinum similem esse doceret, nomina trium qui gravissimi videbantur commemoravit, Orthanae, Conisali, Tychonis; atque Diodorus, ipse quoque de Priapo disserens, deum Lampsacenum Tychonis et Ithyphalli nominibus appellari memoriae prodidit. Inter quos deos Tychon fortunae auctor non in amoribus tantum, sed omnibus in rebus credebatur. Ithyphallus vero antea vocatus erat Phales, qui cum initio phallus fuisset in pompa Bacchi gestari solitus [1], mox ut proprius deus divino honore coli coeptus est. Accedit Aphroditus, qui a sollemni simulacrorum genere IV. saeculo Hermaphroditi nomen traxit et cum ex natura virili muliebrique mixtus esset, fictoribus occasionem dedit utriusque naturae nova arte in unum corpus confundendae, Hilaon denique, de cuius natura controversia apud antiquos orta est, cum uno loco Aristophanis memoria eius traderetur. Contra quae Plato comicus fr. 174 K. enumerat numina, non omnia huc pertinent, nam Canem Venatoresque, qui Piraei in delubro Aesculapii colebantur, iocose choro venereo adiunxit, Lordonem vero, Cybdasum, Celetem risus movendi gratia ab eo fictos esse vel nominum aperta turpitudo argumento est. Quorum commenticiorum numinum cum apud grammaticos non magis quam Orthagorae Aristophanei (Eccl. 916) mentio fiat, de ceteris deis tam probata horum fides est, ut vel ipsis eorum testimoniis satis constet totum illum gregem deorum ithyphallicorum revera in Attica cultum esse.

Tamen auctoritas eorum minor erat, quam ut Priapo, cum eius cultus afferretur, resistere ut ita dicam possent, quoniam homines, quorum potentissimi cuiusque dei opem invocare interesset, Priapum quam verbi causa Conisalum venerari malebant. Tamen hoc non ita fecerunt, ut Conisalum prorsus desererent, sed eundem Priapum esse pro similitudine naturae animos induxerunt, hunc autem quem unum esse credebant deum aut eo nomine quod potentiori fuerat appellare consueverunt aut amborum nominibus ita ut alterius nomen in cognomen abiret. Itaque si rem ipsam considerabis, duos illos deos non aliter uno nomine vocatos esse tibi persuadebis atque multos alios quos

[1] Phaletem in Attica antiquiorem fuisse quam Bacchum (cf. De dis Atticis 46ss. n. 1, nunc etiam Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 162) propter nominis perspicuitatem minus credo. Fortasse ad animalis formam hic deus nonnumquam figuratus est, cf. E. Buschor *Ath. Mitt.* LIII (1928) 96ss.

veteres grammatici eosdem esse docuerunt; hoc tamen interest, quod grammaticorum commenta plerumque in umbraculis manserunt, ea quae multi pari motu animorum decreverant ita in communem opinionem transierunt, ut deorum non modo nomina, sed etiam cultus inter se confunderentur. Cuius rei ab Usenero *Götternamen* 216 ss. in universum tractatae atque a multis observatae (velut a Wilamowitzio in libro quem de Isyllo scripsit vel Maltenio in libro de Cyrena) luculenta exempla habemus deos ithyphallicos, quos cum Priapi similes esse neminem lateret, Usenerus in libro quem de Tychone episcopo Cyprio eiusque quem credebat antecessore deo phallico supremum composuit p. 27 et Wilamowitzius pluribus locis[1] hos deos cum Priapo coaluisse unumque ex pluribus factum esse deum affirmaverunt. Hoc quin recte viderint non est dubium: eodem enim quo Priapum in Atticam venisse scimus tempore aequalium testimonia de his fere omnino deficiunt; quae posteriores proferunt, non ex vivo cultu, sed ex libris hauserunt. Attamen ut erat diversa eorum natura auctoritasque, non plane eadem sorte eos usos esse mirum non est: nam ut Hilaonem omittam utpote de quo paene nihil sciamus, Conisalus plane evanuisse videtur, itemque Orthanes proprio cultu Athenis celebrari desitus est, quamquam Imbri eum colonos Atticos usque ad alterum a. Chr. n. saeculum ut peculiarem deum colere perrexisse ex titulo in hac insula reperto didicimus[2]; Ithyphalli autem et Tychonis nomina cognomina Priapi facta sunt, hic tamen, cum provincia eius latius pateret, nequaquam totus in Priapum converti potuit, sed idem Mercurius habebatur, a quo ceteri alieni erant, et hoc nomine Magnesiam usque pervenit.[3] Proprius rursus Aphrodito locus, qui cum artificum operibus illustraretur atque ex barbaro monstro is quem novimus Hermaphroditus fieret, divinis honoribus paulatim orbatus est, id quod maiore Priapi auctoritate factum videtur esse, quamquam perfectus Priapus hic deus evadere non potuit.

Quodsi recte concluditur in Attica cultum Priapi tantum momentum fecisse, ut illorum deorum vernaculorum sive advenarum cultus aut toti aut partim cum eo coniungerentur aut detrimentum saltem gliscente eo caperent haud modicum, non minus

[1] *Textgeschichte der Bukoliker* 200 n. 1: *Sappho und Simonides* 35 n. 1: *Hell. Dichtung* I 49 n. 3 et p. 87.

[2] Imbro fortasse olim Orthanam Athenas venisse A. Körte mihi scripsit.

[3] Cf. C. Jullian, Rev. étud. anc. XXIX (1927) 170 ss. (et p. 93 s.).

eum in aliis regionibus ubicumque dei ithyphallici colebantur effecisse probabile est, velut Usenerus cognovit Orneis antiquum deum ithyphallicum nomen Priapi accepisse idemque simulacrum illud Priapi spectatu dignum in Helicone constitutum postea Priapi nomini addictum esse haud sine veritatis specie coniecit, quamvis quo tempore confectum sit ignoremus.

Quam facile talia numina Priapi nomen accipere potuerint, ex imaginibus deorum Atticorum, quae in vasculis compluribus inveniuntur, facile intellegi potest; in quibus non ipsum Priapum pictum esse plurimis viris doctis omnino in mentem non venit. Eo magis quaerendum videtur, quid naturae Priapi tam proprium fuisse putemus, ut hunc magis quam ceteros deos ithyphallicos ingeniis hominum, qui Alexandri temporibus fuerunt, convenisse probabile sit: eodem redit ea quaestio, qui factum sit, ut illa potissimum aetate Graeci cultum Priapi amplecterentur. Quam quaestionem cum proponeret, Jessen col. 2967 suspicatus est deum Lampsacenum ad religiones quasdam hominum eius aetatis ac studia nondum satis nota accommodatum fuisse; vereor tamen, ne princeps causa ab extraneis magis et adventiciis rationibus petenda sit. Per mercatores sane nautasque si cultum disseminatum esse putamus, mirum videtur cur non iam ante aetatem hellenisticam orbem peragraverit. Age potius reminiscamur ab Alexandro orientem tunc patefactum Graecos deos accepisse, suos Graecis misisse! Fortasse primus inter hos Priapus fuit, cuius patriam Macedones invaserunt, priusquam cum Persis ad Granicum congressi sunt[1]: Percotae noctem exercitus mansit, Lampsacus astutia Anaximenis servata esse dicitur[2], Priapus a civibus tradita est: ubicumque autem incedebant, Priapi simulacra in agris posita conspiciebant. Posterioribus vero annis cum Asia omni Graecorum generi pateret, nomen dei Hellespontici magis magisque percrebuisse probabile est. Atqui si similes deos in sua quisque patria venerabantur, nulla causa erat, cur illum propius ad sese pertinere putarent, nisi qua re potior visus esset; an omnino tum propter id ipsum, quod peregrinus fuit, Graecis eum acceptum fuisse dicamus?[3] At si quid video ad hunc modum alienus non fuit, unumque illud, quod

[1] Arr. Anab. I 12, 6 s. Cf. A. Janke *Auf Alexanders des Großen Pfaden* (Berol. 1904) 128 ss.; A. Baumbach *Kleinasien unter Alexander dem Großen*, diss. Jen. 1911, 21. 80. [2] Paus. VI 18, 3 s.; Val. Max. VII 3 ext. 4.
[3] Cf. Usener *Tychon* p. 26.

barbarum videri poterat, asinorum sacrificium dico, ceteri Graeci a Lampsacenis non receperunt. Quid ergo? Credebant Hellespontici Bacchi eum filium esse, qui deus hac ipsa aetate praecipue in Asia maiore studio coli coeptus est, praesertim cum Alexandri expeditionis auctor videretur.[1] Tantae autem venerationis quasi umbram filio eius accidisse paene consentaneum est. Certum vero argumentum inde peti potest, quod Priapus Alexandriam translatus et in deorum quasi publicorum numerum receptus est: a Ptolemaeis enim cultum Bacchi, a quo gentem regiam ortam esse inde ab Euergetae temporibus praedicabant, non modo non intermissum, sed etiam mirifice auctum esse satis constat.[2] In magnifica autem illa pompa, quam Philadelphus in honorem omnium deorum atque praeter ceteros Bacchi duxit, uno curru duae imagines Priapi nobili loco vehebantur, quarum utraque, ut proles Bacchica signaretur, hederae foliis ex auro fabricatis coronata erat. Ergo hac ratione Priapum ab Alexandrinis facile praecipuo honore affectum esse apparet: accedebant tamen aliae res, quibus magis magisque commendaretur: imprimis propter desiderium vitae rusticae, quod mirum quantum saeculum illud tenebat, non minus in deliciis esse coepit quam Pan, cui nonnullis rebus non ita dissimilis fuit. Sed multis etiam obscaenam eius figuram placuisse consentaneum est, quamquam non deerant, qui talem deum irriderent. Eos vero, qui in phallo magicam quandam vim inesse etiamtum credebant, Priapi imagines eo magis iuvabant, quod maiores dei prisco illo signo non iam instruebantur.[3] Ubi vero similes dei iam pridem colebantur, facile cum eo deo confundebantur, quem Alexandriae ad tantos honores provectum esse constabat. Athenis igitur, quo sicut multarum gentium numina confluere solebant, ita Priapus cito pervenit, facile deos aemulos Bacchi filius superavit. Atque brevi tempore nomen eius cultusque per totam

III B 4, VI E 2b

[1] G. Quandt, De Baccho ab Alexandri aetate in Asia Minore culto, Diss. Hal. XXI 2, 1913. Cf. A. D. Nock, Journ. hell. stud. XLVIII (1928) 21 ss.

[2] G. Lumbroso, L'Egitto dei Greci e dei Romani[2], Rom. 1895, 141 ss.: P. Perdrizet, Bull. Soc. arch. d'Alexandrie XII (1910) 62 ss.; W. Schubart *Amtl. Berichte aus den Kgl. Kunstsammlungen* XXXVIII (1916/17) col. 193 ss. *Ägypten* Berol. 1922, 88 s.

[3] Jessen col. 2967; Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 108 n. 1. Sarapidis religionem a Ptolemaeis creatam Wilamowitz *Textgeschichte der Bukoliker* 200 n. 1, comparavit, cf. W. Otto *Priester und Tempel im hellenistischen Ägypten* II (Lips. 1908) 276 n. 5.

Graeciam novaque eorum, qui Alexandro successerunt, regna percrebuit: ex ipsa patria eum in ceteras regiones Asiae insulasque ad oram sitas pervenisse probabile est[1], ibique tantam auctoritatem assecutus est, ut duae insulae ab eo nomen traherent atque etiam imperatorum aevo Petronius 133, 3 v. 2/4 arces ut ita dicam novae religionis nullas nisi in illis regionibus sitas enumeraret. Ad ceteros autem Graecos Priapi cultus facillime aut ex Attica transferri potuit — velut in Boeotiam atque Peloponnesum — aut ab hominibus Alexandrinis quoquo venerunt pervulgatus est, velut ab Artemidoro illo Pergaeo, qui cum Theram migrasset suos deos eo attulit Priapo eo minus neglecto, quod eum fortasse iam in patria sua cognitum habuerat cum Hecata coniunctum.

Alexandriam tamquam metropolim cultus Priapi fuisse, etsi quam fortuita utamur memoria rationem habueris, testimoniorum monumentorumque copia excussa negare non poteris. Illic enim cum praecipue artes ad summam laudem effloruissent, etiam Priapus, ubi primum publica auctoritate uti coepit, poetarum atque fingendi pingendique artificum opera studiisque celebratus est. Atque illi quidem mox fabulas de novo hoc deo excogitare coeperunt, ut eo facilius quasi in Olympum extolleretur et inter veteres deos certum locum obtineret. Prisca igitur illa quam Ptolemaei sanxerant cognationis ratione servata cum Bacchum patrem eius perhiberent itemque Lampsacenorum exemplum secuti Venerem apto coniugio cum eo copularent, id videlicet mirati, cur tam deformis pulcherrimorum parentum esset partus, causam in Iunonem contulerunt, quam non tantummodo Bacchum, ut sui patris adulteri culpam innoxius expiaret, gravi ira persecutam esse narrabant, sed etiam quem genuerat Priapum antequam nasceretur utero matris mala manu tacto foedasse finxerunt; quin etiam errorum socium comitemque natum illi addiderunt. Quae fabula quantopere placuerit, inde intellegas, quod prior eius pars variis modis aucta atque mutata, posterior in ipsa pompa Ptolemaei Philadelphi repraesentata est. Atque id quoque egerunt, ut tamquam vitam eius inde a primis incunabulis describerent, quomodo ex infante ille ad eam aetatem adolevisset, qua dei perfecti atque absoluti honores perciperet. Harum

[1] Cf. H. Osthoff *Arch. f. Rel.* VII (1904) 415 s. Iam ante Alexandri tempora per Asiam eum migrare coepisse (cf. J. H. Voss *Mythologische Briefe* II² (Stuttg. 1827) 350) testimoniis confirmari non potest, nedum extra posse inveniri credas, cf. p. 1 n. 1, etiam VIII P 1 not.

rerum in infantia et pueritia gestarum amplam memoriam, quam fortasse poeta quidam ad Bacchicarum rerum exemplum versibus enarravit, artifex quomodo tunc solebant serie imaginum complexus est, quarum nonnullae a sculptoribus posterioribus expressae diem tulerunt. Ita artis Alexandrinorum, quos divinae puerilitatis mirum quantum amatores fuisse inter omnes constat, egregium specimen ante oculos nobis propositum est. Sane huius dei, quamvis iusti numinis instar coleretur, forma obscaenior erat, quam ut fabellis Priapeis non turpiculi aliquid facile aspergeretur; sed horum poetarum erat obscaena ridendo gratiora reddere, quo fit, ut *παρῳδίαν* quandam in his rebus inesse sentiamus: quid enim illam seriem aliud esse dicas nisi Bacchi historiam variatam et in ridiculum versam? Eodem loco eae fabulae habendae sunt, quibus puellas cupiditate insatiabili persequi ferebatur. Nam qui Lotidem nympham in arborem mutatam divina ope libidinem eius vitasse fingebat, eam fabulam, quae de Apollinis et Daphnae amoribus narrabatur, imitatione expressisse manifesto apparet. Mox hac ipsa fabula simul explicare voluerunt, qui fieret, ut apud Lampsacenos Priapo asinus sacrificaretur; Lotidem igitur non deorum, sed beluae tam ridiculae beneficio servatam atque magnas inde huic animali cum Priapo inimicitias ortas esse finxerunt. loci non minus petulantis ea fabula plena est, quam ipsam quoque propter tam singulare victimarum genus excogitatam esse apparet, qua Priapus cum asino de membri magnitudine contendisse et victus victorem interemisse ferebatur. Hoc inventum Philico, poetae tragico illius aevi celeberrimo, deberi forte fortuna traditum est, quod postquam cum alia fabula coniunxerunt et a Baccho propter beneficium quoddam asinum illum astris illatum esse finxerunt, tandem ab Eratosthene in Catasterismos receptum est.

Patet igitur has fabulas omnes Alexandrinis aut certis argumentis vindicari posse aut ingenii illorum notam satis manifestam prae se ferre; sed etiam alia eius operae, quam illi Priapo impenderunt, documenta praesto sunt egregia. Atque III E 5
Sotadis quidem poemati, cui Priapi nomen inscriptum fuisse traditur, quid argumenti fuerit nescimus. Theocritum fabularum inventorem etiamnunc manifestum tenemus. Epigrammate enim III D 5
tertio Daphnin — siquidem Siculum illum, non quemlibet pastorem intellegi vult — non tantum a Pane, quem vulgo amatorem eius ferebant, sed etiam a deo Lampsaceno insidiis appeti

fecit. In primo vero idyllio, cum ad eundem illum adulescentem propter Veneris odium amore detrectato emorientem inter numina agrestia Priapum accessisse atque ingenio illius non bene perspecto ad suum amoris genus provocasse narravit, huius dei, cuius potentiam in re rustica itemque in amoribus valere tum inter omnes constabat, et rusticam ingenii tarditatem et incultam animi libidinem, eiusdem tamen benignitatem quandam a Panis moribus longe abhorrentem propriam esse significavit. Atque locorum agrestium, ubi Priapi simulacra ponebantur, exemplum praeclarum in eodem idyllio quasi oculis nostris proposuit: duo pastores, quorum alter carmine dulci mortem Daphnidis cantaturus est, dum pecora sub umbra arborum susurrantium pascunt, in rudi sedili prope fontem considunt Priapi et nympharum simulacra ex adverso spectantes. Eadem ars vere bucolica in depingendis locorum amoenitatibus conspicua in epigrammate quarto apparet, quod non a Theocrito ipso factum esse certa ratione demonstrari non potest. Ita tamen hic poeta rebus rusticis gaudet, ut non tantum loca ipsa hominumque agrestium ingenia, sed etiam simulacrum Priapi ab illis indocte factum non sine ioco aliquo accuratius describat.

Sed epigrammaticorum poesis rusticana ad obscaeniora converti poterat, cuius rei antiquissimus nobis testis Leonidas Tarentinus exsistit. Hic tria de Priapo epigrammata fecit, quorum duo (Anth. Plan. 261 et 236 = 48 et 49 Geffcken) agrorum custodiam huic deo mandatam spectant; tertio (Anth. Pal. X 1 = 50 G.) Priapus inducitur nautis vere ineunte suadens, ut ancoris sublatis funibusque solutis vela in altum dent. Haec epigrammata sicut ea omnia fere, quae in corpus Priapeorum Latinorum congesta sunt, si non in simulacris (vel sacellorum parietibus arboribusve sacris) inscripta fuerunt, at certe inscribi potuerunt vel potius quasi inscribenda essent a poeta conformata sunt; quin epigramma 49 G., quod a Leonida compositum esse veteres non certo sciebant, Latine redditum in hoc corpus receptum habemus (Priap. 24). Quaeritur igitur, quem auctorem Leonidas in hoc epigrammatum genere secutus sit an ipse huius generis auctor fuerit. Quam quaestionem Geffcken [1] ita aggressus est ut Anytae exemplum in huiusmodi carminibus in universum valuisse suo iure arbitratus rationem epigrammatum in Mer-

[1] *Leonidas von Tarent*, Lips. 1896 (*Jahrb. f. cl. Phil.* vol. suppl. XXIII) 82 et 135. PW s. v. Leonidas col. 2024.

curium divinum pastorem factorum (cuius generis Leonideum est Anth. Plan. 190 = 47 G.), ab ipso Leonida sive ab alio poeta ad Priapum translatam esse existimaret. Sed illud epigramma, quo caprarius simulacro Mercurii constituto sese gregem ab insidiis luporum munivisse proloquitur, argumento est satis diverso a Priapeis, quibus rusticus custos ipse loquens inducitur furibusque membrum erectum intentans; hoc igitur argumentum non ex Mercurii, sed ex ipsius Priapi rebus sumptum esse putaverim. Certorum auctorum nomina ex reliquiis poesis Priapeae eruere non possumus, id tamen confirmare licet Leonidam non primum epigrammata in simulacris Priapi inscribenda curasse, siquidem umquam eius Priapea inscripta fuerunt, sed Lampsacenos versus inscribere primos consuevisse, quibus Priapi munus tale, quale tum accipiebant, eos declarasse vel deum ipsum declarantem fecisse consentaneum est. Atque in illorum quidem territorio imagines Priapi per rura statuebantur, ut is mala averruncaret, bona prosperaret; apud illos igitur certe Priapea fuerunt verae atque severae religionis plena. Sed si olim fures potentia dei repelli credebantur, facete tamen excogitata est poena obscaenissima, quam membro erecto sese persecuturum esse minatur: fures enim si non religio, lignum inutile certe avertere non poterat. Talium autem facetiarum auctorem minus facile hominem Lampsacenum putabimus quam poetam iis aequalem, qui tot fabellas ridiculas turpiculasque de Priapo excogitaverunt. Leonidam si tam dicacem fuisse non credemus, ipse in numero eorum referendus erit, qui hunc iocum mutuati ex suo ingenio multis modis variaverunt atque magis minusve mutaverunt; tertio vero epigrammate, quo Priapum nautarum VII 53. deum induxit, ipse multos imitatores habuit, quorum epigrammata Anth. Pal. X 2. 4—9. 14—16 servata sunt.[1]

Sed ut ad Alexandrinos redeamus, ex alio Priapeorum genere Hedyli epigramma votivum Anth. Pal. VI 292 est, quo VI 53.
meretricum praesidi formaeque arbitro Niconoe dona Bacchica ponit, exemplum egregium moris modique huius poetae, qui Posidippo et Asclepiadi animo atque aetate aequalis fuit et recordatione annorum una cum illis iuveniliter consumptorum maxime

[1] Genere Leonideo Crinagoras dona Pani et Priapo oblata enumeravit Anth. Pal. VI 232, quod epigramma M. Rubensohn, Crinagorae Mytilenaei epigrammata, Berol. 1888, 46 ss., iniuria huius poetae esse negavit, cf. J. Geffcken. PW s. v. Krinagoras col. 1862 s.

VII 624 fruebatur.[1] Eidem haud male alterum huiusmodi epigramma anonymum Anth. Pal. V 199 tribuitur, quo Alexo pervigilio quod dicit peracto ornamenta amatoria Priapo quasi xenia dedicat.

VI C 2 Quid quod Priapum, quem a Veneris vulgivagae partibus iam tum alienum non fuisse his carminibus satis edocemur, eundem puerorum amori praefectum formae puerilis arbitrum exstitisse Aratus Anth. Pal. XII 129 testis est, siquidem recte a Wilamowitzio huius dei nomen in hos versus illatum esse censemus.

III D 4 Bor. Clarissimus denique in poesi Priapea Euphronius grammaticus fuit, qui non modo explicandis poetis comicis egregie operam dedit, sed etiam ipse in arte poetica tanta cum laude versatus est, ut quibusdam dignus videretur, qui inter poetas Pleiadis Alexandrinae numeraretur.[2] Is plenum videtur volumen carminum in Priapum confecisse, quae cum metro q. d. Priapeo composuerit, hinc nomen huic metro accessisse apparet, etsi nihil ille novavit, nisi ut modum a maioribus acceptum per plura carmina continuaret. De his carminibus valde dolendum est praeter

VIII D tres versus nihil reliquum esse nisi quod Priapum *Ὀρνεάιην* eum dixisse Strabonis testimonio scimus; quatenus posteriores ab eo pendeant, haud facile quispiam dicat. Feliciter tamen accidit, quod etiam Philopatoris temporibus, quibus Euphronius Alexandriae floruit, Priapi ipsius auctoritatem viguisse constat; namque tunc ipsum Bacchi cultus mirum quantum celebratus et pervulgatus est, quippe quem ille non propter publicas rationes, quas prioribus regibus magis curae fuisse haud iniuria putant, sed sincera religione summoque ardore amplexus esset.[3] Iam vero cum tres illi versus ex Priapeis Euphronii servati de mysteriis ‚novi Bacchi', i. e. Ptolemaei Philopatoris, sint, Priapum ad ea mysteria pertinuisse satis probabilis videtur coniectura.

Iis autem temporibus, quibus Romani orbis terrarum imperium affectabant, Priapi cultum evanuisse vel obsolevisse noli putare, etsi poetarum carmina rariora diem tulerunt. Atque Meleager quidem complura Priapea ex Leonida expressa coronae

[1] Cf. de Radinger, PW s. v. Hedylos 2; Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 144 s.

[2] Choerobosc. comm. Hephaest. p. 236 C.

[3] A. Rostagni, Neos Dionysos, Atti d. r. Acc. d. scienze d. Torino L (1914/15) 989 ss., ingenio consiliisque eius regis non plane satisfacere mihi videtur. Euphronium a sordibus abstinuisse vix negaveris; non bene C. Cali, Studi letterari, Taur. 1898, 33 ss., Priapea latina ab eius exemplo nullo modo pendere contendit.

innexuit, Antipatri Sidonii, qui priore parte alterius a. Chr. n. saeculi carmina fecit (Anth. Pal. X 2, cf. Leon. ibd. X 1)[1], Tymnae, de cuius aetate non constat (Anth. Plan. 237, cf. Leon. ibd. 236), denique, ut videtur, Archiae, qui circa annum 102 Romam pervenit (Anth. Pal. X 7 et 8, cf. Leon. ibd. X 1); poesin Priapeam talem, qualis a Lampsacenis incohata et a prioribus poetis imprimis Alexandrinis exculta erat, Romanis tradi videmus. Quae vero inscripta erant Priapea, non librorum memoriae mandata, sicut Lampsacenorum epigrammata omnia fere cum lapidibus lignisve perierunt; opportunissime igitur accidit, quod Hali- IV E
carnassi in basi simulacri iustum II. saeculi Priapeum detectum est, quo Priapus inducitur viatores in bivio haerentes quo tendant edocens proprio custodiae munere non deserto. Ipsum autem deum artifex genibus nixum fecerat, qui habitus in Priapi imaginibus tam singularis est, ut negari non possit eum Phyromachi signum imitatum esse, quod non modo tunc ipsum, sed etiam posterioribus temporibus ita admiratione non caruit, ut Perennius id in vasculis Arretinis exprimendum curaret duobusque fere saeculis post Apollonides epigrammate (Anth. Plan. 239) iocose explicare studeret, curnam ille Priapum tam miro habitu finxisset. Apparet igitur non modo Alexandriae Priapum aliquid valuisse, sed etiam in regno Pergameno eum tanti fuisse, ut ex clarissimis qui ibi fuerunt artificibus unus in hoc deo fingendo operam collocaret. Accedit figura in vasculo IV E 20 ficta; comparari etiam potest Hermaphroditi signum exemplo dei Lampsaceni se detegentis.[2] Omnino monumenta capite IV enumeranda qui oculis perlustrabit, alias inveniet imagines, quae ad artem Pergamenorum neque Bacchicarum neque rusticarum rerum neglegentem non sine causa referri posse videantur, neque in Seleucidarum regno alibive Priapum poetarum artificumque studiis destitutum fuisse credibile est. Alexandrinos vero ut in poetica ita in pingendi fingendique artibus ad Priapum exornandum plurimum contulisse a limine ut aiunt concedes, si considerabis, quanto honore quantaque veneratione deus Lampsacenus sub Ptolemaeis auctus sit.

---

[1] G. Rasche, De Anthologiae Graecae epigrammatis quae colloquii formam habent, diss. Mon. Guest. 1910, 49 ss.

[2] F. Winter *Altertümer von Pergamon* VII 2 (Berol. 1908) 220 s. nr. 257, cf. V C 5 not.

IV D–F Atque consentaneum est eos artifices, qui ibi Priapum primi imaginibus repraesentare instituerunt, Lampsacenorum simulacrorum exempla sibi proposuisse. Potuit autem hic deus aut tota figura exprimi aut in hermae formam abire bracchiis ex more illius aetatis adiectis. Potuit nudus fieri, sed vestiti habitus naturam detegentis aptior videbatur, qui variis modis excoleretur mutareturque. Videmus igitur vestem tumore phalli sustineri aut ipsius manu removeri. Fuerunt etiam qui Herculis hermas imitati utrumque Priapi bracchium veste tegerent, ita quidem, ut ille dexterum pectori applicaret, sinistrum leniore flexu ilium tenus demitteret manuque vestem adducens phallum aut totum aut ex parte nudare videretur. Plerique vero vim dei ita aperuerunt, ut utraque manu veste levata sinus fieret, quem facile more ad Alexandrinorum ingenium accommodato variis fructibus implere poterant, qua re tam bene dei frugiferi vis ac natura denotari videbatur, ut etiam posterioribus temporibus satis raro artifices id omiserint. Mox etiam pusiones nudos, qui etsi alis semper fere carent, tamen divinae stirpis videntur esse Amores, simulacris Priapi addere coeperunt atque per membra dei erepere vel in gremio sedentes pedibusve adstantes lusu atque lascivia paene luxuriare fecerunt; quod simulacrorum genus ipsum quoque ab Alexandrinis inventum esse non negabis, cum omnino nudorum Amorum illam turbam minutam iis maxime in deliciis fuisse constet. Fuerunt denique qui cum vestem ad pedes usque defluere vellent, ita Priapi naturam significare cogerentur, ut membri forma eius dei propria sub veste assurgere videretur. Huiusmodi autem imaginibus, quas impudiciores nescio an quispiam dixerit quam quae apertum phallum praebent, imprimis pueros illos nugaces addere adamaverunt atque duos potissimum pedibus dei adstantes vestem paulum allevare et curiositate quadam petulanti tantum miraculum intueri fecerunt.

V D–G Diversis igitur rationibus artifices universam dei frugiferi speciem magis minusve procaciter conformabant, sed etiam singula ad naturam eius accommodabant et personae varietatem vestitu atque habitu oris corporisque exprimere studebant. Atque cum Lampsaceni Priapum ad Bacchi similitudinem sibi finxissent, Alexandrinos eorum exemplum secutos esse consentaneum est. Tunc autem Bacchi ipsius habitus, etsi antiqua simulacra eius haud pauca in sacellis colebantur, ab artificibus plane mutatus et ex barbato illo iuvenis factus erat. Priapum igitur barba crini-

busque diligenter comptum longaque veste indutum tum magis quam ipsum Bacchum iis mollem effeminatumque visum esse non mirum. Sed cum hunc deum ex Asia venisse haud ignorarent, barbarorum, quorum mollitiam Graeci pridem despiciebant, habitum eius proprium esse haud ita falso animos induxerunt. Ergo ipsi Priapum, ut proprium aliquid haberet a Baccho diversum, et corpore et vestitu etiam magis mollem eundemque barbarum designare studuerunt. Nimirum exempla facile in viis urbis Alexandriae invenire poterant: quodammodo igitur Priapi figurae in iis imaginibus numerandae videntur, quibus illi qualia ibi cottidie ante oculos versabantur varia hominum genera quasi viva repraesentaverunt veritatemque egregie in simulacra transtulerunt. Atque primum quidem vultum libidinosum ad barbarorum similitudinem finxerunt, et maxime barbam, quam olim Bacchi exemplo in cincinnos nitide divisam habuerat, paucis villis magis minusve inculte descendentem fecerunt. Sed etiam membrorum totiusque corporis formam ad mollitiem quandam minime virilem redegerunt; numquam tamen eo processerunt, ut pectore plane muliebri Hermaphroditi similis fieret et utriusque sexus natura usus generationis omnem vim divinam complecteretur. In vestitu autem imprimis manicas, quibus fortasse vestis iam a Lampsacenis instructa erat, ad barbariem emollitam eos traxisse negari non potest, praesertim cum caput plerumque non Bacchi exemplo corona taeniaque ornatum vellent, sed panno quodam tectum, cui mitrae nomen fuisse credo. Sane etiam Bacchus eiusque turba latiore taenia insigniebatur, quae hoc nomine appellanda est, sed in Priapi imaginibus eam non modo simpliciter capiti circumdatam videmus, sed longe crebrius multiplici nexu circumplicatam aut etiam latius patentem seu κρηδέμνου exemplo effusam seu κεκρυφάλου modo artius compressam. Vides a mulierum cultu hoc tegumenti genus non longe abesse idemque barbari ingenii notam non dissimulare. Phrygia mitra sive tiara rarissime a Romanis Priapum insignitum invenimus; Ptolemaeorum prima aetate Bacchi filium, quem etsi ex Asia, tamen a Graecis advenisse sciebant, non plane barbarum neque e certa quadam gente ortum designare voluerunt. Posterioribus temporibus etiam ad Sileni sive Satyrorum similitudinem redegerunt, quamquam inter numina Bacchica dignitate quadam peculiari eminebat.

Omnino non plane desunt imagines, quae proprium separatumque a ceteris locum obtineant: optime quidem successit novandi variandique studium fabricatori signi IV G 10, qui idem veteris artis consuetudine in quibusdam rebus sese astrinxit; huic enim artificii generi Priapi imago eo magis accommodata fuit [1]. quod omnino haud pauca, quae priscorum rudiumque simulacrorum propria fuerant, quasi dei ipsius naturae debita ab artificibus conservabantur. Figurae aeneae IV G 3 speciem hac ratione ad barbariem quandam redactam esse vides; gemmarius autem IV D 89 Venerem Priapi signo archaistico nisam fecit, cum deis deabusve prisca simulacra saepe addi vidisset.

Nonnumquam artifices Priapum cum aliis numinibus consociaverunt. Herculem ebrium Omphalae servitio effeminatum eius umeris manum imponentem pictor Pompeianus IV G 13 fecit fortasse exemplar haud ita antiquum secutus: ipsum Priapum crapulae plenum a maenade sustentatum tardoque passu procevIIIP1 dentem arte lepidissima sculptor Graecus IV E 51 finxit. Saepissime vero cum Venere eum coniunxerunt, ita quidem, ut filius staturae brevitate a matre distinctus sive potius signum eius adminiculo esset deae seu pedem crepida exuenti seu comas madidas exprimenti seu omnino quovis gestu stanti; quin etiam cur primum additus esset, adeo non curabant, ut Venus eo niti desineret. Tertium non raro Amorem addiderunt, quem cum παράεδρον Veneris apud Graecos fuisse sciamus, dubium mihi videtur non esse, quin Priapum quoque Graeci in templis Veneris una cum illis saepe coluerint, id quod a Pompeianis postea factum esse constat.

VA.B Ita cum artifices Priapi figuram varietate multiplici conformarent, rustici vetere more dei nudi hermas dolare perseverabant, quorum exempla Theocritus epigr. 4 et postea Archias Anth. Pal. X 8 venustissime descripserunt, pictores fictoresque fideliter expressa multifariam oculis nostris proposuerunt. Qui quodammodo sicut antiquiores artifices sacras imagines ad veram earum speciem, non ad suae artis facultatem effingere cogebantur [2]; sed cum illi religione astricti fuissent, hi gaudio quodam rudis illius artis et aspectus magis minusve ridiculi

[1] Cf. R. Kekule *Die griechische Skulptur*[3], Berol. et Lips. 1922, 62; Brunn-Bruckmann, explicat. tab. 659. Cf. etiam supra p. 8.

[2] Cf. Ed. Schmidt *Archaistische Kunst in Griechenland und Rom*, Mon. 1922, imprimis p. 43. 64 ss.

ducebantur. Topia igitur ab ipsis Alexandrinis atque etiam VII B
Asianis sive eorum imitatoribus picta et metallis lapidibus
gemmis caelata simulacris vulgaribus Priapi abundant, atque
cum mox non modo quietem simplicitatemque ruris, sed etiam
solitudines atque adeo ruinas adamaverint, haud ita raro Priapi
hermas locis desertis atque etiam eversos videmus. Saepe cum VIII C
arta ei cum Baccho necessitudo intercederet, simulacra eius
Bacchicis quoque argumentis cuiusvis generis addebantur, id
quod nonnumquam arbitrio artificum factum esse apparet, saepius
tamen cultus consuetudine paene flagitatum videtur esse: ea
quidem sacrificia, quae in imaginibus a satyris maenadibusque
ei fieri videmus, revera in sacris Bacchi atque adeo in mysteriis,
quae aetate hellenistica mirum quantum vigere coeperunt, deo
Lampsaceno oblata esse concedendum est. Nec vero rustica VIII F
sacrificia, quae ipsi per se debebantur, artifices exprimere re-
cusaverunt, atque propter ipsius naturam potius quam propter VIII A
Veneris cognationem amoribus et libidinibus simulacra eius non
raro addiderunt.

Iam vero ut rem universam spectemus, Priapi effigiem a
Graecis informatam et excultam esse etiamnunc apertum est,
quamquam monumentorum nobis servatorum maxima pars Roma-
norum aetate confecta est. Inter Graecos porro sicut in poesi
Priapea ita in arte Alexandrinos principem locum tenuisse cer-
tissimo testimonio tot figurarum figlinarum in ipsa Aegypto IV C.
repertarum confirmatur, quae quamquam omnes fere non ante VIII A
imperatorum aevum factae sunt, tamen proprias quasdam ser-
vaverunt formas haud dubie ad Ptolemaeorum tempora revo-
candas. Figuli enim illi Graeculi speciem Priapi suae arti magis
minusve accommodare et cum dis quibusdam Aegyptiis con-
fundere solebant. Nimirum iam antiquissimis temporibus Graeci
numina Aegyptia vernaculis nominibus appellaverunt, velut
Osirim Bacchum vocaverunt et quae sunt similia: Ptolemaei,
cum Graecos Aegyptiosque in populi unius corpus coalescere
vellent eorumque religiones inter se coniungere studerent, deos
Graecos Aegyptiosque eosdem esse praedicare perseveraverunt.
Illa igitur aetate etiam Priapum inter deos Aegyptios exstare
contenderunt aut Hori nomine aut dei instar ithyphallici κατ'
ἐξοχήν, quem Chem vel Min vocabant. Sane neutra ratio per-
vicit, cum iam pridem Horum Amorem, Min Pana appellare
consuevissent. Nec tamen ex umbraculis virorum doctorum haec

profecta esse censebimus velut inventum eius, cui Priapus esse videbatur imago phalli, quam ab Isi, cum Osiridis membrum reperire non potuisset, hominibus venerandam propositam esse narrabant: immo vero si non ad religionem, at certe ad imaginem dei Lampsaceni sive Alexandrini contagio deorum Aegyptiorum pertinuit. Figuli enim nonnulli Priapum tamquam Horum sive Harpocratem finxerunt vel dei Min exemplo flagrum manu dextra attollentem fecerunt: multi etiam sive solum sive cum Venere coniunctum palmis dei Panopolitani propriis utrimque cinxerunt aut palmeo tecto receperunt. Faciem vero Besae saepe admodum similem reddebant, totumque deum nonnumquam pumilionem crassum phalli magnitudine gravatum effecerunt; ita fit, ut verbi gratia figuram IV C 3, si linguam proiceret, merum Besam putares. Ne a Serapide quidem alienus videtur fuisse, cum peculiare huius dei signum, modium dico, non tantum a figulis semibarbaris, verum etiam a Graecis Romanisque ei saepe tribuatur. Venerem vero cum eo coniunxerunt ex Graecorum quidem auctoritate, plane alia tamen ratione: illi enim haec duo numina ita inter se copulaverant, ut mater statura multo maior filio niteretur: Aegyptii eorum necessitudinem paulatim mutaverunt: Priapus enim grandior fiebat atque cum ad eandem magnitudinem pervenisset, pari loco esse coepit cum illa neque iam adminiculi vice fungebatur, sed amplexus deae maritales accipiebat atque reddebat denique.

Sed de Priapo Aegyptio hactenus: iam deum tanta gratia late florentem etiam virorum doctorum studia meruisse non est
Test. 1-4 quod miremur. Primum inter hos obtinet locum Apollodorus, qui cum in commentariis, quibus navium catalogum Homericum illustravit, de eo mentionem fecit, tum in libris, quos *περὶ θεῶν* scripsit, facere non potuit, quin eius rationem duceret, quamquam in vetustis fabulis et prisca religione Graecorum hunc deum deesse non ignorabat. Suo igitur more et veriloquiis, quae illorum temporum ratione ipse excogitavit vel a Stoicis sumpsit, et aliis argumentis sanioribus veram eius naturam indagare studuit et quaesivit, quanam ratione quoque loco homines ut divinis honoribus eum colerent adducti essent. Ut autem Mnaseam Patrensem, Eratosthenis discipulum, laudavit, qui Priapum cum Hermaphrodito confuderat, ita eorum sententiam commemoravit, qui deum Lampsacenum eundem Bacchum esse contendebant: quam sententiam num ipse amplexus sit, plane incertum

est. Genealogiam Priapi utramque ut solebat diligentissime proposuit, nec dubito, quin etiam fabulas de eo narraverit, quamquam ea memoria qua nos utimur certum vestigium operae eius relictum esse non videtur. Ne allegorica quidem Stoicorum commenta neglexit, quae nobis e Cornuti enchiridio et Porphyrii *περὶ ἀγαλμάτων* libello cognita sunt.

Iam vero ad aetatem Romanorum perventum est, apud quos Priapum inde ab Augusti temporibus non minore gratia floruisse quam apud Alexandrinos ubertate testimoniorum monumentorumque satis constat. Sed tempore longe antiquiore hic deus in Italiam migravit. Sullae quidem aetate iuvenis ille Ausonius, qui epi- VIII A 2a
taphium Graecum in Bionem scripsit, a Graeco poeta ‚Priapos' illos sumpsit, quos inter Satyros, Panas, Naidas praematuram poetae illius mortem lugentes fecit. Omnium autem Romanorum, qui Priapum commemoraverunt, primus Afranius togatarum inc.
scriptor prologum eum induxit, Graeci poetae exemplar ipse quoque secutus; atqui si quis Priapi cultum a Romanis tunc prorsus alienum fuisse animum inducat, ne surdis fabula dicta sit vereor. Neque deum plane ignotum mimographi irridere VIII A 2a.
potuerunt, siquidem hos iam ante Christum natum ad personam eius ridiculam gestuum dictorumque turpitudinem aptasse Buechelerus[1] recte suspicatus est. Hic igitur vir doctissimus, postquam Asia provincia Romanorum facta esset, Lampsaco eum Romam translatum esse censuit. Sed illa aetate deus Hellespontiacus patriae finibus sese iam pridem adeo non continebat, ut non minus facile ex aliis regionibus cultus eius Romanis afferri potuisse videatur. Et iam priusquam regnum Pergamenorum in ius atque dicionem Romanorum concessit, Priapus in Italia notus fuit: in huius rei testimonium afferat quispiam artis quaedam monumenta, imprimis cistam Praenestinam IV H 92, in qua thiasus Bacchicus effictus est, et vascula Calena in officina K. Atilii II. fere saeculo fabricata IV H 99, in quibus Panem et Amorem Venere inspectante luctari videmus prope hermam Priapi in rupe constitutum; accedunt duae aliae imagines Calenae IV H 100 et 101, quarum altera Bacchici argumenti est. Sane haec monumenta ex Graecorum exemplis imitatione expressa ad ipsorum Romanorum religiones nihil pertinere dicas: at non neglegendum et in Etruria et in Campania haud minime novum illum Bacchanalium furorem exarsisse, quem ut per

[1] *Kleine Schriften* I 329.

Magnam Graeciam serpsisse et Romam usque prodisse apparet, ita ipsum in Aegypto ortum esse R. Reitzenstein aliique suo iure statuerunt.[1] Philopatore enim regnante ingenti Bacchicae religionis studio Aegyptii flagrabant iisque ipsis temporibus Priapus in magno honore erat[2]: ergo cum Bacchi sacris quin Priapi cultus allatus sit, nihil dubito[3]; nam ut in antiquissimis illis imaginibus praecipue ad Bacchum pertinet, ita postea inter huius asseclas simulacrum eius saepe aptum locum habuit: afferre satis habeo imagines I. saeculo Arretii in fabrica M. Perenni factas IV B 3. E 21, ectypa picturasque domus prope Farnesinam detectae imprimis IV H 184, picturas clarissimas et pulcerrimas in villa ab Aurelio Item prope Pompeios effossa repertas, quarum inter argumenta ad Bacchi religionem pertinentia etiam sacrificium porculi est, quem Priapo Satyrus et Amor immolaturi sunt (IV H 182).

Una cum Bacchanalibus igitur Priapi nomen late per Italiam percrebuisse, tum paulatim eum suo iure uti coepisse probabile
VIIIC est. Postquam vero in ipsa urbe aetate Augusti in clariore luce versabatur, in municipiis neglegi non poterat, velut Aquileiae, ubi magna imaginum Priapearum copia inventa est, vel apud Pompeianos, qui deum Lampsacenum Veneris Amorisque societati tertium addebant, atque etiam in provinciis certe non a paucis tantum hominibus peculiari cultu eum celebratum esse
VIIIB puto[4], praesertim cum nonnullis locis eum cum vernaculis deis confusum esse conici possit.

[1] R. Reitzenstein *Arch. f. Rel.* XIX (1916/19) 191 ss.; *Die hellenistischen Mysterienreligionen*[3] 101 ss.; Wilamowitz *Platon* II 85; U. Wilcken *Arch. f. Pap.* VI (1920) 413 s.; C. Cichorius *Römische Studien*, Lips. 1922, 21 ss.; A. D. Nock, Class. Rev. XXXVIII (1924) 105 s.; W. Kroll *Neue Jahrb.* IV (1928) 530. — Tenney Frank, Class. Quart. XXI (1927) 128 ss., de Bacchanalibus, quae imprimis per captivos Tarentinos per Italiam dispersa esse credit, ita disputat, quasi haec ad Aegyptiorum studia nihil pertinere videantur; etiam Rostovtzeff, Mystic Italy p. 36 s. 112, ne artius quoquo modo has res inter se coniungendas esse statuat, videtur cavere. Ceterum Bacchica mysteria quaedam iam pridem in Italia celebrata esse consentaneum est (cf. M. Bieber *Arch. Jahrb.* XLIII (1928) 326 ss.; Wilamowitz, Studi Ital. VII (1929) 98 ss.; F. Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum*[3] (Lips. et Berol. 1931) 194).

[2] Cf. p. 18.

[3] Eandem coniecturam Cumont p. 645 proposuit (inde Maggi p. XIV). Priapum una cum Venere Romam venisse O. Weise *Die griechischen Wörter im Latein*, Lips. 1882, 315, suspicatus est. Sane iam ante Philopatoris tempora Priapum in notitiam Italorum hic illic venire potuisse quis praefracte negare audeat?

[4] Aliter iudicavit J. Toutain, Les cultes paiens dans l'empire romain I

Aptus autem fuit in Romanorum religione locus, quem Priapus obtineret. Hortorum quidem tutelam, quam Veneri prius mandatam fuisse scimus[1], facile ad eum deferre potuerunt; terrae fecunditatem multis omni tempore numinibus debebant[2], a quibus ille ea re differebat, quod propriam sibi habebat phalli erecti enormitatem. Qui vero unicus ex antiquissimis temporibus fuit VIII E apud Romanos deus eodem signo conspicuus, Mutinus Titinus[3], num terram aut omnia animalia curaverit, incertum est; quod quidem sciamus, humani generis fecunditati prospexit. Nam ante nuptias virgines, priusquam togam praetextam deponerent, huic deo in sacello in Veliis sito sacrificabant; inter ipsas autem nuptiarum caerimonias, ut fecundae fierent simulque a malorum numinum impetu immunes, dei phallum experiebantur, quem ritum immanem tempore cultuque procedente mitigatum esse ac postremo prorsus intercidisse tuo iure conicias; omnino denique in coniugiis opem eius valuisse consentaneum est. Tamen a Priapo per longum tempus loco moveri non potuit, quamvis iam Varro eos pro uno numine habuisset. Nomen enim Mutini Titini I. a. Chr. n. saeculo ita in ore vulgi fuit, ut forma eius vulgari pronuntiatione aliquantum mutaretur: Augusti demum aetate cultus eius paulatim evanescebat atque ad humiliores descendebat vel ab urbe ad rusticos secedebat, qui veterum morum tenaciores solent esse; in Veliis autem quod fuerat eius sacellum exauguratum et aris sublatis in usum profanum ab eodem Cn. Domitio Calvino commutatum est, qui regiam restituerat et religioni priscae renovandae enixam videtur operam dedisse. Apparet igitur Priapum neque in sacellum neque in cultum Mutini penetrasse, eius tamen auctoritate factum esse, ut aemuli arae desererentur.[4]

(Par. 1907) 372, quem secutus Calderini, Aquileia p. 118, ne Aquileiae quidem vere hunc deum cultum esse contendit.

[1] Cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 328; Wissowa *Religion und Kultus der Römer*[2] 289 n. 1 et 5. [2] Cf. Varro r. r. I 1, 5 s.

[3] Discedo enim a Fascino ‚deo' incertae memoriae (cf. VI E 3 b). In Liberi sacris Lavinii alibique antiquitus phallum cultum esse Varro tradidit (VII F 2 c α), quapropter ipsum olim phallum fuisse L. Deubner ap. Chantepie de la Saussaye *Lehrbuch der Religionsgeschichte*[4] II 440, coniecit. Haec sacra ut ipsum deum Altheim *Terra Mater* p. 18. 20 s. 22 s. n. 5; *Röm. Religionsgeschichte* I 96, ex Graecia derivare studuit.

[4] Iam Fiedler *Antike erotische Bildwerke* p. 13 s., Mutinum a Priapo summotum esse intellexerat, item Cumont p. 645.

Nempe Augusti aetate deus Lampsacenus maxime hominibus urbanis in deliciis fuit neque quisquam facile simulacra eius in VIIA3a hortis suis deesse passus est: iam Valerius Cato in ‚gurgustii' VIIB2a sui hortulis Priapum custodem posuerat atque ipse Maecenas, cum hortos illos aedificare coepisset, huius dei tutelae eos commendare non omisit. Sane publico honore non aeque fruebatur atque fructus erat Alexandriae, neque fere vera religione homines politiores eum coluisse quisquam sibi persuadebit; id enim si quaerimus, qua ratione nomen eius tum potissimum Romae adeo percrebuerit, exemplum elegantiae Alexandrinorum, quos hortorum amantissimos fuisse notum est, in hac quoque re valuisse et praecipue in poetarum studiis magnum momentum uisse apparet.[1]

Ut enim Graeci Romam veniebant, velut altero saeculo Antipater Sidonius, primo Archias Antiochenus, quorum uterque Priapea scripsit, ita ipsi Romani, cum in Alexandrinorum imitatione versarentur, carmina in Priapum facere coeperunt. II D41,9 Atque Catullum inter Romanos hoc genus incohasse non mirum: valde dolemus quae is metro sollemni ab hoc deo denominato fecit Priapea prorsus perisse, nisi quod alterius carminis quattuor primos versus metrici servaverunt et ex altero versiculi particulam Nonius excerpsit. Sine dubio Graecos auctores Catullus secutus est: tamen ipse fortasse cultum Priapi qualis a maioribus traditus erat in Bithynia vidit fueruntque, qui eum tum Lampsacum iter fecisse suspicarentur, quamquam non in ipso illo itinere eum haec carmina composuisse statui oportet.

II D46,7 Proximus in hoc poesis genere Vergilius nominandus est, quamquam de auctore trium illorum Priapeorum eius nomini adscriptorum 84—86 B. haudquaquam inter viros doctos constat. Maxima formae non minus quam argumenti elegantia Priapus custos irridetur, qualis tum in hortis agrisque constituebatur, ita quidem, ut quamquam singulorum anni temporum sacrificia in omnibus tribus carminibus similiter enumerantur[2], tamen et metri et ioci diversitate legentes quam maxime delectentur: VIII3 primo enim carmine deus inducitur anxius, ne ab ipsis agricolis

[1] Eius quoque rei, quod Caesarem sacris Liberi favisse scimus (Serv. Verg. buc. 5. 29, cf. Cumont in libro p. 26 n. 1 laudato p. 196 s.), hoc loco opportune reminiscaris. Etiam ex Asia tum sacra Bacchica reportabant (Cumont p. 197 s.).

[2] Baehrens, PLM II 33, hoc iis obiecerat, qui ea ab uno eodemque poeta facta esse contendebant.

tam parvi aestimetur, ut cremare se non vereantur: altero carmine glorianti, cum furem revera terrere non queat, vilicus opem ferre cogitur; tertio carmine simplex deus atque loquax pueros admonet, ut sui domini hortulo vineaque relictis vicini Priapi opibus manus rapaces admoveant.

Tales autem poetas multi imitati sunt; nimirum ex illis *versiculorum parum severorum scriptoribus nobilissimis*, quorum exemplo Plin. epist. V 3 (cf. IV 14) se ipse excusat, haud pauci fortasse Priapea fecerunt. Tibullo sane falso adscribitur Priap. 82, quod etiamsi in codice Cuiaciano revera fuit, certe ex lapide exscriptum est, qui prope Patavium in sacello Priapi fuit nunc deperditus; quod vero inter Vergiliana in nonnullis manuscriptis legitur carmen iambicum obscaenissimum Priap. 83, Tibulli esse etsi fortasse negari non potest, tamen ne demonstrari quidem. Certe maiore poemate I 4 amoris masculi Priapum induxit magistrum: nempe ut postea exemplum Ovidio praebuit artis amatoriae distichis condendae, ita ipse elegiam fecerat ex epigrammatum Priapeorum genere colloquii formam habente, conclusione tamen praeter exspectationem addita: in singulis rebus eum ab auctoribus hellenisticis pendere consentaneum est.[1] Etiam Horati sat. I 8, qua una cum Canidiae artibus magicis vanam Priapi custodiam ingeniosissime irrisit, ex epigrammate Priapeo quasi dilatata est.

Quam grata vero aetate Augustea ludicra haec poesis fuerit, maxime corpus Priapeorum indicio est, quod diem tulit. Inter haec 80 sive fortasse 81 carmina non pauca latere a claris poetis scripta Senecae testimonio verisimile fit tertium Ovidii[2] esse diserte affirmantis, quem poetam ne alibi quidem ab hoc deo abhorruisse nemo mirabitur. Nempe quod Priapus ipse, ut poe- VIII 54
mata sibi dedicentur, postulare dicitur, multi voluntati eius satisfecerunt, atque praeter Priap. 47 et praefatiunculas ab eo, qui carmina collegit, praemissas, quas tamen in ipso sacello legi scriptor simulat, omnia quae in hoc volumine insunt Priapea non modo ita facta sunt, ut sacelli parietibus vel arboribus

[1] Cf. F. Wilhelm, Satura Viadrina 1896, 48ss.; K. Prinz *Wien. Stud.* XXXVI (1914) 42ss.; Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 187 n. 1.

[2] Ovid. fr. 7 Levy (p. 196). Fuit inter epigrammata, quae adulescens ludens composuit (iniuria tamen E. Martini, Epitymbion Swoboda, Pragae 1927, 180, prius quam Amores ea facta esse contendit). Plura Priapea Ovidii servata esse demonstrari non potest (Teuffel-Kroll II 107).

sacris inscribi possent, sed etiam revera fortasse inscripta fuerunt: certa res est in carminibus 57 et 72, quibus ab altera manu verba subscripta erant, sicut Pompeis saepe factum esse videmus: carmen 14 etiam in lapidem transscriptum ad nos pervenit, ut Pseudo-Tibullianum illud, quod olim in lapide fuit, suo loco in hoc volumine poterat esse. Qualis vero ille deus est his carminibus ante oculos nobis propositus! Iam non tantum ridiculus videtur ut apud Vergilium et Horatium, sed etiam obscaenissimus — nusquam invenias carmina seriora, sed omnia in rebus venereis versantur aut saltem plena sunt irrisionis eo acutioris, quod deus ipse plerumque loquens inducitur et parum gloriosa de se ipse praedicat. Nec maiore auctoritate Priapus utitur in iis epigrammatis, quae postea a Martiale scripta sunt, neque fere alia res est apud eos, qui Romanorum aetate Graeco sermone Priapea condiderunt, ii quidem non modo ab Alexandrinorum exemplis pendentes, sed etiam cum Latinorum poesi artius coniuncti.

Horum carminum copia tam ampla Priapi eiusque cultus species proponitur haud ita diversa ab ea, quae apud hellenisticae aetatis auctores apparet, etiam magis tamen ad risus obscaenitatesque perversa; qua re fit, ut ruri eum saepius fures terrentem quam terram fecundantem videamus, in vita humana
VIII 1–2 amoribus potius prospicientem quam mala depellentem. In ea tamen re a veritate non deflexerunt, quod pauperum praecipue atque humilium hunc deum esse solent significare. Apud rusticos quidem haud mediocri auctoritate eum fuisse testes sunt Vergilius buc. 7, georg. 4, 110 s., Tibullus I 1, Horatius epod. 2, Columella 10, 29 ss. atque inter posteriores Calpurnius et Nemesianus, quos omnes non magis Graeca exemplaria expressisse quam res Romanas spectavisse consentaneum est. Accedunt varia monumenta, neque negari potest etiam tum inter agricolas pastoresque
VIII 2–4 fuisse, qui vera religione eum venerarentur atque colerent inter antiquiores deos loco concesso, Silvanum dico, Lares, Vertumnum, Nymphas quaeque alia fuerunt numina agrestia. Silvani plura monumenta dicas non modo in Italia, sed etiam per totum imperium servata esse quam Priapi; sed cum huius imagines e ligno edolari solerent, vestigia eius cultus pauciora nobis relicta esse non mirum est, neque facile negaveris, quod Crusius *Beiträge* 24, contendit, nullum fere agrum hoc custode caruisse.
VIII 1–2 Huic igitur deo primitias frugum atque etiam gregum offerebant;

quamquam hostiam raro mactabant nisi maiore officio eum obligare volebant, plerumque videlicet ea imploraturi, quae a Silvano expeti non poterant: namque quae oppidanis maxime VI placebat eius virtus, a rusticis ea aetate non magis contempta est quam a pastore illo Theocriteo. Atque cum in cultu rusticorum proprio simplicitas priscae religionis servata esset rudique more etiamtum simulacra dolarentur, Priapus ad huiusmodi cultum maxime idoneus fuit. Interque poetas qui deum falce VB politum ridebant, iidem propter antiquitatis exemplum Priapum admirari atque laudibus extollere poterant.

Rustici ipsi simulacra sua manu facta a numine ipso non VI B a semper satis distinxerunt atque cum a simulacro exspectarent, quae unus deus verus vivusque praestare poterat, risum movebant eorum, qui ligneum Priapum haudquaquam iustas poenas a furibus expetere posse videbant, quippe qui imagine eius adeo non terrerentur, ut non tantummodo falcem ei surriperent, sed etiam ipsum auferre auderent. Nimirum deus ab effigie V A 1 adeo non secernebatur, ut faber Horatianus dubitaret, utrum scamnum an Priapum faceret, vel vilicus quod dolaverat rude lignum appellaret: *tu Priapus esto!* Hac ratione vulgus eo per- VII A 3 ducebatur, ut singula simulacra pro singulis numinibus haberet atque Priaporum domesticorum multitudinem efficeret aliquatenus diversam a natione Priaporum, quam poeta quidam Graecus ad exemplum Satyrorum, Panum, Nympharum iam pridem sibi finxerat. Ut igitur ex titulis Liberum Kallinicianum, Silvanum Naevianum sim. novimus, ita in suo quisque agro suum Priapum sese habere poterat existimare, qui a Priapo vicini agri custode adeo diversus esse videbatur, ut non modo illius officia non tueretur, sed etiam fures hortaretur, ut suo ipsius agro relicto alterum ditiorem minusque vigilem fraudarent. Quin etiam duo vel plura simulacra ut iam pridem nisi imagines fallunt in eodem agro constituebantur, ita Priap. 52 pro portione deinceps officio funguntur, quod unius dei esse debebat.

Apparet igitur fuisse qui a notione dei singularis atque unigenae sensim recederent et suum quisque deum sibi conformare inciperent, qua ratione eo perveniri poterat, ut suum cuique simulacro numen inclusum esse videretur. At ea aetate plus valebant, qui caelestium turbam eo redigere conarentur, ut unum potius deum sectarentur. Priapus igitur non modo VII B cum Pane vel Sole confundebatur, sed etiam non minus quam

divi maiores indole haud diversa praediti, velut Liber, Silvanus, Pan, idoneus erat, qui Pantheus atque universi mundi creator rectorque putaretur omniumque deorum argumenta in se reciperet. In tali Pantheo parum gravitatis inesse quispiam dixerit[1]; at enimvero Iustinus, levissimus inter gnosticos ut Hippolyto videbatur at gnosticus, hunc potissimum deum sibi sumpsit, cuius nomine quem pro summo principio habebat τὸν Ἀγαθόν appellaret. Plures non nego Priapum sibi elegisse, quia ipsorum naturae proximus erat, velut Iulium Agathemerum illum, qui cum patris rerum sanctitatem atque potentiam colore Lucretiano celebrare coepisset, facile ad eas res descendit, quae ei VI D 2 maximae curae erant. Miro modo etiam in illo homine gravitas fuit cum petulantia quadam coniuncta, qui versibus sepulcralibus in Priapi tentiginem iocatus idem mortis et vitai unum hunc deum esse monuit. Ac ne tum quidem Stoici quique eos sectabantur Priapum prorsus indignum habebant, cuius imagini altiorem naturae vim subiectam esse praedicarent, atque sicut VIII H. VI E 3 cγ Arrianus eum Solem esse interpretatus est, ita Cornutus pro universo mundo habuit.

VII G Neque a sacris arcanis veriorem altioremque religionem ubique afuisse dicemus; plerumque tamen ut in illo hymno Agathemeri verba grandiora rebus turpioribus praetendebantur. Sicut Bacchi mysteria, in quibus Priapi aliquae partes erant, non semper pura mente ab iis qui thyrso digni erant agebantur, ita quae ipsi Priapo celebrabantur pervigilia ab illis quasi degenerasse videntur, quae quomodo acta sint, Quartilla sacerdos VI C 3 Petroniana testis idonea est. Eorum scilicet Priapus summus erat deus, quorum res a Petronio ita enarrantur, ut quae tum VII B 2 q saepe gesta sint facile cognoscas; neque raro Priapi sacella non minus turpia quam misera fuisse delubrum illud Crotoniense exemplo est, ubi publico honore hunc deum frui sacerVI C dotem gloriantem Petronius facit. Omnino Priapus omnis libidinis auctor divinus habebatur Hippolyto plane contrarius, II C 3 b. 4 nomen eius in contumeliam vertebatur et in ipsius membri II D 10 significationem abiit, inde a I. fere a. Chr. n. saeculo eum morbum, quem prius a Satyris denominaverant, priapismum vocare consueverant, ubicumque de rebus venereis sermo erat, cogitatio I E in Priapum incidebat, Lampsacus patria propter eum in mala

[1] Cf. Friederichs *Kleinere Kunst* 421.

fama versari coepit: Martialis quidem puellas Lampsacias malitiose carpit et Valerius Flaccus cum in navigatione Hellespontica describenda huius urbis mentione iniecta non aliter atque Ovid. trist. I 10, 26 Priapum commemorare non omitteret, quem Apollonius Rhodius silentio transierat, de moribus incolarum, quos Cic. Verr. II 1, 63 et 81 tantopere laudaverat, ex eorum dei natura coniecturam fecisse videtur.

Sed has res, quae in singulis huius commentationis capitibus sileri non possunt, hoc saltem loco longius persequi supersedeo: obscaenitas sane in cultu Priapeo ut in similibus cultibus omnibus a primo inerat, sed quae genuina olim fuit atque sacra ex severis opinionibus nata, paulatim lascivior facta erat.[1] Nihil igitur mirum patres ecclesiae hunc deum aut vehementer increpare aut saltem propter impotentiam ligneorum simulacrorum ab ipsis hominibus factorum ridere loco antiquo a paganis desumpto. Hinc id sane conici potest Priapi cultum tum satis vulgarem fuisse, praesertim cum Prudentius in eum invectus sit, quem ipsas res quales tum erant spectasse constat: nam alii saepe impugnaverunt, quae ab auctoribus paganis sumpserant, velut complures Mutini Titini cultum vituperaverunt, qui tunc vix usquam fuit, etsi Augustinum huius dei obsoleti loco nomen saltem Priapi substituisse videmus. Quod autem scriptis non semper assequi potuerunt, vi assecuti sunt: Lampsaci templum Priapi Parthenium episcopum sub Constantio destruxisse verisimile est[2], sicut Alexandriae inter eos deos, quorum sacra Theophilus episcopus Theodosio imperante aut delevit aut delusit[3], Priapum fuisse conicias. Frustra fuerant, qui antiquam religionem servare sive restituere conati erant, inter quos qui praecipuum locum obtinuit, Virius Nicomachus Flavianus, ne Priapi quidem oblitus erat. Tamen phallicas superstitiones Christianos diu non ubique radicitus tollere potuisse notum est[4]; ipsius Priapi cultum hic illic per posteriora saecula

V A I. C. VI A 2. C. VIII B 3

VI A 2

VIII E

V B 1

[1] Cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 160.

[2] Vita Parthenii 3 s. (Migne, Patrol. graec. CXIV col. 1349 ss.), cf. V. Schultze *Altchristliche Städte und Landschaften* II 1 (Gütersloh 1922) 375 s.

[3] Rufin. hist. eccl. XI 22 ss.; Socr. V 16 (Migne vol. LXVII col. 605 ss.); Sozom. VII 15 (Migne ibd. col. 1453 ss.); Theodoret. V 22; Eunap. vit. soph. p. 472. Cf. Fiedler *Antike erotische Bildwerke* 14; J. Geffcken *Der Ausgang des griechisch-römischen Heidentums*, Heidelb. 1920, 157 s.

[4] Legas velim W. Hamilton apud Knight p. 3 ss. (cf. F. G. Welcker *Bonn.*

VIII 2/3 permansisse etsi per se non improbabile videtur, tamen certo testimonio non confirmatur [1], quamquam VIII. saeculo Salerni principem illum Beneventanum non sine causa eo loco, qui Priapi olim sacer fuisse dicebatur, ecclesiam Petri et Pauli instituisse suspiceris.

Jahrb. XIV (1849) 44 s.; Weinreich *Antike Heilungswunder* 182 not.); F. Nicolai *Beschreibung einer Reise durch Deutschland und die Schweiz im Jahre 1781*, denuo ed. P. Wertheimer, Lips. 1921, 88; Bull. de la comm. des ant. de la Seine-inférieure IV (1876/8) 239 ss.

[1] Priapeae religionis aliquid sive hellenistica aetate sive posterioribus temporibus ad Germanos permanasse (quod imprimis H. Jungner, Gudinnan Frigg och als härad, Upsalae 1922, 144 ss. 196 ss., probare studuit) non satis demonstrari potest. cf. C. Clemen *Zeitschr. f. deutsche Philologie* LV (1930) 156. — Priapeorum ipsiusque Priapi memoria qualis recentioribus temporibus fuisset, multis exemplis indicavit C. Calì, Studi letterari, Taur. 1898.

Grammaticorum de Priapo testimonia gravissima

Cf. p. 24s.

1. Strabo XIII 1, 12 p. 587s.:

Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν· κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασίν, οἵπερ καὶ Ἄβυδον καὶ Προκόννησον συνῴκισαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν, οἱ δὲ Κυζικηνῶν. ἐπώνυμος δ' ἐστὶ τοῦ Πριάπου τιμωμένου παρ' αὐτοῖς, εἴτ' ἐξ Ὀρνεῶν τῶν περὶ Κόρινθον μετενηνεγμένου τοῦ ἱεροῦ, εἴτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τὸν θεὸν ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ σφόδρα εὐάμπελός ἐστιν ἡ χώρα καὶ αὕτη καὶ ἐφεξῆς ὅμορος ἥ τε τῶν Παριανῶν καὶ ἡ τῶν Λαμψακηνῶν· ὁ γοῦν Ξέρξης τῷ Θεμιστοκλεῖ εἰς οἶνον ἔδωκε τὴν Λάμψακον. ἀπεδείχθη δὲ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ καὶ Κονισάλῳ καὶ Τύχωνι καὶ τοῖς τοιούτοις.

Cf. Leaf, Strabo on the Troad 73ss.: huius commentationis p. 1s. 7. 9s. 24s. etc.

7ss. cf. VI B 1 *eβ*. 7 *ἡ* ante *ἐφεξῆς* non recte add. Meineke 11 *ὀρθάννῃ* libri meliores *ὀρθαγένῃ* unus. Cf. De dis Atticis p. 22s.

Egregia doctrina Strabonis ad Apollodorum referenda est, qui in versu navium catalogi B 571 explicando de Orneis priscoque cultu, quo ibi Priapum venerabantur, pluribus egerat, cf. Strab. VIII 6, 24 p. 382; in octavo enim Geographicorum libro conscribendo Strabonem imprimis Apollodorum secutum esse B. Niese, Mus. Rhen. XXXII (1877) 267ss., demonstravit, cf. Ed. Schwartz, PW s. v. Apollodoros 61 col. 2868: F. Jacoby, FGrHist Comm. II D p. 777.

2. Schol. Theocrit. idyll. 1, 21 (KGEAPT):

Πρίηπος νύμφης Ναΐδος Χιόνης καὶ Διονύσου υἱός, ὃν κτίσαι περὶ Λάμψακον ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασί. παρ' ἐνίοις δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ. καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας ὁ αὐτὸς φαίνεται·

ἔστι γὰρ οἷον βριήπνος διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις καὶ μέθαις ἐκ-
5 *βοήσεις. ἢ Πρίηπος ἀπὸ τοῦ προίεσθαι τὸ σπέρμα.*

1 *Πριαπος r. N. X. καὶ Δ. υἱός K Πρίαπος r. N. X. καὶ Δ. φησὶν υἱόν GEA τὸν Πρίηπον r. N. ἢ X. καὶ Δ. φασὶν υἱόν PT* 5 *Πρίηπος* om. *KGEA*. De verilocuiis cf. II B 1 ab, etiam c.

Schol. Dionys. Perieg. 576 (*ὡσαύτως δὲ καὶ Πρίαπος παρὰ Θεοκρίτῳ ὁ αὐτὸς* [sc. *τῷ Διονύσῳ*] *εἶναι λέγεται*) non Theocritum ipsum, sed scholiastam spectat. Theonem ut videtur, cf. C. Wendel *Überlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien*, Abhandl. Ges. Wiss. Gött. XVII 2 (1920) 46.

Ad Apollodori libros *Περὶ Θεῶν* scholiastae doctrinam recte referunt Bruno Schmidt, De Cornuti Theologiae Graecae compendio capita duo, Diss. phil. Hal. XXI 1 (1913) 79, et C. Wendel l. c. p. 94. Altera genealogia ab Apollodoro tradita inest in schol. 1, 81 (III E 2). De schol. 1, 3/4 cf. VIII J 2.

3. Schol. Lucian. Iup. trag. 6:

Πρὸς τῇ λοιπῇ δεισιδαιμονίᾳ μᾶλλον δὲ μανίᾳ τῇ περὶ τοὺς λεγομένους Θεοὺς καὶ Πριάπόν τινα Θεὸν εἶναι Ἕλληνες μεμυθολογήκασιν, ὃν οἱ μὲν αὐτῶν τὸν αὐτόν φασιν εἶναι τῷ Διονύσῳ ἐπι-
5 *θετικῶς αὐτοῦ τούτου δῆθεν Πριάπου καλουμένου, ἄλλοι δὲ Διονύσου μὲν υἱόν, μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης. Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς* (fr. 35 FHG III 155, cf. L. Preller *Ausgewählte Aufsätze*, Berol. 1864, 323) *Ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει, ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης*
10 *υἱόν, ἣ ἔρριψεν αὐτὸν εἰς τοὺς λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τῶν μηδέων αἰδοῖ ἐχομένη· εἶχε γάρ, φασί, γλῶσσαν μεγάλην καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον, λεχθῆναι δ' ἐπ' αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ, ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον.*

Exscripsit cod. Voss. ad dial. deor. 23.

5 *Διόνης* cod. Voss. *Χιόνης* ex schol. Theocrit. 1, 21 (test. 2) frustra intulerunt Hemsterhusius et Zoega, Bassirilievi II 165 n. 1. Dionen Venerem hoc loco fortasse dici Jessen col. 2971 non recte contendit, cf. III A 1. *Παταρεύς immo Πατρεύς* Rabe (sed *Παταρεύς* Ox. Pap. 1611, 129). 7 *ἑρμαφρόδιτον* Jacobitz, Müller, Preller, Rabe, Jessen, PW s. v. Hermaphroditos col. 718 s. (cf. Heinrich, De Hermaphroditis 33) non recte, cf. Bekk. Anecd. 472, 24 s. (VIII F). *Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης* E. Mehler, Mnaseae Patarensis fragmenta, Lugd. Bat. 1847 fr. 40 p. 40, cf. p. 102, praeter necessitatem (cf. Jahn, BJ 52 n. 18). 8 *ἢ* cod. Voss. *καὶ* codd. hoc loco. 9 *φασί* cod. Voss. *φησι* cett. codd.

Et quae initio exponuntur et Mnaseae sententiam doctrinae Apollodori deberi et comparatione test. 2 (et 4) et rationis ab illo viro doctissimo adhibitae vestigiis demonstratur. Quod

autem scholiasta ut fabulae narrandae initium capiat Veneris filium Priapum esse iterum monet — iteratione non modo molesta, sed etiam inepta, quoniam Hermaphroditus non minus Venere natus esse credebatur quam Priapus (cf. Diodor. IV 6, 5) — hoc indicio videtur esse ex alio auctore quae secuntur aliquando agglutinata esse; crassam certe allegoriam ad ultima antiquitatis tempora relegandam esse neminem negaturum esse spero.

4. Athen. I 54 p. 30 A/B:

Τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως ὡς Θριαμβος καὶ Διθύραμβος.

Hunc locum per Pamphilum ad *ἐπικλήσεων* syllogam quandam l. a. Chr. n. saeculo confectam redire G. Wentzel, *Ἐπικλήσεις*, Gott. 1890, III 5s. et VII 50, demonstravit, quam cum ille partim ex Apollodori thesauris collectam esse putavisset, nuper Wendel l. c. 93s. a Socrate Coo eam confectam esse ratus Apollodorum ex ea pendere statuit.

Ceterum Apollodorum Priapi res cum Bacchi rebus conexuisse inde verisimile mihi videtur, quod hos deos pro uno numine habuit aut saltem ab aliis haberi rettulit. De Apollodoro cf. praeterea VI E 3c.

5. Diodor. IV 6, 1ss. (exscripsit Euseb. praep. evang. II 2, 12—14):

Περὶ δὲ Πριάπου καὶ τῶν μυθολογουμένων περὶ αὐτοῦ νῦν διέξιμεν, οἰκεῖον ὁρῶντες τὸν περὶ τούτου λόγον ταῖς Διονυσιακαῖς ἱστορίαις. μυθολογοῦσιν οὖν οἱ παλαιοὶ τὸν Πρίαπον υἱὸν μὲν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, πιθανῶς τὴν γένεσιν ταύτην ἐξηγούμενοι· τοὺς γὰρ οἰνωθέντας φυσικῶς ἐντετάσθαι πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονάς. τινὲς δέ φασι τὸ αἰδοῖον τῶν ἀνθρώπων τοὺς παλαιοὺς 2 *μυθωδῶς ὀνομάζειν βουλομένους Πρίαπον προσαγορεῦσαι. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὸ γεννητικὸν μόριον, αἴτιον ὑπάρχον τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων καὶ διαμονῆς εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα, τυχεῖν τῆς ἀθανάτου τιμῆς. οἱ δ' Αἰγύπτιοι περὶ τοῦ Πριάπου μυθολογοῦντές φασι* 3 *τὸ παλαιὸν τοὺς Τιτᾶνας ἐπιβουλεύσαντας Ὀσίριδι τοῦτον μὲν ἀνελεῖν, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ διελόντας εἰς ἴσας μερίδας ἑαυτοῖς καὶ λαβόντας ἀπενεγκεῖν ἐκ τῆς οἰκείας λαθραίως, μόνον δὲ τὸ αἰδοῖον εἰς τὸν ποταμὸν ῥῖψαι διὰ τὸ μηδένα βούλεσθαι τοῦτο ἀνελέσθαι. τὴν δὲ Ἶσιν τὸν φόνον τοῦ ἀνδρὸς ἀναζητοῦσαν καὶ τοὺς μὲν Τιτᾶνας ἀνελοῦσαν, τὰ δὲ τοῦ σώματος μέρη περιπλάσασαν εἰς ἀνθρώπου τύπον, ταῦτα μὲν δοῦναι θάψαι τοῖς ἱερεῦσι καὶ τιμᾶν προσιάξαι ὡς θεὸν*

τὸν Ὄσιριν, τὸ δὲ αἰδοῖον μόνον οὐ δυναμένην ἀνευρεῖν καταδεῖξαι τιμᾶν ὡς θεὸν καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. περὶ μὲν οὖν τῆς γενέσεως τοῦ Πριάπου καὶ τῆς τιμῆς τοιαῦτα μυθολογεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Αἰγυπτίων. τοῦτον δὲ τὸν θεὸν τινὲς μὲν Ἡφαιστον ὀνομάζουσι, τινὲς δὲ Τύχωνα. τὰς δὲ τιμὰς οὐ μόνον κατὰ πόλιν ἀπονέμουσιν αὐτῷ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγροικίας ὀπωροφύλακα τῶν ἀμπελώνων ἀποδεικνύντες καὶ τῶν κήπων, ἔτι δὲ πρὸς τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν τοῦτον κολαστὴν παρεισάγοντες. ἔν τε ταῖς τελεταῖς οὐ μόνον ταῖς Διονυσιακαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις σχεδὸν ἁπάσαις οὗτος ὁ θεὸς τυγχάνει τινὸς τιμῆς, μετὰ γέλωτος καὶ παιδιᾶς παρεισαγόμενος ἐν ταῖς θυσίαις.

Ex compendio mythologico Diodorus pendet (Ed. Schwartz, PW s. v. Diodoros col. 675).

I. De patria Priapi

Cf. p. 1 ss.

A. Strabo p. 587 (test. 1 p. 35) dubitat, utrum Priapi cultum Orneis in regionem Hellesponticam translatum an in hac regione vini feracissima institutum esse verisimilius sit: atque hoc quidem opinioni vulgatae concessit, illud ipse sive auctor eius videtur suspicatus esse, cum Orneis cultum Priapi qui dicebatur perantiquum esse compertum haberet (cf. VIII E).

B. Imprimis Lampsaci colebatur (de hoc oppido cf. F. Bilabel *Die jonische Kolonisation*, Phil. vol. suppl. XIV (1920) 49 s. 239. 244 s.: Leaf, Strabo on the Troad 92 ss.: Bürchner, PW s. v. etc.).

Artemidorus IG XII 3, 421 c (VI E 2 a): *Πρίαπος ... ὁ Λαμψακηνός.*

Serv. Verg. buc. 7, 33: Priapus autem deus Lampsacenus est Hellesponti.

Priap. 55, 5 s.: patria mutabor et olim
ille tuus civis, Lampsace, Gallus ero.

Catull. fr. 1 M. (VII B 1 g):

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque . . ., Priape.

Val. Flacc. 2, 623 ss. (VII B 2 a):

Lampsacus, Ogygii quam nec trieterica Bacchi
sacra neque arcanis Phrygius furor invehit antris,
sed suus in Venerem raptat deus; illius aras
urbe super celsique vident velamina templi.

Lucian. dial. deor. 23, 2 Priapum Lampsaci Bacchum hospitio accipere facit, quoniam ibi quasi domicilium eius videbatur esse (cf. Schol.).

Eryc. Cyz. Anth. Plan. 242, 7 s.:

οὐ γὰρ ἐρημαῖον ναίεις ὄρος, ἀλλὰ παρ' Ἕλλης
ἠόνα τὴν ἱερὴν Λάμψακον ἀμφιπολεῖς.

Ov. trist. I 10, 26: te, ruricola Lampsace tuta deo.

Priap. 75 locis, qui in aliorum numinum tutela erant, Lampsacus Priapi sedes opposita fuit (Jahn, BJ 49 n. 9: Buecheler *Kleine Schriften* I 359; cf. O. Schissel v. Fleschenberg *Wien. Stud.* XXXIII (1911) 269 s.), id quod iam ii viderunt, qui hunc versum in extremo carmine interpolaverunt: *mortales tibi Lampsacum dicarunt*. Est autem catalogus simillimus apud

Sidon. carm. 9, 168 ss.:

Non divos specialibus faventes
agris, urbibus insulisque canto,
Saturnum Latio etc.
174 Argis Persea, Lampsaco Priapum.

Ath. I 30 A: *τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος.*

Prob. q. d. Verg. georg. 4, 110 s. (App. Serv. 387 H., cf. V D 3): In Hellesponto est Lampsacum oppidum, in quo Priapus formosissimus dicitur esse, quem cives eius colunt ut deum. Cf. Serv. et Filarg. Schol. Bern. Verg. georg. 4, 111.

Paus. IX 31, 2: *Λαμψακηνοὶ δὲ ἐς πλέον ἢ θεοὺς τοὺς ἄλλους νομίζουσι* (sc. *τὸν Πρίαπον*).

Pausania fortasse usus est Schol. Lucian. dial. deor. 23, 2 (Arethas), cf. C. Helm. De Luciani scholiorum fontibus. diss. Marp. 1908, 50 s.

Mart. XI 51, 1 s.:

Tanta est quae Titio columna pendet,
quantam Lampsaciae colunt puellae.

Idem XI 16, 3 Priapi cultum spectat, cum versum lascivum Lampsacium dicit.

Lampsacenorum proprium deum Priapum fuisse intellegitur etiam ex Hist. Apoll. reg. Tyr. 33 (p. 67, 9ss. R.): Addicitur virgo lenoni, a quo introducitur in salutatorio, ubi habebat Priapum aureum gemmis et auro reconditum, et ait ad eam ‚adora numen praesentissimum meum.' Puella ait ‚numquid Lampsacenus es?' Leno ait ‚ignoras, misera, quia in domum avari lenonis incurristi?' Recensio amplificata infra in editione Riesii repetita est (cf. V A 2 a).

Cf. fabulas III B 1. 5. 6.

De nummis cf. IV A.

C. Hellespontiacum vocat Priapum Verg. georg. 4, 111 eumque secuti (vocabuli collocatione servata) Ov. fast. 1, 440 et Petron. 139, 2 — hunc autem Sidon. carm. 23, 157 spectat — et Auson. Cup. cruc. 86; prosa oratione hoc vocabulum ad numerum heroum accommodatum Arnob. 3, 10 usurpat.

Longi deus Hellesponti Priapus ab Ovidio fast. 6, 341 appellatur; cf. Serv. Verg. buc. 7, 33: deus Lampsacenus Hellesponti.

Prudent. contra Symm. 1, 111 s.:

hic deus e patrio praenobilis Hellesponto
venit ad usque Italos sacris cum turpibus hortos.

Serv. de cent. metr. GL IV 465 versu Priapeo, quem ipse fecit:

Hellespontiacos tuum numen protegit hortos.

Catull. fr. 1 M.:

nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia, ceteris ostriosior oris.

Cf. Schol. Bern. Verg. georg. l. c.

Claudian. in Eutrop. 1, 256 (cf. VI C 3 g):

Hellespontiacis legio dignissima signis.

D. Colebatur Priapus ab incolis horum oppidorum in ora Hellespontica sitorum:

1. Priapi, quod fuit oppidum haud longe ab ostio Granici fluvii prope vicum Karabiga (vulgo Karaboga) situm (O. F. v. Richter *Wallfahrten im Morgenlande*, Berol. 1822, 425 s.; A. D. Mordtmann, Rev. arch. 1855, 757 ss. *Anatolien*, Hannov. 1925, 338 ss.; W. Tomaschek *SB Wien* 124, 8 (1891) 14; W. Judeich *SB Berl.* 1898, 550; A. Janke *Auf Alexanders des Großen Pfaden*, Berol. 1904, 135; F. W. Hasluck, Cyzicus, Cantabr. 1910, 97 ss.; C. F. Lehmann-Haupt *Klio* XV (1918) 429 ss.; Bilabel l. c. p. 49.

102 s.; V. Schultze *Altchristliche Städte und Landschaften* II 1 (Gütersloh 1922) 371 s.; Leaf p. 73 ss. De nomine cf. II C 1.

Strabo 587: *ἐπώνυμος δ' ἐστὶ* (sc. *Πρίαπος ἡ πόλις*) *τοῦ Πριάπου τιμωμένου παρ' αὐτοῖς*. Cf. Filarg. Schol. Bern. Verg. georg. 4, 111: in Hellesponto maxime colitur: nam civitas Priapus vocatur: similiter et Lampsaci colitur. (Cf. III B 5.)

Schol. Theocr. 1, 21: *Πρίηπος . . . . ὃν κτίσαι περὶ Λάμψακον ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασί.*

Hesych. s. v. *Πριηπίδος τε τῆς πρὸ Βοσπόρου πόλεως· Ἑλλησποντιακῆς. τὸν Πρίαπον τὸν Διονύσου καὶ Περκώτης φασὶν οἰκίσαι.*

πόλεος Bergk. *ἣν* ante *τὸν Πρίαπον* inseruit Musurus *commode* (Schow), sed non necessario. *Περικότης* cod. corr. Favorinus. *Περκώτην* Heinsius. *οἰκῆσαι* cod. corr. Heinsius.

Poeta ab Hesychio laudatus (fr. iamb. adesp. 2 D.) nomen oppidi novavit; vulgo territorium huius oppidi solito more Graecorum *Πριαπίς* vocabatur (Steph. Byz. s. v. *Πρίαπος* = Herodian. I 98, 6 L.). Hesychius ut verba poetae explicet accuratius ubi haec urbs sita sit definit; addit, quod Palmerius recte explicavit, Priapum, filium Bacchi et Percotae (nymphae), eam condidisse: Heinsio auctore si *Περκώτην* eum scripsisse putaremus, satis mirum hoc additamentum videretur, quoniam neque deus Priapus neque oppidum Percota in verbis poetae ipsis insunt. Cf. II D 3.

2. Parii, quod prope vicum Kemer fuit (v. Richter 427 ss.: Mordtmann *Anatolien* 345 s.: W. M. Ramsay, The historical geography of Asia minor, Lond. 1890, 160. 163: Tomaschek 14 s.; Judeich 548 s.; Janke 135; Bilabel 49. 184; Schultze 372 ss.: Leaf 81 ss.).

Hesych. s. v. *Παριανός· ἐξ ἐπιθέτου Πρίαπος.*

Eodem facit, quod Strabo 587, quem Dindorfius recte ad Hesychii glossam adhibuit, cum vinearum feracitatem causam Priapi colendi hominibus attulisse explicat, praeter oppidum Priapum territoria Lampsacenorum et Parianorum vini feracissima esse confirmat. Cf. VI B 1 e *β*.

Praeterea cf. VI B 5 b *δ*.

In nummis Parianis priscum simulacrum Priapi iuxta Amoris signum Praxiteleum effictum esse Leaf p. 84 suspicatur; sed neque Priapus certo agnosci potest neque communionem cultus ei cum prisco Amore ibi fuisse traditum est, nedum Kaibelio *GGN* 1901, 507, auctore ab illo eum diversum non fuisse credi possit.

De suffixo *-ανός* cf. E. Maass *Rhein. Mus.* LXXVIII (1929) 22: H. Jacobsohn *Zeitschr. f. vgl. Sprachf.* LVII (1930) 76 ss.

3. Percotae (de hoc oppido cf. Judeich 546 s.: Janke 128; Bilabel 50 s.; Leaf 111 ss.).

Inde quod Priapus nymphae eponymae huius oppidi filius dicebatur (Hesych. s. v. *Πριηπίδος*, cf. supra), cultum eius ibi non nullius momenti fuisse apparet.

4. Abarni oppidi prope Lampsacum siti (nunc Chardak, ut videtur, cf. Leaf 93 s., etiam Bilabel 239), cf. III B 1.

5. Callipolis (quod fuit oppidum fere e regione Lampsaci trans Hellespontum situm, nunc Gallipoli, cf. Oberhummer, PW s. v. Kallipolis 4 col. 1659 s.; Leaf 97 s.), cf. VI B 5 b*δ*.

E. Asiaticum deum Priapum esse artifices vestitus genere corporisque forma significaverunt, cf. V D—F.

Antiquioris tamen cultus vestigia (praeter Hellesponticorum cultum) in Asia non exstant nisi apud Bithynos: II A 2. D 5 c. III E 1, cf. p. 3. 6 s. 28. Non igitur mirum Demosthenem Bithynicum (Coll. Alex. ed. Powell 26 fr. 11) et Arrianum *ἐν Βιθυνιακοῖς* (FGrHist II B 857 fr. 23 Jac.) de Priapo verba fecisse.

De Prieto, deo Bithynico, cuius memoriam W. Tomaschek *SB Wien* 130, 2 (1893) 42, et G. Knaack *GGA* 1896, 874 n. 1 et Rosch. s. v., revocaverunt, nihil diiudicari potest, praesertim cum nominis forma incertissima sit (recte W. Kubitschek *Denkschr. Akad. Wien* LVII 3 (1915) 117 n. 1), cf. II B 3. D 5 c.

a) Plin. n. h. 31, 23: amnis Alces in Bithynia Brietium adluit — hoc est et templo et deo nomen —, cuius gurgitem periuri negantur pati velut flammam urentem.

Brietium libri orthographia variante, *Bryazum* (ex correctione in cod. R) cum Harduino Mayhoff; sed *Βρυάζων* nomen a *βρυάζειν* ductum fluvio est in ora sinus Ciani (5, 148), Alces autem intus in Bithynia est (5, 149). De fluvio illo periurorum indice cf. R. Hirzel *Der Eid* Lips. 1902, 160 ss. 199; G. Glotz, L'ordalie dans la Grèce primitive, thes. Paris. 1904, 78 s. n. 3 et 1; K. Latte *Heiliges Recht* Tub. 1920, 7 n. 7.

b) Theophan. continuat. 464 Bekk.: *πρὸς Πραίνετον, ἥτις Πρίετος παρὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπωνόμασται ἔκ τινος πατρίου Θεοῦ Βιθυνῶν τὴν κλῆσιν ἐπιτεθεῖσα.*

πρὸς Πρίετον, ἥτις Πραίνετος vulg. corr. Ramsay et Knaack. Oppido in ora sinus Astaceni inter Byzantium et Nicaeam sito, quod a Brietio diversum fuisse apparet, olim *Πρόκτος* nomen fuit (Steph. Byz. s. v.), Byzantinorum aevo *Πρίνετος* vel *Πρένετος* sive *Πραινετος* (W. M. Ramsay, The historical geography of Asia minor, Lond. 1890, 188; V. Schultze l. c. 305 s.).

II. De nomine Priapi

A. De forma nominis. (Cf. Jahn *BJ* 47 n. 5: Jessen col. 2967.)

1. Formam Ionicam, quam Lampsacenos usurpasse consentaneum est (cf. II C 3 a), poetae conservaverunt, nisi qui Attice scripserunt velut Artemidorus Pergaeus (IG XII 3, 421 c, cf. VI E 2a) vel Xenarchus Atticae comoediae scriptor (cf. II C 3 b α); solutae orationis scriptores Attica plerumque usi sunt forma (cf. Suid. s. v. *Πρίηπος*). Codices non semper suam utrique generi reliquisse formam mirum non est, velut in Hedyli epigrammate (Anth. Pal. VI 292) Planudes formam poeticam iure revocasse videtur (cf. H. Ouvré, Quae fuerint dicendi genus ratioque metrica apud Asclepiaden, Posidippum, Hedylum, thes. Paris. 1894, 39), itemque apud Crinagoram (Anth. Pal. VI 232) Brunckius fortasse recte *Πριήπῳ* scribi iussit (cf. M. Rubensohn, Crinagorae Mytilenaei epigrammata, Berol. 1888, 48. 69); in Doricis tamen carminibus Theocriti (idyll. 1, 21 et 81. epigr. 3, 3. 4, 13) et Ps.-Moschi (3, 27) rectene formam Ionicam, quam meliores codices non ubique tueantur, editores plerique receperint, dubitari potest (cf. L. Morsbach, De dialecto Theocritea, diss. Bonn. 1874, 27 s.). Romani Atticam formam receperunt, quam ob rem in hermeneumatis Leidensibus CGIL III 8, 50 *πριηπος priapus* explicatur (sed 290, 52 *πριαπος priapus*, item 83, 7). Altera tamen forma usi sunt aediles Apuli coloniae in Dacia sitae CIL III 1139 (VI E 3 d α). Librarii Priapum saepe cum Priamo confuderunt, cf. II C 3 b γ.

2. Formam Bithynicam servavit Arrianus Bithyn. fr. 23 Jac. (FGrHist II B 857) ap. Eustath. Il. 7, 459 p. 691, 44: *ὁ Πρίηπος οὐ μόνον ἐν τῷ η λέγεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ α Πρίαπος, καὶ διὰ τοῦ ε δὲ Πρίεπος παρὰ Ἀρριανῷ ἐν Βιθυνιακοῖς, παρ' ᾧ καὶ εἰς ἴλιον ἀλληγορεῖται ὁ Πρίεπος διὰ τὸ γόνιμον.*

Cf. Eustath. Il. 1, 35 p. 32, 15: *καὶ ὁ Πρίαπος δὲ* (sc. *τριφορεῖται*)· *οὐ γὰρ μόνον διὰ τοῦ α προφέρεται, ἀλλὰ καὶ Πρίεπος καὶ Πρίηπος λέγεται.*

Nominis formam ad sermonem Bithynorum accommodatam, allegoriam a viro docto excogitatam esse consentaneum est (VIII H 1). Non recte A. Meineke ad Theocr. idyll. 1, 21 (ed. III (1856) 175) dubitationem de hac forma iniecit: quae si vera

est, priores Asiae incolas, a quibus Priapi cultum Graeci coloni acceperunt, in nomine eius non *a*, sed *e* vocalem pronuntiasse verisimile est (cf. Jahn *BJ* 47 n. 5).

B. De origine nominis (cf. p. 3).

1. Veterum etymologiae:

a) b) Schol. Theocr. 1, 21: *ἔστι γὰρ οἷον βριήπυος διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις καὶ μέθαις ἐκβοήσεις. ἢ Πρίηπος ἀπὸ τοῦ προίεσθαι τὸ σπέρμα.*

Harum etymologiarum, quas Apollodorus protulisse videtur (test. 2 p. 35 s.), altera inde explicanda est, quod cognomen Martis *βριήπυος* (Il. 13, 521; cf. Br. Schmidt, Diss. Hal. XXI (1913) 62) propter tumultum Bacchicum etiam Libero conveniebat itemque Priapo, quem eundem esse Liberum scholiasta ipse illo auctore docet; altera, quae a Porphyrio in libello *περὶ ἀγαλμάτων* fortasse commemorata erat (VI E 3 c*α*), quamquam nimia brevitate a scholiasta obscurata est, a verbo *προίεσθαι* (sive *προιάπτειν*, cf. A. Döhring *Fleck. Jahrb.* 1896, 108) ita ducta est, ut primaria quaedam forma fingeretur velut *πρίητος* (Reiske), *προιήτης* (Duebner), *προίηπος* (Ahrens), quas formas tamen ne in textum inferret, C. Wendel iure cavit.

c) In verbis Cornuti 27 p. 50, 15 s. L. *ὁ Πρίαπος . . . καθ' ὃν πρόεισιν εἰς φῶς πάντα* Br. Schmidt l. c. 79 *παρήχησιν* q. d. latere putat, quam in derivandis vocabulis ne Apollodorus quidem contempsit (C. Reinhardt, De Graecorum theologia capita duo, Berol. 1910, 112).

d) Hymn. Orph. 6, 9 (= fr. 87 Kern, cf. fr. 237) etymologiam spectat, qua *λαμπρὸν ἄγων φάος ἀγνόν* explicabatur, fortasse tamquam *περίωπος* (*-ής*) sicut Amor Orph. Arg. 14 (cf. J. Rosenboom, Quaestiones de Orphei Argonauticorum elocutione, Diss. Hal. IX (1888) 111 s.; O. Kern, Herm. XXIV (1889) 502).

e) Hippolyt. ref. omn. haer. V 26, 32 (p. 132, 3 s. W.) Iustini gnostici placita referens (cf. VIII L): *ὁ δὲ Ἀγαθός ἐστι Πρίαπος, ὁ πρίν τι εἶναι ποιήσας· διὰ τοῦτο καλεῖται Πρίαπος, ὅτι ἐπριοποίησε τὰ πάντα.* Cf. l. 7 s.: *πριοποιήσας τὴν κτίσιν πρότερον οὐκ οὖσαν.*

Vocabulum *πριοποιεῖν* propter etymologiam nominis Priapi ex Latina voce Graecaque formatum est, cf. Kumanudis, *Συναγωγὴ λέξ. ἁθησαυρ.* s. v.

f) Fabula Nonniana de ortu Priapi (cf. III B 2): *ποιμὴν ὠνόμασε Πρίαπον δηλῶν κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν γλῶσσαν τὸν ἐκ πλάνης τοὺς ἐν πλάνῃ καὶ ἐρημίᾳ σῴζοντα.*

Hanc etymologiam, quam homo Romanus excogitavisse videtur, frustra recuperare studui; iniuria autem in lexico nominum propriorum Graecorum s. v. 1253 verba *κατὰ τὴν τῶν Ἰτ. γλ.* non ad significationem, sed ad formam nominis referuntur.

g) Sophoclem, Apollonii Rhodii interpretem, veriloquium protulisse probabile est, cf. III B 1.

2. Etymologiae nostra aetate propositae:

a) Ex lingua Semitarum nomen derivare studuerunt temporibus phoenicomaniae q. d. complures, postremus H. Lewy *Fleck. Jahrb.* 1892, 190 s. *Die semitischen Fremdwörter im Griechischen*, Berol. 1895, 246, Priapum *εὔκαρπον* (p^{e}ri-japa) ut patrem Bacchum dictum esse ratus.[1]

b) E Graeco sermone vel Indogermanorum lingua nominis originem repetiverunt multi, e quibus recentiores commemorabo.

Pape-Benseler *Wörterbuch d. griech. Eigennamen* 1253, a radice *per*, cui penetrandi significatio inest (*Bauchspieß*).

O. Crusius *Beiträge* 25, ab eadem radice *per* et suffixo quod in nomine fluvii Aesepi lateret (*Meerdurchwandler*).

F. Froehde *Bezz. Beitr.* IX (1885) 110 (cf. K. Müllenhoff *Deutsche Altertumskunde* I^{2} 16 not.), nomen Priapi cum verbo Gothico *frijôn* composuit; idem quasi novum protulit S. Bugge, Forhandl. Vidensk.-selsk. Christiania 1904 nr. 3, ut Priapum, *deum Mysorum*, cum deo Suecorum Fricco et dea Germanorum Frigg cognatum esse probaret. Cf. postremum H. Jungner, Gudinnan Frigg och als härad, Upsalae 1922, 218 ss.

W. Tomaschek *SB Wien* 130, 2 (1893) 42, ab eadem radice *pri* derivavit, quae *amare* significat, et radice *op : ap* (*Saft, Naß*).

A. Döhring *Fleck. Jahrb.* XLII (1896) 107 ss., ab eadem radice *pri* et vocabuli *ἤπιος* radice (*Εὐήπιος*), cf. G. Knaack *GGA* 1896, 874 n. 1.

W. Prellwitz *Etym. Wörterb. d. griech. Sprache*^{2} 382, ab eadem radice (*pria-*) et radice *poi*, quae *tutari* significat.

F. Froehde *Bezz. Beitr.* XXI (1896) 199, in nomine Priapi radicem vocabuli quod est prosapia latere putavit.

---

[1] Ex Aegyptiorum sermone nomen nuper repetivit E. Assmann, BPhW 1920 col. 22.

H. Osthoff *Arch. f. Religionswiss.* VII (1904) 412ss., huius vestigia secutus nomen a praefixo Indogermanico *pri* (i. e. *vor*, *vorn*, Graece *πρίν*) et vocabulo **ἄπος* (Latine *sopio*, *prosapia*) derivavit, ut Priapus tamquam *Ἰθύφαλλος* vel *Ὀρθάνης* dictus esse videretur, qui in parte adversa pene (sc. praegrandi) instructus esset: quid quod hoc modo contrarium Priapo intellegere cogimur, qui in parte aversa pene insignis sit? Praeterea si Priapus primo caudex fuit, antiquissimis temporibus talis nominis explicatio apta non est. Ceterum nuper J. Loewenthal *Wörter und Sachen* X (1927) 174, hac etymologia probata Priapum *procreatorem* interpretatus est.

3. Nomen Asiaticum esse E. Boisacq, Dictionnaire étym. de la langue grecque, Heidelb. 1916, 812, suspicatus est; item J. Huber, De lingua antiquissimorum Graeciae incolarum, Comm. Aenip. IX (1921) 36, Graecos ab indigenis cultum Priapi nomenque recepisse intellexit (similiter iam Fick *Vorgriechische Ortsnamen* 146).

Ab eadem autem radice qua Priapus appellati videntur esse Priamus, ipse quoque Troici generis[1] (C. Autran, Introduction à l'étude critique du nom propre grec 569), *Πρίασος* Argonauta Magnesia oriundus (Hygin. fab. 14), cui si vis ducem Phrygum (Nonn. Dionys. pass.) adiungas, *Πριήνη* urbs Ionica a Caribus condita (cf. Th. Stein *Glotta* VI (1915) 141; E. Kalinka *N. Jahrb.* XXIII (1920) 412), fortasse etiam *Πριόλας* (Tomaschek l. c.; G. Knaack *GGA* 1896, 873; A. Nehring *Glotta* XIV (1925) 167), quae nomina, cum priores velut Tomaschek cum nomine Priapi comparavissent, J. Sundwall *Die einheimischen Namen der Lykier*, Klio vol. suppl. XI (1913) 184s. (cf. etiam K. Tallquist, Assyrian personal names, Acta Soc. Scient. Fenn. XLIII 1 (1914) 276) ad eam radicem rettulit, quae in compluribus vocabulis Lyciis latet nostris litteris *prija* vel *prije* scribenda (Tituli Asiae minoris I ed. E. Kalinka, Index 107): recte enim has litteras radicis nomine distingui facile intelleges, cum id nomen, quod in titulo bilingui nr. 25 vernacule *prijenubehñ*, Graece *Πριανόβα* scriptum est, cum nomine *Κινδανύβας* comparaveris (CIG III add. 4315h; cf. Sundwall 170; N. Jokl in Eberti lexico s. v. Phryger 153). Ab hac igitur radice nomen dei Priapi videtur formatum esse,

[1] Huius tamen nomen E. Bethe *Homer* III (1927) 49, Thracium esse arbitratur, sed cf. A. Nehring *Zeitschr. d. Deutschen Morgenländ. Ges.* N. S. VI (1927) LIs.

quod Sundwallium, cum insulae Priaponesi immemor non esset, silentio praeteriisse valde miror. Ceterum removendum ex catalogo huius viri docti nomen *πρίων* vere Graecum, quod nonnullis fuit montibus in Asia sitis et extra (cf. E. Curtius *Ges. Abh.* I 234 n. 1; A. Fick *Bezz. Beitr.* XXI (1896) 260; R. Herzog *Heilige Gesetze von Kos*, Abh. Preuß. Akad. 1928, 6 p. 54), item nomen Phrygium *Πρείεις* (cf. W. M. Calder, Monumenta Asiae minoris antiqua I (Lond. 1928) nr. 112. 201. 241. 326. 376); incertissimum denique nomen dei Bithynici Prieti (I E. Recte vero A. Fick *Vorgriech. Ortsnamen* 117, aliique et ante et post eum (cf. Stein l. c.: A. Cuny, Rev. étud. anc. XVI (1914) 44: J. B. Haley, Am. Journ. arch. XXXII (1928) 145) nomen oppidi Cretici *Πρίανσος* (cf. L. Malten *Kyrene*, Berol. 1911, 146; A. Plassart, Bull. corr. hell. XLV (1921) 61 n. 1) cum nomine urbis Prienae composuerunt: antiquissimis enim temporibus Cretam eiusdem generis populi coluerunt atque Asiae magnam partem: minus equidem credo, quod Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 56, 2, suspicatus est, Minoa aetate Cretas, cum Prienam condidissent, nomen a suo oppido coloniae imposuisse.

C. A Priapo nomen habent:

1. Oppidum Priapus. Cf. p. 1ss.

Antiqui suo more deum crediderunt oppidum condidisse et suo nomine appellasse (I D 1): etiam nostra aetate viri docti consentiunt oppidum a deo nomen habere, quamquam rarius apud Graecos deorum masculorum nomina non mutata locis imposita esse constat quam feminarum: plerumque enim oppida a dis hominibusve ita denominata sunt, ut eorum nomina aliquo modo derivarentur vel plurali saltem numero dicerentur velut *Ἀλεξάνδρεια* et *Φίλιπποι* (cf. Usener *Götternamen* 231ss.; P. Kretschmer *Einl. in die Gesch. der griech. Sprache* 418ss.; A. Fick *Bezz. Beitr.* XXI (1896) 266ss. 283. 286. XXII (1897) 8. 40s. 50; E. Maass *Griechen und Semiten auf dem Isthmus von Korinth*, Berol. 1903, 62s.; Gruppe 742ss.; Fehrle *Kult. Keuschheit* 169s. n. 3; G. Knackstedt, De praediorum et mansionum appellationibus Graecis, diss. Marp. 1913, 32s.; R. Hirzel *Der Name*, *Abh. sächs. Ges. Wiss.* XXXVI 2 (Lips. 1918) 60s.; F. Solmsen *Indogermanische Eigennamen* Heidelb. 1922, 74s.; Leaf, Strabo on the Troad 76; F. Marx ad Plaut. Rud. 934; J. C. B. Eijkman, Bijdrage tot de kennis der grieksche toponymie, diss. Traiect. Rhen. 1929). Atqui

huic oppido non Graeci coloni (id quod putat E. Meyer *Gesch. des Altertums* II 453), sed incolae antiquiores nomen dedisse censendi sunt; non igitur mirum eorum rationem non satis cum Graecorum consuetudine congruere, ac ne id quidem oblivi-scendum barbarorum sermonem fortasse a Graecis non accurate expressum esse. Contra deum ab oppido nomen immutatum accepisse non satis probabile videtur, quamquam talia fieri potuisse veteres ipsi non negaverunt (cf. e. g. Strab. X 3, 20 p. 472). Minus credibilem de nominis oppidi causa coniecturam fecit W. Judeich *SB Berlin* 1898, 550.

Ab oppido autem fluvius praefluens (cf. A. Philippson *Topographische Karte des westlichen Kleinasien*, Goth. 1910, tab. I) *ὁ Πρίαπος* (Strab. XIII 1, 4 p. 582 (?) et 11 p. 587, cf. chrest.) dictus videtur esse (cf. A. Fick *Bezz. Beitr.* XXII (1897) 56).

Ceterum alterum oppidum nomine Priapus non fuit; nam *Πρίηπος τῆς Φρυγίας*, ubi Ilum ab Apolline Priepenaeo (cf. II D 7) oraculum petivisse Hellanicus fr. 25 a Jac. ap. Schol. Lycophr. 29 narrat, quin ipsa urbs Hellespontica fuerit, dubium esse non potest, quia Phrygiae nomine regio Hellespontica comprehendi poterat.

2. Insulae Priapus et Priaponesus, quarum illa circa Ephesum (Plin. n. h. 5, 137), haec in sinu Ceramico (ibd. 134) sita erat. Cf. p. 14.

Quando hae insulae nomen acceperint, diiudicare non possumus: ne id quidem negandum videtur fieri potuisse, ut nomina nativa postea ad Priapum deum referrentur. Tamen Alexandri demum temporibus iis nomen impositum esse nulla re prohibemur statuere; nam etiam e regione Mileti *νησῖδά τινα ἀνώνυμον* tunc fuisse Arr. Anab. I 19, 4 testatur. De nominum ratione cf. A. Fick *Bezz. Beitr.* XXII (1897) 27 ss.

3. Homines:

a) Proprie *Πρίαπος* nominatus est artifex VI. a. Chr. n. saeculo, cuius tria exstant fragmenta et integrum vasculum ad phalli formam figuratum obscaenaque insuper imagine ornatum (J. C. Hoppin, A handbook of Greek black-figured vases, Par. 1924, 316 s.; D. Levi, Boll. d'arte del ministero d. pubbl. istruzione VIII 1 (1928) 226/7 fig. 15). Cum autem in hoc vasculo (cuius imaginem etiam G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925, tab. XXVII, et in Glossario erotico p. 505 exhibet) phallus non sit erectus, Jessen col. 2981 (item Keramopullos,

Ὁ ἀποτυμπανισμός 131, et Hoppin) mendosa inscriptione *Ηριαστος επεσεν* (i. e. *ἐποίησεν*) iocum obscaenum latere arbitratur, at tum, cum extra patriam Priapi fama nondum percrebuerat, nomen artificis ambigue dici nemo suspicari poterat.

Putaverit autem quispiam oppidi (vel fluvii) nomine non mutato hunc artificem appellatum esse, cuius usus iam ex antiquis temporibus complura exempla habemus (K. Lehrs, De Aristarchi studiis Homericis, ³ Lips. 1882, 273 s.: A. Fick et F. Bechtel *Die griech. Personennamen*, Gott. 1894, 346 ss.: R. Neumann, Quaestiones onomatologae, diss. Marp. 1915: F. Bechtel *Die historischen Personennamen des Griechischen*, Hal. 1917, 550 ss.: Hirzel *Der Name* 59 ss.: E. Maass *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) 440): sed cum hac ratione eum deo cognominem fieri necesse fuerit, hoc ipsum tum in illa regione neque nefas neque inauditum fuisse apparet. Ioco igitur perspicuo nomen dei ei impositum esse dicas: probabilius tamen videtur serio eum id nomen accepisse, ut arta necessitudine cum deo fecunditatis largitore coniunctus videretur. In Graecia sane antiquis temporibus mortales a deo nomen non tulerunt nisi ita, ut aut patronymica q. d. forma e stirpe divina orti significarentur aut suffixo aliquo addito cum deo quavis ratione coniuncti viderentur (cf. E. Sittig, De Graecorum nominibus theophoris, Diss. Hal. XX (1912) 7 s.): nomina ipsa deorum maiorum apud Romanos paulo a. Chr. n., apud Graecos Tiberii demum temporibus saepius hominibus imponi coepta esse H. Meyersahm, Deorum nomina hominibus imposita, diss. Kil. 1891, demonstravit. Sed multo prius hanc consuetudinem in divis minoribus atque etiam in maioribus paulatim serpere ac prodire videmus (Fick et Bechtel *Personennamen* 304 ss.: C. Meier, Quaestiones onomatologicae, diss. Marp. 1905, 32: M. Lambertz *Die griech. Sklavennamen*, progr. Vindob. 1907, 26 ss.: F. Solmsen *Idg. Forsch.* XXX (1912) 16 s.: Bechtel *Personennamen* 564 ss.: Hirzel *Der Name* 67 s. n. 5: De dis Atticis 35 ss.). In Asia vero hoc iam antiquissimis temporibus in more positum videtur fuisse (cf. E. Sittig *PW* s. v. Hylas col. 115): itaque bene W. Schulzium *GGA* 1896, 244, cum Priapo artifice vasculario Adonin quendam composuisse iudico, qui in rationibus Erechthei commemoratur (IG 1² 374, 284 et 291). Priapum igitur non civem Atheniensem, sed peregrinum, fortasse servum fuisse (cf. P. Kretschmer *Die griech. Vaseninschriften*, Gütersl. 1894, 74; Schulze l. c. 241 ss.) et nomen suum, id quod multi

figuli fecerunt (Schulze 241), ad Atticum sermonem accommodasse apparet (cf. II A 1).

Cf. p. 2.

b) Contumeliae causa nonnunquam hoc nomen hominibus datum est (cf. J. van Wageningen, Mnem. XL (1912) 166):

α) Xenarchus (cf. p. 1) Priapi nomen comoediae inscripsit (CAF II p. 472)[1], qua utrum ipsum deum in scaenam produxerit an eius nomine hominem libidinosum designaverit, diiudicari non potest, cf. De dis Atticis 20. Alterius sententiae, quam posteriore loco posui, O. Ribbeck, Com. Rom. fr.[3] p. 3, fuisse videtur, cum Verpum Livii Andronici compararet. Eodem modo Meineke, FCG I 36 s., Hermippi fr. 46 K. nisus (cf. E. Reisch *Festschrift Th. Gomperz*, Vindob. 1902, 461) explicavit, qua ratione Ecphantides, Cratinus, Phrynichus aliique comoedias *Σάτυροι* inscripsissent; ita sine dubio *Δημοσάτυροι* Timoclis interpretandi sunt, fortasse etiam *Ἰκάριοι Σάτυροι* eiusdem poetae (cf. R. J. Th. Wagner, Symbolae ad comicorum Graecorum historiam criticam, diss. Lips. 1905, 64). Cf. etiam M. Pohlenz *N. Jahrb.* 1916, 581. Eadem ratione fortasse Sotades poemati Priapi nomen inscripsit: Suid. s. v. *Σωτάδης* ex Hesychii onomatologo, cf. Wagner, Symb. 37 s. (J. U. Powell, Collect. Alex. 240 fr. 5), cf. III E 5.

β) Catull. 47, 4 Pisonem hominem libidinosum ‚verpum Priapum' vocat, fortasse aliorum exemplum secutus (cf. W. Kroll ad h. l.). Cf. VI C 2.

γ) Iul. Cap. vit. Gord. 19, 3 s.: (Gordianus II.) mulierum cupidissimus: habuisse enim decretas sibi concubinas viginti et duas fertur, ex quibus omnibus ternos et quaternos filios dereliquit, appellatusque est sui temporis Priamus, quem vulgo iocantes, quod esset natura propensior, Priapum, non Priamum, saepe vocitarunt.

δ) Nicet. Chon. hist. p. 182 D (p. 367, 1 ss. B.) de Nicaeensibus, qui ab imperatore Andronico Comneno obsidebantur, haec narrat: *Ἀνδρόνικον σκώμμασιν ἔπλυνον, μακελλάριον αὐτὸν ἀποκαλοῦντες καὶ κύνα φιλαίματον καὶ σαπρόγηρον καὶ κακὸν ἀθάνατον καὶ ἀνθρώπων Ἐριννὺν καὶ φιλογύνην καὶ Πρίηπτον Τιθωνοῦ τε καὶ Κρόνου πολυετέστερον καὶ εἴ τι αἴσχιστον ἄλλο πρᾶγμα καὶ ὄνομα.*

Πρίηπον B *πόρνον* A.

[1] Ath. XI 473 F; Suidas indiculum fabularum Xenarchi ex Athenaeo excerpsit (R. J. Th. Wagner in libro quem mox laudabo 38 ss.).

4. Membrum virile (cf. J. van Wageningen, Mnem. XL (1912) 166; De dis Atticis 56: neglexit O. Groß, De metonymiis sermonis Latini a deorum nominibus petitis, Diss. Hal. vol. XIX 4, 1911):

Verg. q. f. fr. (cf. II D 4 bγ) ap. Diomed. GL I 512 K.:

Incidi patulum in specum procumbente priapo.

Glossa cod. Leid. 191[3] ap. G. Loewe, Prodromus corp. gloss. Lat., Lips. 1876, 304: muto priapus.

Exstat nomen hoc sensu etiam in spurcis verbis, quae in quibusdam codicibus Apul. met. X 21 leguntur (quae subdita esse G. F. Hildebrand in editione p. 930 ss. comprobavit, cf. R. Helmii app. crit.).

Idem usus vocabuli *πριαπίσκος* II D 1 c. Cf. VI E 3 b.

Non huc pertinent Iuv. 2, 95 et Mart. 14, 70 (69), cf. V A 2 hi.

Ceterum hic usus metonymicus media aetate et recentioribus temporibus percrebuit, cf. e. g. Matth. Vindocin. (Wattenbach *SB Münch.* 1872, 609 v. 73.); Adam Brem. IV 26; Chron. Angl. a. 1268 (J. M. Kemble, The Saxons in England, Lond. 1849, I 358 s.; cf. A. Kuhn *Die Herabkunft des Feuers*[2], Gütersloh 1886, 43; U. Jahn *Die deutschen Opfergebräuche*, Vrat. 1884, 31. 134; Gruppe 786 n. 4; J. G. Frazer, The golden bough[3] VII 1 (1913) 286; A. Heusler *Zeitschr. d. Ver. f. Volkskunde* XIII (1903) 29; S. Eitrem, Festskrift tilegnet A. Kjær, Christ. 1924, 86 s.; E. A. Philippson *Germanisches Heidentum bei den Angelsachsen*, Lips. 1929, 133 ss.); Hist. Austr. a. 1289 (Du Cange, Gloss. med. et inf. Lat. s. v.). Cf. etiam VI C 3 i. D 4. VII B 2 k.

D. A Priapi nomine haec vocabula derivantur:

1. *Πριαπίσκος*.[1]

a) Parvus Priapus vocatur CIL IX 2197 (VII F 3 c). Cf. V D 1.

b) Propter virtutem veneream ‚ab Italis' ut tradunt hoc nomine appellabatur herba, quae vulgo satyrium vocabatur (vel potius eiusdem generis herbarum duae species), id quod ex synonymorum catalogo ex eodem auctore a Ps.-Dioscur. III 126 (p. 136, 14 W.) et 128 (p. 138, 15) atque Ps.-Apul. herb. 15 (inde Ps.-Theodor. p. 347, 6 R., cf. ‚Dynamidia' p. 441 ed. Mai) transscripto apparet, item ex glossariorum locis compluribus (GIL III 548, 57. 572, 14. 595, 21. 629, 13. 633, 22; ibd. 593, 48 legitur: *priapisce erba testiculis similis est*, cf. 615, 32 = 627, 35. Cf. B. Langkavel *Botanik der späteren Griechen*, Berol. 1866, 103 s. De forma *πριαπήιον* cf. D 4 d, *πριαπικόν* cf. 6.

[1] Cf. etiam W. Petersen, The greek diminutive suffix *-ισκο-* *-ισκη-*, Transact. of the Connecticut Academy XVIII (1913) 160 s. 166.

c) Propter figurae similitudinem nonnulla medicorum organa[1] hoc nomine dicebantur.[2]

α) Lignum quoddam sedili eorum machinamentorum, quae ad reponendos articulos adhibebantur (imprimis Hippocratis q. d. scamni, quod ipse *ξύλον* sive *σχεδίαν* vocavit), eo consilio insertum, ut aegroti loco continerentur, vide Oribas. Synag. XLIX 4 (vol. IV 351, 8ss. B. D.), qui Heliodoro usus est: *Πριαπίσκος λέγεται ὁ αὐτὸς καὶ σινλίσκος ἔτι τε σκαλμός. ὅπου τὸ ἐφέδρανον, ἐκεῖ καὶ τὸν πριαπίσκον εὑρήσεις· γέγονε γὰρ οὗτος πρὸς ἀντέρεισιν τοῦ περινέου τὴν ἐν τοῖς καταρτισμοῖς γινομένην. ἔστι δὲ ὁ πριαπίσκος ξύλον ὀκτωδακτυλιαῖον περιφερὲς κατὰ τὸ πλεῖον αὐτοῦ μέγεθος, κατὰ δὲ τὸ λοιπὸν μέρος τετράγωνον, ἵνα τὸ τετράγωνον αὐτοῦ μέρος εἰς τὴν πυελιδῆ ἐκκοπὴν τοῦ ἐφεδράνου ἐνίζηται, τὸ δὲ λοιπὸν τὸ ἄνω μέρος ἀντερείδηται τῷ περινέῳ. πῖ σιδηροῦν γέγονε προσπηγνύμενον τοῖς διαπήγμασιν ἀσφαλοῦς χάριν συνεχείας τοῦ πριαπίσκου.* Commemoratur ibd. p. 353, 11. 354, 7. 416, 7 (ex Heliodoro). 433, 6 s. 453, 2 (ex Rufo (?), qui Pasicratem adhibuit). Cf. B. Faust, De machinamentis ab antiquis medicis ad repositionem articulorum luxatorum adhibitis, diss. Gryph. 1912, p. 29. 63. 74.

β) Dioptrae (qua loca mulierum inspiciebantur) canalis, quem plerumque *λωτόν* dicebant: *priapisco, quem Graeci lotan dicunt* Soran. gynaec. vers. Lat. Must. II 94 (p. 118, 10 R.): cf. Aet. XVI 89; Paul. Aeg. VI 73.

γ) Linamentum, quod post sectionem in anum vel vaginam immittebatur medicamentis illitum: Heliodor.-Antyll. ap. Oribas. Synag. XLIV 20, 72; Soran. l. c. II 33 (p. 117, 4 R.); Paul. Aeg. VI 72 (cf. Aet. XVI 98).

δ) Eiusdem generis linamentum, quod medicamento infectum naribus inserebatur, ut sanguis profluens supprimeretur: Heraclides (K. Deichgräber *Die griechische Empirikerschule*, Berol. 1930, 190 fr. 207) ap. Galen. *π. συνθ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπους* III (XII 692 K.; ex Sorano): *ἢ χαλκῖνιν λεάνασα συμμέτρως καὶ συστρέψασα ἐλλύχνιον ⟨ἢ πριαπίσκον⟩ κάθες εἰς ψυχρὸν ὕδωρ, εἶτα κυλίσασα ἐν τῇ χαλκίτιδι [ἢ πριαπίσκῳ] ἔντίθει τοῖς μυξωτῆρσιν.* Similia habent Oribas. Synag. IV 546, 20 B.—D.; Paul. Aeg. III 24, 8 (cf. Aet. VI 94).

[1] De his organis nonnulla mecum eaque utilissima H. Schöne communicavit.

[2] De medicorum t. t. *Διονυσίσκος* cf. G. Süß, Acta et comm. univ. Dorp. B V (1924) 4 p. 5 n. 3.

2. *Πριαπισκωτόν* Ps.-Galen. Isag. XIV 795 K. hoc ipsum linamentorum genus ad phalli formam complicatum (cf. sub I c γ δ) vocat: *μοτῶν δὲ εἴδη πέντε· στρεπτός, ξυστός, τιλτός, ἑλλυχνιωτός, πριαπισκωτός.*

3. *Πριηπίς* nomen oppidi Priapi non a dei ipsius nomine derivatum est, cf. I D 1.

4. Adiectivum *πριά(ή)πειος* sive *πριαπήιος*, Latine *priapeus* sive *priapius*, etiam *priapicus* (quae forma ex Graecorum forma poetica expressa videtur: Buechelerus *Kleine Schriften* I 330, mixtis formis *priapeus* et *priapius* eam ortam esse arbitratur).

a) Myrin. Anth. Pal. VI 254, 8: *Πριήπεια πρόθυρα.*

Schol. Bern. Verg. buc. 7, 33: Priapeia sacra.

b) *Πριάπεια* dicebantur carmina in Priapum facta.

α) Strab. VIII 6, 24 p. 382: *ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος.* Cf. sub c.

Euphronii versus tres servati sunt ab Hephaest. 16 p. 56 C., quorum duos priores poeta non nominato etiam Dionys. Hal. comp. verb. 22 p. 16 Us.-R. eumque secutus Max. Plan. (Rhet. Graeci ed. Walz V 491) afferunt: Anth. lyr. ed. Diehl II 294; Powell, Collectanea Alexandrina 176 s. Ad Euphronium auctorem Wilamowitz *Griech. Verskunst*, Berol. 1921, 253 not., Catull. fr. 1 M. rettulit (cf. VII B 1 g), Schanz *Gesch. d. röm. Litt.* II 1[3], p. 367 n. 1. Priap. 68. *I Priapei latini, anonimi e non, sono in massima l'eco di questo nostro autore:* Rostagni in libro infra laudato p. 1001; at priorum velut Leonidae ratio habenda est. De Euphronio Novoque illo Baccho (i. e. Ptolemaeo Philopatore, falso enim Wernicke 39 s. Priapum intellexerat), cuius is commemoravit mysteria, cf. viros doctos, quos *Mus. Rhen.* LXXVI (1927) 419 s. laudavi, praeterea A. Rostagni, Atti d. r. Accad. d. scienze di Torino L (1914/15) 999 ss.; supra p. 18.

β) Non. p. 134 M. (195 L.): Catullus Priapeo (sc. metro sive carmine) *de meo ligurrire libido est* (fr. 2 M.).

priopo codd. corr. Lachmann. *Priapo* Iunius, Mercerius recentioresque editores plurimi; sed si hoc carmen a ceteris Catullianis separatum corpori alieni Priapeorum insertum fuisse credimus, fieri potuisse aegre concedo, ut titulo peculiari *Priapus* vocaretur, quamquam XV. saeculo qui codicem L Priapeorum exaravit plurimis carminibus hoc inscripsit (F. Vollmer, Poetae latini minores II 2 p. 39); integrum autem volumen Priapeorum Catullianorum siquis fuisse arbitratur, id Priapi nomine ita inscribi potuisse quis credat? Xenarchi quidem comoedia et Sotadis poema comparari non possunt (cf. II C 3 b α). Sin in libello quem habemus Catulliano versus Priapeos olim fuisse posteaque excidisse vel

omissos esse statuimus (J. Süß. Acta sem. Erlang. I (1878) 20 s. 27 s.; Th. Birt *Das antike Buchwesen*. Berol. 1882, 402 s.), ne sic quidem Priapus dici potuit iustum Priapeum, ad quod genus et verba a Nonio exscripta (fr. 2 M.) et quattuor versus a metricis servati (fr. 1 M.) referendi sunt. Accedit, ut eiusdem carminis haec duo fragmenta fuisse negandum videatur (VI B 3 c, cf. Terent. Maur. 2759 s. GL VI 406). Plura igitur Priapea, quae Catullus scripsit, nisi olim in libello fuerunt, corpori alicui Priapeorum inserta fuisse verisimile est, quod diem non tulit (cf. γ δ). L. Müller (VII F 2 c ε) et Birt non recte Priapi nomen ex versu Catulli ipso esse arbitrati sunt, cf. etiam W. Kroll in commentario p. 290. Cf. supra p. 28.

γ) Inter carmina Vergilii enumerantur in vita Donatiana p. 4, 56 Br. *catalecton et priapia et epigrammata* (priapia E R A B P, priapea G, priapeia M), item in vita Filarg. p. 42, 1 Br. (priapia N^1 P, priapea N^2); in vita Serviana 69, 14 Br. *Priapeia Catalecton Epigrammata*; in catalogo bibl. Murbac. (M. Manitius *Rh. Mus.* XLVII vol. suppl. 1892, 28; H. Bloch *Straßburger Festschrift* 1901, 271) *Catalepion Priapeya*. Traduntur codicibus sub nomine Vergilii tria Priapea (84—86 B.; cf. supra p. 28 s.), quae utrum re vera Vergilii sint an non, valde est dubium, quamquam eum fecisse *lusus parum severos* iam Plinii aetate (epist. V 3, 6) credebant et Diomedes GL I 512 K. eum metro Priapeo (quo unum ex illis Priapeis scriptum est) in *prolusionibus* suis usum esse affirmat, cf. qui postremus de hac re fusius egit E. Galletier, (Vergili) Epigrammata et Priapea, Par. 1920, 20 ss.; eum sane versum obscaenissimum (II C 4), quem grammaticus ille attulit, ut metri Priapei rationem illustraret, nisi ipse confecit (ut L. Müller credidit, cf. Th. Birt *Erklärung des Catalepton* 4), ex maiore corpore Priapeorum ‚Vergilianorum' sumpsit (Galletier 22 s.): Vergilii certe non est.

δ) Corpore Priapeorum Latinorum quae habemus collecta carmina in libris inscribuntur Priapea sive Priapeia; de toto titulo cf. F. Vollmer in editione p. 36. 43. Ceterum plura huius modi corpora antiquitus fuisse non veridissimile videtur, cf. β et γ.

ε) *Πριάπειον* (Priapeum sive Priapium, etiam Priapeium GL IV 465, 28; VI 510, 11 s. 516, 3. 539, 10 s.; VII 340, 18 s. 24 (B cf. M): item Aldhelm., semel Priepium GL I 505, 19 codd., cf. Priapicon sub 6) dicebatur metrum, quod est $\_\cup\_\cup\cup\_\cup\_|$ $\_\cup\_\cup\cup\_\cup$ sim.

Georg. Choerob. in Hephaest. 10, 4 p. 241, 11 ss. C.: *Πριάπειον δὲ ἐκλήθη, ἐπειδὴ Εὐφρόνιος ὁ γραμματικὸς ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔγραψεν εἰς Πρίαπον τούτῳ τῷ μέτρῳ· καὶ*

ὥσπερ τὸ ἰθυφαλλικὸν ἐκλήθη ἐπιτήδειον ὂν εἰς τὸν Διόνυσον, οὕτω καὶ τὸ Πριάπειον. Cf. Consbruchii apparatum criticum.

Mar. Vict. GL VI 151, 18: igitur quod hoc versu Priapi laudes plerique canendo prosecuti sunt, priapeum metrum nuncuparunt. 24: quod genus versuum apud Graecos comoediarum veterum scriptores plurimum est et magis apud eos, qui satyrica scripserunt, unde a non nullis satyricum prius vocabatur, verum postea abiit in consuetudinem ut priapeum appellaretur. Cf. p. 50, 33: metrorum genera alia a dis appellata ut dithyrambicon priapicon.

Victorin. ibd. 215, 13: unde dictum priapium? quod pleraque huius modi in honorem Priapi ita conscripta sint, propter quod multi volunt hoc genus compositionis bucolico carmini magis convenire.

Item Audax GL VII 340, 24—341, 2 (inde Aldhelmus p. 94, 5ss.).

Atil. Fort. GL VI 283, 9: (metra sumunt nomina . . .) ab usu, ut priapea.

Terent. Maur. v. 2752ss. (ibd. p. 406s.):

ipse enim sonus indicat esse hoc lusibus aptum
et ferme modus hic datur a plerisque Priapo.
inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:
2755/8 *hunc lucum — oris* (fr. 1 cf. I B et C).
et plures similes sic conscripsisse Catullum
scimus.
2768 versus ergo magistri vocant hos priapeos.

Priapeum hoc metrum appellatum est (quod recte tradidit Choeroboscus) a Priapeis carminibus, quae Euphronius hoc metro conscripserat (sicut fortasse Ionicum ab Sotadis carminibus, quae *Ἰωνικοὶ λόγοι* inscripta erant, cf. F. Koch, Ionicorum a maiore historia, diss. Bonn. 1926, 17ss.); Euphronium ipsum hoc ei metro nomen indidisse F. Spiro, Strena Helbigiana, Lips. 1900, 288ss., putavit, sed hoc a Choerobosco non traditur, neque viro illi docto omnino contigit, ut demonstraret nomina metrorum a poetis ducta ad illum grammaticum redire (cf. Christ-Schmid *Gr. Lit.*[6] II 1, 150 n. 13). Consentaneum est Euphronium hoc metrum non invenisse, sed ab antiquioribus acceptum per tota carmina continuasse (quod tamen non primus fecit, cf. Anacr. fr. 69D.), at fuit primus, qui ad Priapum id referret, atque ita quidem, ut

ad has potissimum res maxime accommodatum esse omnibus videretur: addit quidem Choeroboscus quasi alteram causam, cur huic metro id nomen inditum sit, modum talem Priapo convenire, itemque Terentianus Maurus lusibus eum aptum esse sensit. Videtur autem apud Graecos Priapi hic modus quasi proprius mansisse (Wilamowitz *Griechische Verskunst*. Berol. 1921, 128 n. 2), apud Latinos Priapea hoc metro conscripsit Catullus (fr. 1. 2 M. cf. II D 4 bβ p. 53 s.): sub Vergilii nomine feruntur Priapeum 86 B. et versus apud Diomed. 512 K. (cf. p. 54). Marius Victorinus metrum Priapeum prius satyricum vocatum esse tradit: versus priapeus *bucolicus* *αὐτοσχεδίασμα* est Atilii Fortunatiani 292, 12 (cf. Diomed. 494, 30: Victor. 215, 14 s.). Magnam etiam movet suspicionem, quod a quibusdam Priapea *ἰθυφάλλια* (*ἰθυφαλλικά* Planud.) dici Dionys. Hal. comp. verb. 22 scribit, cf. De dis Atticis 51: L. Radermacher, Praefat. ad Dionys. Hal. vol. II (1929) p. III s. n. 1. De ratione metri Priapei cf. Dionys. Hal. l. c. (cf. ad h. l. Planud. Rhet. Gr. V 491 W.): Hephaest. p. 33 s. 56 C. (cf. Schol. p. 162 s.): Diomed. GL I 494 s. 505. 512: Serv. ibd. IV 465, 28: Mar. Vict. VI 119 s. 144 s. 150 ss. 165: Victorin. 215: Caes. Bass. 260 s. 268: Atil. Fort. 291 s. 297. 299: Terent. Maur. p. 406 8: Mar. Plot. 510. 516. 539: [Censorin.] 615. 617; Audax VII 340 s.; Aldhelm. MG Auct. ant. XV p. 92 94: W. Christ *Metrik*[2] 526 s.: Wilamowitz *Verskunst* 128. 228. 252 s.; O. Schroeder *Grundriß der griechischen Versgeschichte*. Heidelb. 1930, 122 s.

d) *Πριαπίμιον* inter nomina synonyma violae purpureae in Dioscuridem IV 121 (p. 270, 13 W.) inculcata legitur (*πριαπίδειον* A *πριαπίειον* H), item inter nomina synonyma satyrii III 126 (p. 136, 14 W.), cf. II D 1 b.

5. Adiectivum *Πριάπιος*, quod a Bithynis *Πριέπιος* dicebatur.

a) *Πριάπιος λιμήν* Ptol. geogr. VII 4, 3 teste in litore ad occidentem converso insulae Taprobanes fuit, cf. K. Mannert *Geographie der Griechen und Römer* V 1 (Lips. 1829) 212: C. Ritter *Erdkunde* VI 2. 4. 2 (Berol. 1836) 22: A. Forbiger in vetere encyclop. reali VI 44: qui viri docti huic loco propter multitudinem phallorum ab incolis cultorum a Graecis nomen impositum esse putant, cf. VIII B 1. Veram nominis formam ex optimo codice Vat. 191 aliisque L. Renou, La géographie de Ptolémée, L'Inde, Par. 1925, 67, restituit.

b) *Πριάπιον*, ager Trallianus, qui commemoratur in titulo II. vel III. p. Chr. n. saec. (Bull. corr. hell. IV (1880) 337 l. 20), nomen accepit a Priapo deo, cf. G. Knackstedt, De praediorum et mansionum appellationibus Graecis, diss. Marp. 1913, 32.

c) *Πριέπιος* a Bithynis dicebatur is mensis, qui fastis Iulianis receptis ab a. d. IX. Kal. Iun. ad a. d. X. Kal. Iul. erat, cf. Usener *Tych.* 26 n. 2; W. Kubitschek *Denkschr. Akad. Wien* LVII 3 (1915) 10ss. 31s. 46s. 64. 98. 117; M. P. Nilsson, Acta Univ. Lund. N. S. I vol. XIV (1918) nr. 21 p. 57; Bischoff, PW s. v. Kalender col. 1596. 1600s.; huius commentationis p. 3.

πριέπ⟨ιος⟩ hemerologium Leyd. *πριέπιος* menologia nonnulla velut Anon. Oxon. ed. Cramer III 403). *πρήοτιος* mendo scripturae corruptum hem. Laur. *περιέπιος* anaptyxi vulgari corruptum hem. Vat. *πριαπιος* sive *πριαπιων* menologia pleraque, quam formam in archetypo hemerologiorum fuisse nescio an iniuria Kubitschek (cf. p. 98) putaverit. *prietios* lib. gloss. (CGIL V 235, 33, cf. Thes. I 692; Glossaria Latina I 460 nr. 1202, cf. J. F. Mountford, Journ. hell. stud. XLIII (1923) 110), quo mendo caveas ne commoveare, ut mensem a deo qui dicitur Prietus denominatum esse putes (recte Kubitschek 117 n. 1). Mendi, quod in hemerol. Vat. inter lineas est (*περιέ*) itemque in hermeneumata Eins. (CGIL III 243, 57) et in menol. cod. Laur. Med. LXXIV 13 irrepsit (*περιτης*), fortasse memoria mensis Macedonici qui est *περιτιος* non extra causam est.

6. *Πριαπικός* adiectivum num veteres dixerint, non satis certum est.

Metrum Priapeum in codicibus Mar. Victor. (GL VI 50, 35) priapicon dicitur, quam formam Keilius servavit (priapion ed. Sanctandr. priapium Camerarius).

Herba, quae vulgo satyrium vocabatur, in codicibus (Ps.-Dioscuridis III 128 (p. 138, 15 W.), qui quidem hoc synonymum habeant, *πριαπικόν* dicitur, quam formam Wellmann ita correxit, ut ex altero loco Ps.-Dioscurideo p. 136, 14 formam *πριαπίσκος* inferret; sed cum eo loco etiam forma *πριαπίιον* exstet (cf. II D 4 d p. 56), nescio an aeque *πριαπικόν* dici potuerit. Cf. II D 1 b p. 51.

7. Adiectivum *Πριηπαῖος* non a deo Priapo derivatum est. Apollo, cuius oraculum in urbe Priapo (II C 1 p. 48) Ilum consuluisse Hellanicus teste Schol. vet. Lycophr. 29 *ἐν α΄ Τρωικῶν* (F 25 a Jac.) narravit, non *Πριηπαῖος*, sed *Πριηπηναῖος* in plerisque atque optimis codicibus dicitur; cognomen igitur accepit a territorio eius urbis, quod *Πριαπηνή* vocabatur (vide Scheerii adnotationem), utique non a deo Priapo (cf. Gruppe 853 n. 8 et Fehrle 88; falso Wernicke 67s.). De huius Apollinis cultu cf. F. Bilabel *De ionicis*

Kolonisation. Phil. vol. suppl. XIV (1920) 102s. Ne Dianam quidem *Πριαπαν* (Plut. Luc. 13, 5) a deo Priapo nominatam esse apparet (cf. Raoul-Rochette, Journ. des sav. 1834, p. 334 n. 2; K. Wernicke, PW s. v. Artemis col. 1397; Bilabel 113); ceterum *Πριαπηΐς* Holstenius apud Plutarchum legi fortasse recte iussit (cf. Thes. Gr. linguae s. v. *ἡ Πρίαπος*). Non satis feliciter de his rebus egit Höfer, Rosch. s. v. Priapaios.

Nihili est, quod in codicibus grammaticorum Latinorum nonnumquam ‚priapaeus' scribitur (GL VI 291, 23s.).

8. *Πριαπώδεις* a grammaticis vocantur dei Priapi similes, i. e. ithyphallici, cf. De dis Atticis 10.

Conisalus: VIII C 6. 7.

Hilaon: VIII C 9.

Orthanes: VIII C 5.

Pa(a)myles, deus Aegyptius: Hesych. et Phot. s. v.

Titanes: Phot. et Suid. s. v. *Τιτᾶνας βοᾶν*.

Titanas non sua natura phallicos fuisse M. Pohlenz *Neue Jahrb.* XIX (1916) 578ss., demonstravit, cf. Mus. Rhen. LXXVI (1927) 427; Wilamowitz *Kronos und die Titanen*, *SB Berl.* 1929, 51; etiam infra III E 1; VIII E not.

9. Verbum *πριαπίζειν*.

Tymnes Anth. Plan. 237, 1s. Priapum facit minantem:

Πάντα πριηπίζω, κἂν ᾖ Κρόνος· οὐ διακρίνω
οὐδένα φῶρ' οὕτω ταῖσδε παρὰ πρασιαῖς.

v. 1 cf. Priap. 76, 3s. v. 2 *οὗτος* (heus tu!) Boissonade, sed *οὕτω* est ‚adeo' (quippe cum omnes, etiam senes anusque, percidat).

Hoc verbum, quod a Tymne transitive positum est (ut sit *Priapi morem in aliquem convertere*), a limine sine dubio intransitivum fuit: significabat igitur *Priapi similem esse* vel *Priapi more se gerere* (cf. sub 10), etiam *Priapum colere* (cf. sub 11). Hic autem usus intransitivus apparet in vocabulis substantivis *πριαπισμός* et *πριαπισταί*, ipsum verbum hoc sensu in litteris traditum non est. Quod enim in titulo Attico IG II 652 = II III² 1388 (Ditt. Syll.³ nr. 586) b l. 12 *ὄνυξ μέγας τραγελάφο πρια[πίζοντος]* commemorari videbatur, in diss. de dis Atticis 18s. revera *ὄνυξ μέγας τραγελάφο πρ[οτομὴν ἔχων]* olim in eo lapide scriptum fuisse Brinkmanno auctore exposui (IG II III² 2, 2 p. 798). Verbum autem *πριαπίζειν*, cuius simile a nomine dei formatum nullum in sermone Graecorum fuit (cf. A. Müller *Zur Geschichte der Verba auf -ίζω im Griechischen*, diss. Frib. 1915), posteriore demum aetate inventum est atque ad litteras publicas adeo non idoneum fuit, ut ridiculi potius aliquid habuisse videatur.

10. Substantivum *πριαπισμός* a verbo *πριαπίζειν* intransitivo sensu derivatum est: medicorum fuit sermonis proprium. Cf. p. 32.

a) Galen. *περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων* 14 (VII 728 K.): *τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας τινὲς ὀνομάζουσι σατυριασμόν, τινὲς δὲ πριαπισμόν.*

Soranus (Cael. Aurel. acut. III 18. 178 s. et tard. V 9) Demetrio Apameo ut videtur auctore (cf. M. Wellmann, PW s. v. Demetrios 111) ita differre inter satyriasin et priapismum decrevit, ut illa tensio esset celeriter quiescens, hic in corpore tardaret. Eodem pertinere videntur quae in Libro glossarum s. v. Priapismus (cf. sub d) leguntur, falso Galeni nomini addicta. Nullo tamen discrimine facto satyriasin vel priapismon *inter acutas et temporales aegritudines* numerat Theod. Prisc. Eupor. II 11.

b) Galen. *θεραπ. μεθ.* 14, 7 (X 967 s. K.): *πάθος . . . τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν νεωτέρων πριαπισμός.*

Hippocrates aphor. 3. 26 (III 725 K.: IV 498 L.) hunc morbum *σατυρι(α)σμόν* dixerat, siquidem interpretationem *nonnullorum* a Galeno in glossario (XIX 136 K.) propositam sequi licet (cf. tamen notam Littrei). Etiam Themison, qui primus hunc morbum (accuratius) conscripsisse dicitur (Cael. Aurel. acut. III 18. 185), uno nomine videtur *σατυρίασιν* vocasse, item eclectici Archigenes, quo usus est Aretaeus, et Antyllus (ap. Oribas. Synag. VI 1, 5). Ne Rufus quidem (*περὶ σατυριασμοῦ καὶ γονορροίας* p. 64 ss. ed. Dar.-Ruelle) nomen priapismi usurpavit, unde factum est, ut Oribasius eumque ut videtur secutus Paulus Aegineta quae ex libro illius de hoc morbo exscripserant ab eis separarent quae Galeno debebant: unus Aetius et ipse Oribasio usus, cum eundem morbum diverso nomine dici animadvertisset, haec duo excerpta in unum coegit (cf. sub d). Antiquissimus certe eorum medicorum, quos altero nomine usos esse scimus (ita quidem, ut priapismus a satyriasi distingueretur), Demetrius Apameus est. Ceterum etiam a Pane huiusmodi morbus appellari potuit, cf. Aristoph. Lys. 998.

c) Soranus Cael. Aurel. tard. V 9 ed. J. Ilberg *Ber. Verh. Akad. Leipz.* LXXVII 1925. 1 p. 15: sine ullo dolore vel consensu tentigo veretri fiet et appellatur priapismos, sed vocabulum sumpsit ab similitudine Priaporum, quod ita formentur, ut recto veretro fingantur.

1 vertigo cod. Lauresham. tentigo Rovilliana.

Cf. acut. III 18. 175 et Must. II 25 (similiter Lib. gloss. s. v. Satiriasis 75. 18 ss. H.; cf. Ruf. Eph. ap. Oribas. Synag. XLV 28, 2: Aret. II 12. 1 de causa nominis ‚satyriasis'.

Galen. *περὶ τῶν πεπονθ. τόπων* VI 6 (VIII 439 K.): *ὁ δὲ πριαπισμὸς αὔξησις εἰς μῆκός τε καὶ κύκλον ἐστὶν ὅλου τοῦ αἰδοίου χωρὶς ἀφροδισίου προθυμίας ἔκ τινος θερμασίας ἐπικτήτου, καθάπερ ἐνίοις γίγνεται καὶ κοιμωμένοις ὑπτίως· οὕτω γὰρ αὐτὸν ὑπευπώσανιό τινες. ἔνεστι καὶ συντομώτερον αὔξησιν μόνιμον τοῦ αἰδοίου ἡ ἐξοίδησιν μόνιμον. ὠνόμασται δὲ παρωνύμως ἀπὸ τοῦ Πριάπου δηλονότι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ὡς φύσει τοιοῦτον ἔχοντα τὸ αἰδοῖον οἱ ἄνθρωποι πλάττουσί τε καὶ γράφουσι.* Exscripserunt mutaveruntque Aet. XI 32 (Ruf. Eph. 119 s. ed. Dar.-R.) et Ioann. Actuar. *θερ. μεθ.* I 53 (Phys. et med. Graeci min. ed. J. L. Ideler. Berol. 1842, II 411), item Leon synops. med. VI 9 (cf. sub d).

3 *ἡ τινος* codd., emendandum ex Aetio. 6 s. *ἀπὸ τοῦ Πριάπου δηλονότι τοῦ καὶ Σατύρου ὀνομαζομένου* Aet. (cf. app. crit.) minus bene, ut simul nomen *σατυρίασις* explicaret (cf. VIII G).

Definitionem priorem, quam similiter etiam in hermeneumatis cod. Vat. reginae Christinae 1260 (CGIL III 604, 10) legimus et ipse Galenus *π. συνθέσ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπους* IX 9 (XIII 318 K.) repetivit, medicus ille Pergamenus ab auctore aliquo accepit, alteram ipse concepisse videtur. cf. etiam *π. αἰτ. συμπτ.* III 11 (VII 266).

Schol. rec. Theocr. 1. 81 (non accurate): *Πρίηπος θεὸς ἔφορος τῆς ἀκολασίας, ὅθεν καὶ πριαπισμὸς ἡ ἔκτασις τοῦ αἰδοίου.*

d) De priapismi vel satyriasis natura et curatione scripserunt: Soranus/Cael. Aurel. tard. II 1, 14. V 9. acut. III 18; adde gynaec. III 25 = Mustio II 25 (p. 57 R.), inde Aet. XVI 77 Z. Cf. etiam quae Lib. gloss. s. v. priapismus et satiriasis praebet (Glossae medicinales ed. J. L. Heiberg. Hauniae 1924 [Kgl. Danske Vidensk. Selsk., Hist.-fil. Medd. IX 1] p. 64 s. et 73).

Archigenes/Aretaeus II 12. VI 11.

Anon. *π. τ. ὀξ. κ. χρον. νοσ.* ed. R. Fuchs *Mus. Rhen.* LVIII (1903) 113 s., quem M. Wellmann *Herm.* XL (1905) 580 ss., Herodotum esse explicavit: hoc usus est (per Philumenum) Oribas. Synag. ecl. 66 (IV 580 B. D.), a quo Aet. XI 32[1] pendet. cf. Wellmann 586 s.

[1] Cf. p. 61 n. 1.

Rufus Eph. p. 64 ss. ed. Dar.-R., quo usus est Oribas. synops. ad Eustath. IX 37: ab hoc pendent Aet. XI 32[1] et Paul. Aeg. III 56. Cf. J. Ilberg *Rufus von Ephesos*. Lips. 1930. Abhandl. Phil.-hist. Klasse sächs. Akad. Wiss. XLI 1 p. 19; K. Deichgräber *Gnomon* VII (1931) 662.

Galen. *π. διαφ. νοσ.* 9 (VI 869 K.); *π. αἰτ. συμπτ.* II 2. III 11 (VII 150. 266); *π. τ. πεπονθ. τόπ.* VI 6 VIII 438 ss.), unde complura Aet. XI 32[1] et Ioann. Actuar. l. c. (cf. sub c); *θερ μεθ.* XIV 7 (X 967 ss.); *π. συνθ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπ.* IX 9 (XIII 318 s.), unde Oribas. synops. ad Eustath. IX 30 (= ad Eunap. IV 104), a quo (a Synagogis puto equidem) pendent Paul. Aeg. III 57 et Theophanes Nonnus epit. de cur. morb. 194 (II 122 B.), pauca etiam ex his praeceptis Aet. XI 32 inde transtulit[1]; Ps.-Galen. *ὅροι* 289 (XIX 426).

Theodor. Prisc. Eupor. II 11.

Alexand. Trall. XI 8.

Leon synops. med. VI 9 (F. Z. Ermerins, Anecdota medica Graeca, Lugd. Bat. 1840, 195).

Cf. Th. Puschmann in editione Alex. Trall. I 274 ss.; J. Rosenbaum *Geschichte der Lustseuche im Altertume*.[2] Berol. 1904. 121. 293. 375 ss.; M. Wellmann *Herm.* XL (1905) 581 ss.

11. *Πριαπισταί* dicebantur Priapi cultores vocabulo a verbo *πριαπίζειν* intransitivo sensu derivato (cf. sub 9; F. Poland *Vereinswesen* 62 s.): collegium Priapistarum Gortyniorum notum est ex titulo non post I. a. Chr. n. saec. scripto, qui Gortynae in museo asservatur, ed. A. Majuri, Ausonia IV (1909) 242 ss.:

Ὁ θίασος τῶν Πριαπιστᾶν Ἀπολλώνιον
Ἑρμία τῷ Σωτάδα φιλαγαθίας ἕνεκεν
ἃς πεποίηται εἰς τὸν θίασον. θεοῖς.

[1] Aetius XI 32 sua omnia non ipse ex diversis auctoribus excerpsisse, sed ex Oribasii Synagogis transscripsisse videtur.

III. De fabulis Priapeis

A. Genealogiae (cf. p. 7. 13. 14. 25).

1. Bacchi et nymphae alicuius filium Hellespontici Priapum putabant Strabone XIII 1, 12 p. 587 teste: vocabatur autem mater variis nominibus, quae in nymphis maenadibusque satis vulgaria scimus (cf. Ch. Fränkel *Satyr- und Bakchennamen*, Hal. 1912, 45 et 54 s.), aut *Χιόνη* (Schol. Theocr. 1, 21, cf. E. Maaß *Neue Jahrb.* 1911, 464 n. 1) aut *Διώνη* (Schol. Lucian. Iup. tr. 6; hoc nomen frustra expellere conati sunt Hemsterhusius et Zoega, cf. test. 3 p. 36), a quibusdam denique oppidi Percotae, quod cultu Priapi insigne fuit, eponyma facta atque hoc ipso nomine appellata est (Hesych. s. v. *Πριηπίδος*, cf. I D 1).

2. a) Bacchi et Veneris filium Lampsaceni Priapum putabant Paus. IX 31, 2 teste: etiam Demosthenis Bithynici testimonium ap. Steph. Byz. s. v. *Λάμψακος* (Powell, Coll. Alex. 26 fr. 11) huc pertinere videtur: *Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησί, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου* (= Herodian. I 188, 12). Eandem genealogiam fabulae de ortu Priapi auctor (cf. III B 1) secutus est, item si quid video epigrammatis Halicarnassensis auctor (IV B 2). Tradiderunt praeterea Schol. Dan. Verg. georg. 4, 111: hunc (sc. Priapum) Liberi et Veneris volunt filium. Schol. Lucian. Iup. trag. 6: *ἄλλοι δὲ* (sc. *τῶν Ἑλλήνων φασὶν τὸν Πρίαπον*) *Διονύσου μὲν υἱόν, μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης*).

b) Allegorice hanc genealogiam explicavit Diodor. IV 6, 1 (test. 5 p. 37): *περὶ δὲ Πριάπου καὶ τῶν μυθολογουμένων περὶ αὐτοῦ νῦν διέξιμεν, οἰκεῖον ὁρῶντες τὸν περὶ τούτου λόγον ταῖς Διονυσιακαῖς ἱστορίαις. μυθολογοῦσιν οὖν οἱ παλαιοὶ τὸν Πρίαπον υἱὸν μὲν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, πιθανῶς τὴν γένεσιν ταύτην ἐξηγούμενοι· τοὺς γὰρ οἰνωθέντας φυσικῶς ἐντετάσθαι πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονάς.* A Diodoro pendet Euseb. praep. evang. II 2, 12, ab hoc Theodoret. de fide I 111 s.: *καὶ ὅτι μὲν ὁ Πρίαπος Διονύσου καὶ τῆς Ἀφροδίτης υἱός, ἴσασι τῶν ταῦτα μεμυημένων τινές· ἀνθ' ὅτου δὲ τούτων υἱὸς ὀνομάζεται καὶ σμικρῷ γε ὄντι ἐντίθεται μύριον ἐντεταμένον καὶ μέγιστον, ὁ τῶν μυσαρῶν μυστηρίων ἱεροφάντης ἐπίσταται καὶ εἴ τις ἕτερος τοῖς ἐναγέσι βιβλίοις ἐκείνοις ἐνέτυχεν. τὴν γάρ τοι Ἀφροδίτην ἡδονὴν ὀνομάζοντες, τὸν*

δέ γε Διόνυσον μέθην προσαγορεύοντες τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τέλοιμεν ἐκάλεσαν Πρίαπον· ἡδονὴ γὰρ προσλαβοῦσα μέθην τὴν τῶν παιδογόνων μορίων ἔντασιν ἀπεργάζεται.

Cf. Eustath. Il. 2, 381 p. 242, 35 ss.: Myth. Vat. II 38.

c) Solum patrem Bacchum aut solam matrem Venerem nonnumquam scriptores commemorant.

α) Antipat. Sidon. Anth. Pal. X 2, 8: *παῖς . . . Βρομίου*. Hunc imitatus Paul. Silent. Anth. Pal. X 15, 8 Priapum facit dicentem Thetin esse *ἡμετέρου πατρὸς ξεινοδόκον Βρομίου*.

Tibull. I 4, 7: Bacchi rustica proles.

β) Venere ortum Priapum habent Lucian. dial. deor. 23, 1 (cf. sub 3 d p. 65); Schol. Theocrit. 1, 81 a et b; Cassiodor. Var. VI 21, 2; item Auson. edyll. 6, 83 ss., cum Venerem facit Cupidini suos ipsius amores dedecusque inde conceptum crimini vertentem:

> (Venus) natique (sc. Cupidinis) in crimina confert
> dedecus ipsa suum, quod vincula caeca mariti
> deprenso Mavorte tulit, quod pube pudenda
> Hellespontiaci ridetur forma Priapi,
> quod crudelis Eryx, quod semivir Hermaphroditus.

Etiam Petron. 133, 3 v. 1 s. Veneris (= Dionae) filium Priapum significare videtur, cum hoc modo eum appellari facit:

> Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
> divitibus silvis numen dedit.

Pervulgata igitur haec genealogia videtur fuisse, qua Priapus Baccho et Venere ortus esse ferebatur; quamquam raro admodum haec numina coniugio ab antiquis copulabantur[1], natura inter se tam propinqua, ut vetus proverbium apud Graecos esset, quo res humanae illustrarentur, ab his numinibus petitum: *Ἀφροδίτη καὶ Διόνυσος μετ' ἀλλήλων εἰσίν* (Apostol. IV 58, cf. E. de Leutsch

[1] Etiam Hymenaeum filium Bacchi et Veneris esse nonnulli finxerunt (Schol. Dan. Verg. Aen. 4, 127; Donat. Terent. Ad. V 7, 6; Myth. Vat. III 11, 2; cf. Sen. Med. 110). H. Usener in schedis, quae nunc in bibliotheca universitatis Bonnensis asservantur, horum coniugum divinorum memoriam fabula quadam conservatam esse notavit, quam Christiani narrabant de Dionysio et Pelagia sponsis a Thoma apostolo ad fidem conversis, sed nomina sola versione latina servata sunt (Acta Thomae ed. M. Bonnet. Lips. 1883, p. 139, 16 s.). De Gratiis Baccho et Venere natis cf. IV B 2. Praeterea cf. Hesych. s. v. *Βάκχον Διωνύσ-*: Engel *Kypros* II 203; Furtwängler *Kleine Schriften* I 24; Preller-Robert I 355. 699. 707; Gruppe 1431.

ad h. l.: C. Morelli, Studi Ital. XVIII (1910) 368 s. n. 1), cuius similis sententia Latina a multis usque ad hunc diem laudatur (Terent. Eunuch. 732. cf. A. Otto *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer*, Lips. 1890 s. v. Venus, add. V. Szeliński *Mus. Rhen.* LIX (1904) 635). Facile igitur cur Priapus his potissimum numinibus ortus esse putaretur, allegorici explicare potuerunt.[1] Nec tamen negandum ea a nonnullis revera una culta esse, id quod Cornut. 30 diserte tradidit vetere illa causa allegorica adiecta: *κινητικὸν γὰρ πρὸς συνουσίαν ὁ οἶνος, διὰ τοῦτο ἐνίων κοινῇ θυόντων Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ* (cf. Gruppe 855 n. 3).

3. Ii, qui in locum Bacchi alios deos substituere conati sunt, non pervicerunt:

a) Hygin. fab. 160 Priapum inter Mercurii filios enumerat. Zoega, Bassirilievi II 165, 1, et Jahn *BJ* 52 s. n. 18, Priapum errore Hygini pro Pane(?) substitutum esse putant; equidem non ierim infitias hoc loco fortasse sententiam alicuius viri docti exstare, qui Mercurium deum et ipsum ithyphallicum et Orthanae patrem (Phot. s. v. *Ὀρθάνης*, cf. De dis Atticis 22) Priapo propinquiorem iudicaverit. Ceterum Mercurius saepius cum Venere copulatus quam Bacchus (cf. O. Waser *PW* s. v. Eros col. 492. 499; A. B. Cook, Zeus II 1043 s.).

Epigramma aetatis Romanae Piraei inventum IG III 1397 Buechelero praeeunte Kaibel, Epigr. nr. 817, ita restituit, ut Priapus induceretur sese Mercurii filium esse indicans; quod in columna sepulcrali, in qua hoc epigramma scriptum esse Pittakis primus editor testatur, fieri potuisse G. Dittenberger negavit, cf. tamen VI D.

b) Adonin nonnumquam patrem Priapi habitum esse inde concludendum videtur, quod haec genealogia fabulae Sophocleae de ortu Priapi inculcata est (III B 1). Cf. etiam VIII N.

c) Cur Priapus in fabula Nonniana Iove natus esse narretur, p. 70 s. (III B 2) explicabitur. A Cornuto 27 p. 51 l. 2 s. L. hanc genealogiam exhiberi olim falso putabant (cf. F. Osann in adnot. crit. p. 153 editionis suae, qui legere debuit, ut legit

[1] Cf. Hedylum Anth. Pal. XI 414, qui Bacchi et Veneris filiam podagram esse ioco finxit. Hoc epigramma ab Hedylo factum esse negavit Stadtmüller apud Susemihl *Gesch. d. gricch. Litt. in der Alexandrinerzeit* II Add. p. 699 (cf. de Radinger *PW* s. v. Hedylos col. 2593).

E. Mehler, Mnaseae Patarensis fragmenta, Lugd. Bat. 1847, 99. λεγόμενος); nam genetivo absoluto καὶ τοῦ Διὸς ἐντεῦθεν σωτῆρος εἶναι λεγομένου, quem Lang non recte uncis seclusit, Cornutus Iovem cum Priapo comparat, qui quoniam eodem modo per eum γίνεται καὶ σώζεται πάντα (p. 3 l. 9), σωτήρ dicitur (p. 9 l. 14). Ab auctore epigrammatis Halicarnassensis (IV B 2) Priapum Iovis et Veneris filium existimari non credam. Tychonem his parentibus natum esse Ps.-Eudocia Viol. 442 p. 362 Fl. videtur tradidisse, cf. De dis Atticis 32 s.

d) Genealogiae vulgatae, qua Bacchi filius ferebatur, rationem non habuerunt, qui Priapum tutorem Bacchi reddiderunt (III E 3), item ii, qui Bacchum et Priapum unum esse numen contenderunt vocabulis duobus amplificatum (VIII G). Etiam Lucianus, cum Bacchum a Priapo tentari faceret (dial. deor. 23, cf. III D 6), hanc genealogiam neglexit, nam si ita iocari voluisset, ut ne patri quidem hunc deum libidinosum parcere fingeret, non plane de necessitudine eorum tacuisset; alium deum ab eo patrem Priapi habitum esse M. Antonius Muretus ad Tibull. I 4, 7 (p. 46 ed. Venet. 1558; Opera ed. Ruhnken II 884) fortasse recte dixit. Cf. Martialis III 68, 7 s. iocum obscaenum (III D 7; VII G 1).

e) De asino patre Priapi cf. III C 3.

B. Fabulae de ortu primisque rebus gestis Priapi.

Cf. supra p. 14 s.: Ad. Michaelis *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) 81 ss.

1. Fabula Sophoclea.

Schol. Laur. Apoll. Rhod. 1, 932, similiter Schol. Flor. et liberius Par.:

Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καὶ Ἀβαρνίδος ἡμαθόεσσαν ἠιόνα.

Ἡ Ἀβαρνὶς πόλις τῆς Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ αἰτίας

Et. Magnum et Magna q. d. Grammatica (C = Flor. S. Marci 303 et D = Voss. Gr. 20, cf. R. Reitzenstein *Geschichte der griechischen Etymologika*, Lips. 1897, 254 ss.) s. v. *Ἀβαρνίδα* (ex Et. Genuino, ut videtur, cf. Reitzenstein 318):

Ἀβαρνίδα· οἷον
Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καὶ Ἀβαρνίδα ἡμαθόεσσαν.

Περκώτη δέ ἐστι πόλις Τροίας, Ἀβαρνὶς δὲ πόλις Λαμψάκου.

τοιαύτης· Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, καὶ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐμίγη τῷ Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ὑπήντησεν αὐτῷ καὶ στέψασα αὐτὸν ἀκολουθῆσαι μὲν ἠδεῖτο διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι, εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα τὸ ἐξ αὐτῆς κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν. Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς καὶ ἐποίησε τεκεῖν ἄμορφον, ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι ἐκ τοῦ . . . ἀπαρνήσασθαι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ διὰ τοῦτο Ἀπαρνίδα κληθῆναι, ὕστερον δὲ καιὰ μετάθεσιν τοῦ στοιχείου ἐκλήθη Ἀβαρνίς.

Cf. Laur. ad v. 933 (non habent F et P): ἡ δὲ Ἀβαρνὶς τοῦ Ἑλλησπόντου, ἣ τὸ παλαιὸν Ἀπαρνὶς ἐκαλεῖτο, ὡς εἴρηται, ἀπὸ τοῦ Ἀφροδίτην ἐνταῦθα τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον ἀπαρνήσασθαι τὸν παῖδα διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ αἰδοίου.

ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας· Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ, ἀναχωρήσαντος δὲ τούτου εἰς τὴν Μηδικὴν ἐγαμήθη Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ἀπήντησεν αὐτῷ, ἠδεῖτο δὲ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ διὰ τὸ γεγαμῆσθαι, εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα τὸν ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον ἐβούλετο ἀνελεῖν. ἡ δὲ Ἥρα ζηλοτυπήσασα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς καὶ ἐποίησεν αὐτὴν τεκεῖν παῖδα, ὃν Πρίηπον ὀνομασθῆναί φασιν ἄσχημον καὶ βαθυαιδοῖον· καὶ τοῦτον ἀπαρνήσασθαι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ ἀπὸ τούτου Ἀπαρνίδα κληθῆναι, κατὰ δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ στοιχείου Ἀβαρνίδα. οὕτως Ὥρος ὁ Θηβαῖος ἐτυμολόγος. τὸ ἐθνικὸν Ἀβαρναῖος καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀβαρναίη.

4 πόλις Ἑλλησπόντου πλησίον Λαμψάκου P (cf. Laur. ad v. 933) 9 ἀνῆλθεν Michaelis non necessario 11 στέψασα ut victorem 15 αὐτοῦ (sc. Διονύσου) Berckmann falso ex Et. M. collato Lucian. dial. deor. 1, 2 14 6 ἀναχωρήσασα ἐβούλετο τεκεῖν τὸν κυοφορούμενον ἐν αὐτῇ παῖδα P 19 ss. τεκεῖν παῖδα τά τε ἄλλα δύσμορφον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα ὑπέρμεγα (ὑπερμέγεθες P), ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι (ὃν καὶ προσηγόρευσαν Πρίαπον P). ἰδοῦσα δὲ ἡ Ἀφροδίτη οὐκ ἠξίωσεν ἀναλαβέσθαι, τά τε ἄλλα μισήσασα τὸν παῖδα καὶ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ αἰδοίου (cf. Laur.

1 3 Ἀβαρνίδα· ἡ (lac.) τὴν δ' ἐπὶ γῆ (lac.) ἡμαθόεσσαν (ἀμαθόεσσαν C) CD 4 ἐστι περὶ τρῴας C 5/6 ἀβαρνίδα ὠνομάσθη CD 6 ἐκ pro ἀπό CD 8/19 narratione ἀναχωρήσαντος — τεκεῖν omissa καὶ ἔτεκεν ἐξ αὐτοῦ CD 9 Ἰνδικὴν Et. gen.? (Reitzenstein) 10 ἀνῆλθεν Michaelis 12 ὑπήντησεν Et. gen.? (Reitz.) 15 6 τὸ ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν Et. gen.? (Reitz.) 20 1 πρίλπον (Πρι.πον D) et post lacunam parvulam μον και βαθὺ αἰδοιον C 21 φασιν om. Et. M. ἄσχ D´ in ras. 5 litt. 22 3 τὴν Ἀφροδίτην καὶ om. (lac.) CD 24 κληθῆναι om. CD, sed

ad v. 933). *διὰ οὖν τὸ τὴν Ἀφροδίτην ἀπαρνηθῆναι τὸν παῖδα ἐκεῖ Ἀπαρνὶς ἡ πόλις ἐκλήθη, ὕστερον δὲ* etc. F *εἶτα κατὰ μεταποίησιν τοῦ π εἰς τὸ β Ἀβαρνὶς ὠνομάσθη* P) FP 20 post *ἐκ τοῦ* lacunam indicavit Keil (cf. infra p. 69) *ἐκ τοῦ· καὶ τοῦτον* Berckmann ex Et. M., etiam *βαθυαιδοῖος* vocabulum in schol. inserendum esse ratus 22 *κληθῆναι ⟨τὴν χώραν⟩* Michaelis ex Steph. suppl. D post *Ἀβαρνίδα* l. 25 24 5 *καὶ κατὰ ἐναλλαγὴν τοῦ π εἰς β* CD (*καὶ κατὰ* etiam cod. D altera series (cf. in fine: 25 6 *οὕτως — ἐτυμολόγος* om. CD 26 8 *ὁ Θηβαῖος — Ἀβαρναῖ*) defuisse in Et. gen. videntur Reitzensteinio (cf. F. Ritschl, Opusc. I 640). In fine add. D *ζητεῖ τὴν ἱστορίαν εἰς τὸ β' βιβλίον* i. e. fol. 210 r in serie articulorum ex Et. M. transscriptorum, quae post Magnam Grammaticam in hoc codice sequitur, cf. Reitzenstein p. 220. 261. PW s. v. Etymologika col. 815. 816 s.).

Steph. Byz. s. v. *Ἄβαρνος*: *Ἀπολλώνιος Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ καὶ Ἀβαρνίδος ἡμαθόεσσαν ἠιόνα. τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον ἀπαρνήσασθαι καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλέσαι. ἢ κατὰ παραφθορὰν καὶ Ἀβαρνὶς καλεῖται. εὕρηται δὲ καὶ διὰ τοῦ* 5
π Ἀπαρνίς, ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ (fr. 132 Stiehle). *τὸ ἐθνικὸν Ἀβαρναῖος καὶ θηλυκὸν Ἀβαρναίη.*

5 post *καλεῖται* verba temere iterata *ἔστι δὲ καὶ πόλις καὶ χώρα καὶ ἄκρα* eiecit Meineke 6 *Ἀβαρπὶς* codd. corr. Westermann.

Cf. Tzetz. ad Lycophr. 831: *Ἄδωνις δὲ ὁ Κύπριος . . . ἐξ οὗ Ἀφροδίτῃ γεννᾷ Πρίαπον δυσειδῆ καὶ βαθυαιδοιον. ἡ γὰρ Ἥρα ἔγκυον οὖσαν αὐτὴν μεμαγευμένη χειρὶ ἁψαμένη ἐποίησε τοιοῦτον γεννῆσαι.* Glossa recens cod. Par. Q Theocritei (C. Wendel *Überlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien*, Berol. 1920, 194) ad idyll. 1, 81 (Ahrens p. 69, 27): *Πρίαπος υἱὸς Ἀδώνιδος θεὸς ἀγροικικός.*

Schol. Lucian. Iup. trag. 6 (test. 3 p. 36 s.): *Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς Ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει, ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱόν, ἢ ἔρριψεν αὐτὸν εἰς τοὺς λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τῶν μηδέων αἰδοῖ ἐχομένη· εἶχε γάρ, φασί, γλῶσσαν μεγάλην καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον, λεχθῆναι δ' ἐπ' αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ,* 5
ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον.

Cf. fabulam Nonnianam (III B 2) l. 10 ss. Deformitas Priapi pueri apparet in imaginibus (III B 3, cf. V D 3. E 1). De auctore schol. Luciani cf. p. 36 s.

De ratione, quae inter tres huius fabulae testes potissimos intercedit, Th. Bergk *Mus. Rhen.* I (1842) 363 s.: A. Lentz.

Proleg. ad Herodian. p. CCXXIII; M. Warnkross, De paroemiographis capita duo, diss. Gryph. 1881 thes. II; F. Berckmann, De scholiis in Apollonii Rhodii Argonautica Etymologici Magni fonte, diss. Bonn. 1894, 6ss. 34s.; L. Deicke, De scholiis in Apollonium Rhodium quaestiones selectae, diss. Gott. 1901, 39, egerunt. Atque Sophocli, commentatori Apollonii Rhodii, huius fabulae notitiam deberi et ex Steph. Byz. testimonio et inde intellegi potest, quod tres illi testes ab eodem versu Apollonii narrandae fabulae initium capiunt. Ex Sophoclis autem commentario scholiorum quae nos legimus derivatae sunt tres recensiones, eodem Orus usus erat in opere *περὶ ἐθνικῶν* (F. Ritschl, Opusc. I 609s. 642. 647; Reitzenstein p. 318. 325), cuius copiae nobis per Etymologici genuini scriptorem et Stephanum servatae sunt, ita tamen, ut quae hic large exscripserat ab epitomatore in angustum contracta habeamus, etymologus autem ipse non integrum illud opus, sed epitomam adiisse atque quaedam suo Marte mutasse videatur — nisi forte ipsius Et. M. scriptoris culpae assignare cum Reitzensteinio mavis quae apud eum corrupta leguntur; meliora enim ab eo praeberi quam a scholiastis (F. Marx *Ath. Mitt.* X (1885) 190 n. 2) non crediderim. Nempe minus apte Mediae nomen in Etymologico scriptum est pro India: hoc vero quod Sophocles vere Graece dixerat *τὸ ἐξ αὐτῆς κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν* pro *τὸ ἐν αὐτῇ κυοφορούμενον* (cf. lectionem schol. Par.), ille cum diceret *τὸν ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον ἐβούλετο ἀνελεῖν* temere mutavit: Venerem enim cum narraret suum fetum (quamvis divinum) interempturam fuisse, quid responsurus erat interroganti, cur non fecisset, sed eum abdicare satis habuisset?[1] Quid quod unius filium (Bacchi an Adonidis?) eum fecit, quem Sophocles ambiguum partum esse voluerat? Hic enim praebuerat fabulam e duplici de patre Priapi memoria (cf. III A 3 b) coniunctam (recte Jessen col. 2970); Adonidem tamen primo ab hac fabula alienum fuisse mox clarius apparebit, cum ceteris versionibus unum patrem perhiberi viderimus (cf. III B 2 et 4). Iunonis inimicitias fabulae Priapeae auctor ex fabula Bacchica facile mutuatus est (M. Pohlenz *Neue Jahrb.* XIX (1916) 580 n. 1): hanc igitur deam Priapum deformasse narravit ira scilicet inflammatam in Bacchum patrem eius a suo coniuge furtivo amore genitum, sicut odium a paelicibus collectum illa in omne earum genus transferre solebat

[1] Revera ne abdicavisset quidem, nisi Iuno quem pulcherrimum illa parturiebat puerum turpem effecisset (cf. Schol. Lucian. et Nonn. III B 21. 9s.).

(cf. Ov. met. 3, 257 ss.); sed accedebat invidia Veneris, ne filius ex ea natus ipsius progeniem pulchritudine vinceret (cf. fab. Nonn. III B 21. 4 ss.). Matrimoniorum sanctitatis curam pro causa habuit E. Mehler, Mnaseae Patarensis fragmenta. Lugd. Bat. 1847, 99 ss. Ut autem manu ventri admota partum effici sive levari antiqui credebant (cf. F. Marx *Ath. Mitt.* X (1885) 188 ss.: E. Maaß, De Aeschyli Supplicibus commentatio, ind. schol. Gryph. 1890 1 p. X ss.: C. Sittl *Gebärden* 323 cf. 330: Gruppe p. 860 n. 5: O. Weinreich *Antike Heilungswunder*, Giss. 1909, RGVV VIII 1 p. 14 ss. imprimis p. 57). *Der Trug des Nektanebos*, Lips. 1911, 13: E. Samter *Geburt, Hochzeit und Tod*, Lips. 1911, 11 s.: K. Sudhoff *Arch. f. Gesch. d. Med.* XVIII (1926) 235 ss.), ita Iuno, quae pariter ac Diana parientium patrona fuit (cf. F. G. Welcker *Kleine Schriften* III 199 n. 36: Maaß l. c. p. XI), *μεμαγευμένῃ τῇ χειρί* ut deformis partus ederetur effecit. Hoc igitur modo cur Priapus turpi tentigine foedatus esset, Sophocles vel potius eius fabulae auctor explicare voluit: idem nomen Priapi explicavit, siquidem H. Keil in adnot. crit. recte statuit verbis *ἐκ τοῦ* in codice Laur. servatis veriloquium olim inductum fuisse. Quodsi lacunam hoc loco hiare probabile est, nescio an in ea lacuna fuerit, quo veriloquium fortasse explicari poterat, vocabulum *βαθναιδοῖος* (cf. *βαθυπώγων, βαθυπλόκαμος, βαθύρριζος* etc.), quippe quod ab etymologo servatum sit atque a scholiastis Flor. et Par. respiciatur (cf. Berckmann p. 35). Universae autem fabulae in altera etymologia quasi acumen fuit, qua nomen explicabatur Abarni, cui oppido in promunturio prope Lampsacum sito plerumque *Ἄβαρνίς* nomen dabatur, quo proprie regio (cf. I D 1) i. e. illud ipsum promunturium appellabatur (Xen. Hell. II 1, 29: Theophrast. fr. 167 W. ap. Ath. II 62 C: Ephor. (F 46 Jac.) et Herodian. ap. Steph. Byz. s. v. *Ἄβαρνος*: Apoll. Rhod. I 932: Orph. Arg. 487 formam poeticam *Ἀβαρνιάς* finxit), cf. etiam Jacoby ad Hecataei F 220. Hoc autem nomen ut a verbo *ἀπαρνεῖσθαι* derivari posset, antiquos *Ἀπαρνίδα* dixisse contendebant; Artemidorus igitur Ephesius, quem ol. 169 (a. 104/0 a. Chr. n.) floruisse Marcian. epit. peripl. Men. 3 (Geogr. min. ed. Müller I 566, 31) tradit, quod nomen oppidi non *Ἀβαρνίδα*, sed *Ἀπαρνίδα* teste Stephano scripsit, hoc non casui vel mendo alicui dederim, sed eum veriloquium illud cognitum habuisse ideoque hanc scripturam probasse persuasum mihi est. Venerem igitur in regione Lampsacena filium turpem abdicavisse iam satis antiquis temporibus narraverunt.

2. Fabula Nonniana.

Nonn. narr. ad Greg. Naz. inv. 2, 32 hist. 34 (Migne vol. XXXVI col. 1053 = Westermann, Mythogr. 382 nr. 63), inde Elias Cret. 530 B ed. ‚Colon.' (a. 1690) et Ps.-Eudocia 575 s. Fl.; in brevius contractam habet Suid. s. v. *Πρίαπος* 3, cf. E. Patzig, De Nonnianis in IV orationes Gregorii Nazianzeni commentariis, progr. Lips. 1890, 20 ss.:

Λέγεται μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὴν Ἀφροδίτην ἐκ τῆς Αἰθιοπίας κάλλος ἀμέτρητον ἐπιφέρεσθαι, ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν Δία ἐρασθῆναι αὐτῆς καὶ συγγενόμενον αὐτῇ ζῆλον ἄπειρον τῇ Ἥρᾳ καταλιπεῖν. εὐθὺς οὖν ἡ Ἥρα τὸ μέλλον προσκοπήσασα καὶ ὅτι ἤμελλε τὸ τικτόμενον ἐκ ταύτης βρέφος κάλλει ὑπερφέρειν καὶ κατακρατῆσαι πάντων τῶν ἐκ Διὸς τεχθέντων, ἥψατο τῆς κοιλίας τῆς Ἀφροδίτης καὶ παρεσκεύασε μαγγανείᾳ τινὶ τὸ βρέφος κακόμορφον τεχθῆναι. τεχθέντος οὖν τοῦ βρέφους ἀμόρφου καὶ ἀσχήμου πάνυ, αἰσχροῦ τε καὶ περισσοσάρκου, καὶ ἑωρακυῖα αὐτὸ ἡ μήτηρ, ὅτι μέλλει τὸ τεχθὲν πλεῖστον αὐτῇ ψόγον ἐπιφέρειν, ἔρριψε λαβοῦσα εἰς ὄρος. περιτυχὼν δέ τις τούτῳ ποιμὴν λαβὼν ἀνέθρεψε καὶ ὡς πρὸς εὐκαρπίαν τῆς γῆς καὶ τῶν κτηνῶν καὶ τετραπόδων νομίσας εἶναι τὸ ἐκείνῳ ὑπάρχον πάθος — λέγω δὲ τὸ τοῦ αἰδοίου· εἶχε γὰρ τοῦτο ἐπάνω τῆς πυγῆς — λαβὼν ἱδρύσατο καὶ ἐτίμησε καὶ ὠνόμασε Πρίαπον δηλῶν κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν γλῶσσαν τὸν ἐκ πλάνης τοὺς ἐν πλάνῃ καὶ ἐρημίᾳ σῴζοντα. καὶ ἐξ ἐκείνου λέγεται παρὰ τοῖς ποιμέσι τιμᾶσθαι ὁ Πρίαπος.

l. 8 *ἀσήμου* cod. corr. Michaelis ex Et. M. (vide p. 66 l. 21) *foedus* vers. lat. Eliae *ἀώρου* Ps.-Eudocia 13 *λέγω δὴ* Westermann cum Eudocia *ἐπάνω εἰς τὴν πυγήν* Suid.

Deformitatem tam insignem huius fabulae auctor Priapo ideo tribuisse videtur, quia is deus idem Phanes Orphicus putabatur (Michaelis p. 86 s.: cf. Orph. h. 6, 9, VIII K); hunc autem eodem Nonno teste (Orph. fr. 80 K.) *αἰδοῖον ἔχοντα ὀπίσω περὶ τὴν πυγήν* Orphici induxerant mythi Aristophanei (Plat. Symp. p. 189 C ss.) quodammodo memores, cum ab Ericepaeo eum ut alteram partem dei illius *δισωμάτου* (= *διφυοῦς*) distinguerent (cf. K. Beth *Wien. Stud.* XXXIV (1912) 288, 1). G. Zoega *Abhandlungen* 251 (cf. Bassirilievi II 167, 3) Phanetem a Priapo hoc insigne traxisse arbitratus dei Lampsaceni hoc proprium esse non probavit. Universam autem rationem eius fabulae, qua Bacchus pater Priapi ferebatur, auctor fabulae Nonnianae mutandam sibi esse putavit, cum non intellegeret, cur Iuno Priapo irasceretur: Iovem igitur patrem Priapi fecit, ut illa

filium mariti adulterio ortum merito persequi videretur, sed prioris narrationis id vestigium reliquit, quod pro Bacchi itinere inutiliter Veneris iter finxit. Maiore quae videbatur perspicuitate inducti F. Osann in adnot. crit. ad Cornut. 27 (p. 153 editionis suae) et Jessen col. 2970 perperam fabulam Nonnianam genuinam esse arbitrati sunt: certe Iupiter a nemine alio pater Priapi exhibetur (III A 3 c). Quomodo novus deus debito honore coli coeptus esset, alii aliter narraverunt, cf. III B 3, 5.

3. Series imaginum, qua educatio Priapi efficta est.

a) Ara marmorea Aquileiae Traiani fere aetate in honorem duorum virorum vivorum et in memoriam unius defuncti ab Euporo liberto constituta, quae nunc in eadem illa urbe asservatur (Maionica *Führer* 53 s. nr. 41: Brusin, Aquileia 133 ss. nr. 24: A. Calderini, Aquileia Romana, Mediol. 1930, 117 s.). Praeter partem adversam, in qua titulus inscriptus est (CIL V 833 cf. p. 1025 et 1095), laterum dextri et sinistri anaglypha (artis hellenisticae vestigiorum non expertia, cf. Michaelis p. 94) fere integra servata sunt, pars aversa — nescimus quo consilio — deleta est. Descripserunt G. Zoega, Bassirilievi II 168, 4, aliique: accuratissime imaginibus adiectis (inde Reinach, Rép. rel. III 433, 2. 3) explicavit Ad. Michaelis *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) 81 ss. tab. V et VI (cf. H. Maionica *Mitt. der k. k. Central-Kommission* XXII (1896) 228 s. nr. 134: ibd. XXIII (1897) 79 s. nr. 1). Alteram imaginem (α) repetivit C. Sittl *Gebärden* 85 fig. 6, denuo expressit Rizzo, Dionysos Mystes 48 [84] fig. 24.

b) Pyxis eburnea vel ossea, cuius fragmenta in Creta inventa nunc Athenis sunt: R. Schöne *Griechische Reliefs aus athenischen Sammlungen*, Lips. 1872, tab. XXXVII nr. 149 (cf. col. 70); recte explicavit O. Puchstein *Ath. Mitt.* VIII (1883) 79 s.

c) Anaglyphum Albanum Augusti aetate factum, quo Michaelis p. 87 mediam imaginem arae Aquileiensis recuperavit: G. Zoega, Bassirilievi tab. 80: Schreiber *Hell. Rel.* tab. 59: Reinach, Rép. rel. III 145, 2: Brunn-Bruckmann tab. 630 (J. Sieveking).

d) Ara Fabii Tarquiniensis aetate Romana facta, in qua Bacchicarum imaginum series expressa est: E. Gerhard *Arch. Ztg.* 1851 col. 385 ss. tab. XXXV (cf. Jahn *Ber.* 238; Reinach, Rép. rel. III 20).

Constabat tota series ab Adolfo Michaelis feliciter restituta ex his tribus imaginibus:

α) (*a* cf. *b*): Priapus modo natus iam tentigine foedatus in alveo (non in cunis, ut Michaelis aliique putaverunt) cubans a duabus nymphis (non maenadibus) lavatur, quae pueri foeditatem non minus horrent quam ipsa mater Venus (armillis ornata) tam deformem partum vultu aversans manu repellens.[1] In *a* res loco saxoso sub ficu palmite redimita geritur, in *b* Minerva, parientium adiutrix (cf. K. Lehmann-Hartleben *Arch. f. Religionswiss.* XXIV (1926) 19 ss.), adest, feminarum territarum gestus mitigati vel omnino sublati sunt. Puerum in faciem cubare membro in natibus erecto Puchstein vereor ne commenti illius Orphicorum (III B 2) memor cognoscere posse non recte sibi visus sit.

β) (*c*): Silenus calvus nudusque Priapum puerum, ipsum iam calvum obesum probe peculiatum, curru conchato hirco et panthera iunctis vehit atque arte aurigarum instituit. In recessu sacellum est cum arbore foliis nuda et Priapi ipsius barbati herma altae columnae, ut videtur, imposito (credunt eum in maceria stare). Ne deus neglegentia quadam bis effictus videretur, Jessen col. 2978 puerum Priapum esse negavit, Michaelis p. 87 hermam Lordonis esse affirmavit. Sed hic deus commenticius est (De dis Att. p. 14 ss.), puer autem notis Priapi apertius designatus videtur quam qui Bacchus nominari possit, id quod nonnulli viri docti fecerunt, neque cur Pygmaeum cum Sileno sociatum esse putemus, ulla videtur esse causa. Illa autem quae dicitur neglegentia haud ita magni facienda est: artifex enim non ea re secum ipse pugnat, quod simulacrum Priapi deumque ipsum uno loco finxit (cf. M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) 39 s.; W. Deonna, Rev. arch. 1918 I 135 ss.), sed hac re sibi non constitit, quod simulacrum adulti Priapi in id tempus rettulit, quo is deus puer admodum esset; atqui omnino artifici talia curae fuisse non credo, qui hermam Priapi cum saepius in imaginibus Bacchicis vidisset huic quoque imagini temere addiderit. Ceterum de huiusmodi q. d. anticipatione cf. Rizzo l. c. 43 [79].

[1] De hoc gestu cf. Sittl p. 85; similis mulieris alatae imago phallo Bacchico detecto aversantis, quae in anaglyphis figlinis gemmisque conspicitur atque in illustri pictura domus ab Aurelio Item detectae, cf. H. v. Rohden et H. Winnefeld *Architektonische römische Tonreliefs der Kaiserzeit*, Berol. et Stuttg. 1911, 52 ss.; Rizzo, Dionysos Mystes 45 [81] ss.; E. Pottier, Rev. arch. 1915 II 341 s.; V. Macchioro *Die Villa der Mysterien in Pompei*, Neap. s. a. tab.; M. Bieber *Arch. Jahrb.* XLIII (1928) 308 s.; *Die Antike* VII (1931) tab. 13.

γ) (*a* cf. *d*): Priapo iam adulto loco saxoso sub ficu primum sacrificium a Sileno et Satyro puero offertur, fructus cremantur, phallus velatur post sollemniter retegendus (VII G 4 a): ipse rudem adhuc incertumque statum componit in basi quasi sacri signi futuri significans formam (cf. p. 104). In *d* Priapus solito more barbatus fictus est, qua re auctoris voluntas depravata est, qui Silenum tutoris munere expleto novi dei cultum quasi inaugurantem induxit (cf. Nonn. supra p. 70: λαβὼν ἱδρύσατο καὶ ἐτίμησε, etiam Call. h. 4, 6). Silenum et Satyrum Priapo sacrificantes saepius habes expressos, cf. VII D 3 b.[1]

Omnis haec series imaginum ad exemplum facta est earum imaginum, quibus Bacchi educatio effingebatur (cf. *Bonn. Jahrb.* CXXXII (1927) 254); huius seriei exempla egregia ex aetate Romana servata sunt (cf. H. Heydemann *Dionysos' Geburt und Kindheit*, 10. Hall. Winckelmannsprogr. 1885, 48 ss.; H. Sitte *Jahresh. d. öst. arch. Inst.* XII (1909) 215 ss.; G. E. Rizzo, Dionysos Mystes 7 [43] ss.; H. Philippart, Rev. belge IX (1930) 29 s.):

aa) Ectypum sarcophagi musei Capitolini (Gall. 46 a), pulcerrimum huius seriei exemplum: Mus. Capitol. IV 60; nunc H. Stuart Jones, A catalogue of the ancient sculptures preserved in the municipal collections of Rome, Oxon. 1912, 117 ss. tab. 24; Friederichs-Wolters *Gipsabgüsse antiker Bildwerke* nr. 1824; Helbig *Führer* I nr. 786; Sitte p. 221 fig. 112 et 223 fig. 113; Reinach, Rép. rel. III 183, 6; Rizzo p. 7 [43] fig. 3 et 8 [44] fig. 4.

bb) Ectypum sarcophagi quod olim in villa Albani fuit, nunc in glyptotheca Monacensi asservatur: Furtwängler *Beschreibung der Glyptothek* nr. 240 (Wolters *Führer* 1928, p. 55); Winckelmann, Mon. ined. fig. 52; Müller-Wieseler *Denkmäler* II 34, 402; Sitte p. 215 fig. 111; Reinach, Rép. rel. II 74, 3; Rizzo p. 8 [44] fig. 5. Cf. III E 3.

---

[1] Huiusmodi argumentum etiam imaginis pictae est: Pitt. d'Ere. II tab. 24; Ternite 1. sect. II tab. 4 b; Welcker *Alte Denkmäler* IV 15 ss.; Roux-Barré VIII tab. 28; Helbig 570; Ruesch, Guida nr. 1323; Reinach, Rép. peint. 119, 3; similes Helbig 571 et 571 b. Puer obesus hedera coronatus, veste purpurea amictus, phallo longe demisso insignis, dextra cantharum, sinistra thyrsum tenens, basi impositus (in tertia imagine tamen humi stans) a mulieribus adoratur; quem puerum cum Welckero (item Michaelis p. 88) Priapum potius nominabimus quam Bacchum (dubitat E. Anthes *Westd. Zeitschr.* XIII (1894) 25; phallum L. Stephani, Compte-rendu 1861, 27 s. n. 5, pro ruga vestis habuit.

cc) Ectypum sarcophagi, quod in Britannia (Woburn Abbey) est: Ad. Michaelis, Ancient marbles p. 744 nr. 169; A. H. Smith, A catalogue of sculpture at Woburn Abbey, Lond. 1900 nr. 110.

dd) Fragmentum ectypi sarcophagi Vindobonense: Sitte tab. IX.

ee) Conferenda et alia opera et pyxis eburnea V. p. Chr. n. saeculi: E. Gerhard *Arch. Ztg.* IV (1846) 217 ss. tab. 38; F. Lenormant, Gaz. arch. V (1879) 27 n. 4; Heydemann p. 10 s.; J. E. Harrison, Ann. Brit. School Athens XV (1908/9) p. 320 fig. 5; Reinach, Rép. rel. III 59, 3; P. Ducati, Guida del museo civico di Bologna 1923, p. 94; Philippart p. 15 nr. 13 tab. III.

Comparari possunt cum Priapeis hae imagines:

αα) Lavatur infans *aa bb cc*, lavatum iri significatur *ee* solio cubili Semelae apposito (cf. Heydemann p. 8 ss., etiam 15 supr. et 16).[1]

ββ) Puer hirco vehitur *bb* (cum mystica vanno velata) et alibi (Heydemann p. 49 s.). Silenus Bacchum infantem gremio acceptum curru binorum taurorum per triumphum vehit in pictura Pompeiana illustri: Zahn III 83; Helbig nr. 379; Herrmann-Bruckmann tab. 61; Reinach, Rép. peint. 106, 3; Curtius *Wandmalerei* 299 fig. 172 (Philippart p. 27 s. nr. 59).

γγ) Bacchus adultus satellitum turba stipatus curru pantherarum proficiscitur sua sacra per terras propagaturus *ee*. Inter imagines in sepulcro mystarum Portuensium in insula q. d. sacra detectas (G. Calza, Not. Scavi 1928, 151 ss.) duae huc pertinent a Wilamowitzio, Studi Ital. N. S. VII (1929) 96 ss., optime explicatae: quarum in altera (Calza p. 158 fig. 19) novo deo prima sacra a Nyside nutrice offerri videmus, in altera (Calza p. 161 fig. 20) *Liber pater consacratus* pantherae insidens a Satyro deducitur Sileno comitante. *Consecratus igitur est Liber, cum cultus publicus instituebatur* recte Wilamowitz coll. Cic. nat. deor. 2, 62 (de initiatione minus bene hoc vocabulum intellexit J. Carcopino, Bull. Soc. ant. de France 1928, 309).

Huius seriei eam imaginem, qua Bacchum suo ornatu instrui (cf. M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) 17) videmus (*aa bb dd*), artifici hellenistico (fortasse pictori) deberi Sitte exposuit (cf. Helbig *Führer* l. c.); sed auctor ille primarius non hanc

[1] Bacchi lavationem pictura Campana Helbig 1390 expressam esse L. Stephani, Compte-rendu 1861, 22, suspicatus est. Cf. etiam sarcophagum Romae inventum Mél. d'arch. et d'hist. V (1885) tab. XI; Reinach, Rép. rel. II 198, 1; Philippart p. 30 nr. 70.

unam imaginem confecit, sed plures inter se continuavit, quam seriem per complura saecula multifariam mutatam variatamque esse non mirum. Universa quidem series ut Bacchica ita Priapea ingenii Alexandrinorum notam prae se fert manifestam, qui divina prorsus ad exemplum humanarum rerum fingere consueverint; cuius rationis auctorem egregium ducemque habemus Callimachum, qui mirum quantum infantia ac pueritia deorum dearumque describenda et expingenda delectabatur (cf. quae exposui *Bonn. Jahrb.* CXXXII (1927) 250 ss. *Kallimachos und Homer*, Bonn. 1929 = Xenia Bonnensia p. 50 ss.). Sane iam pridem Graeci de dis infantibus fabulas excogitaverunt atque, sicut apud homines χύτλωσις partus purgandi causa fiebat, ita deos quoque modo natos lavari fecerunt (Hom. h. Apoll. 120 s. Merc. 241. 268; Call. h. Iov. 16 s. Del. 5 s.; Apoll. Rhod. 4, 1311; Nonn. Dionys. 38, 146 s. 41, 172 etc.; cf. sarcophagos puerorum a K. Wernicke tractatos *Arch. Ztg.* XLIII (1885) 209 ss.; Hermann-Blümner *Privataltertümer* 281; E. Maaß, Ind. schol. Gryph. 1890/1 p. X; G. van Hoorn, De vita atque cultu puerorum monumentis antiquis explanato, diss. Amst. 1909, 2 s.; Cl. Mayer *Das Öl im Kultus der Griechen*, diss. Heidelb. 1917, 16 ss.; S. Eitrem, Festskrift tilegnet A. Kjær, Christ. 1924, 90 s.): ipsum Bacchum apud Haliartum fonte qui *Κισσοῦσα* vocabatur a ‚nutricibus' i. e. nymphis (cf. Meleag. Anth. Pal. IX 331) lautum esse ferebant (Plut. Lys. 28, 7), idem Dircae meritum tribuit Eur. Bacch. 519 ss. (cf. C. Robert *Archäologische Märchen*, Berol. 1886 [*Phil. Untersuch.* X] p. 184 s.). Alexandrini vero singulis gradibus infantiae pueritiaeque quasi per annos descriptis divinos infantes homuncionum pusiones effecerunt; enarraverunt enim, quo modo haud aliter atque pueri humani hirco vel curru vehi assuevissent (cf. sarcophagos ap. Wernicke l. c.: O. Jahn *Ber. sächs. Ges. Wiss.* 1854, 250; Hermann-Blümner p. 294; van Hoorn p. 75; Reinach, Rép. peint. 79 ss.; praeclarum epigramma Anytae Anth. Pal. VI 312; cf. W. Helbig *Untersuchungen* 242 s.; Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 107; G. Herrlinger *Totenklage um Tiere*, Stuttg. 1930, 58; Nonn. Dionys. 38, 167 ss.) vel futura officia lusu praecepissent, addiderunt denique, quomodo adulta aetate suum quisque munus suscepisset vel divino honore coli coeptus esset. Nonne talia de Baccho atque fortasse etiam de Priapo poematis vere Alexandrinis narrata esse credas? Accedit, ut ad argumentum primae imaginis Priapeae v. 38 s. hymni Homerici 19 faciant a Welckero

Denkmäler IV 15 primum comparati, quem satis recenti aetate factum esse G. Kaibel apud F. de Jan, De Callimacho Homeri interprete, diss. Arg. 1893, 12, aliique fortasse recte coniecerunt; nymphaam a Baccho amatam Panem quem modo pepererat exterritam destituisse poeta ille narrat his verbis:

> *φεῦγε δ' ἀναΐξασα, λίπεν δ' ἄρα παῖδα τιθήνη* (i. e. mater)·
> *δεῖσε γάρ, ὡς ἴδεν ὄψιν ἀμείλιχον ἠγένειον.*

4. Callixen. Rhod. ap. Ath. V 201 C de pompa celeberrima Ptolemaei Philadelphi (cf. p. 1. 13 s.): *Ἑξῆς ἐπὶ τετρακύκλου Διόνυσος περὶ τὸν τῆς Ῥέας βωμὸν καταπεφευγώς, ὅτε ὑπὸ Ἥρας ἐδιώκετο, στέφανον ἔχων χρυσοῦν, Πριάπου αὐτῷ παρεστῶτος ἐστεφανωμένου χρυσῷ κισσίνῳ. τὸ δὲ τῆς Ἥρας ἄγαλμα στεφάνην εἶχε χρυσῆν.*

l. 2 *πρὸς* vel *ἐπὶ τὸν τῆς Ῥ. β.* dubitanter Kaibelius in editione, sed amplexatur Bacchus aram.

Cf. Jos. Kamp, De Ptolemaei Philadelphi pompa Bacchica, diss. Bonn. 1864, 31.

Iunonem Bacchum, quippe quem Iupiter ex paelice genuisset, insectatam esse et ad insaniam adegisse veteres saepius narraverunt (cf. III C 2); a Rhea eum in Phrygia expiatum mentique sanae restitutum esse Ps.-Apollod. bibl. III 5, 1 (cf. Steph. Byz. s. v. *Μάσταυρα*) testis est, quem Kamp p. 31 commodissime produxit. Priapum artifex ille Ptolemaicus non temere ornamenti causa huic argumento immiscuit, sed filium Baccho malorum socium comitemque fuisse significavit atque fortasse etiam corona hederacea capiti eius imposita indicare voluit (cf. W. Franzmeyer *Kallixenos' Bericht über das Prachtzelt und den Festzug Ptolemaeus II.*, diss. Argent. 1904, 46). Eandem igitur iram Iunonis, qua iam in utero matris vexatus erat, brevi post una cum patre sensisse ferebatur. Quid quod Apollodoro teste Bacchus postea demum quam Rheae beneficio a furore liberatus est, in Indiam expeditionem suscepit, Sophocles Priapum patre iam dudum profecto natum esse narravit (pompam Ptolemaei nunc non curamus, quod temporum ratio in ea non utique servata est)? Manifestum hac re interpolatorem tenemus, qui duabus genealogiis inter se confusis ut Priapum ex Baccho et Adonide genitum esse probaret, priorem coniugem procul removere studuerit, id simul assecutus, ut melius intellegeretur Venerem utpote ambiguum partum edituram Lampsacum secessisse.

5. Schol. Dan. Verg. georg. 4, 111: in Lampsaco, civitate Hellesponti, nutritus est.

Serv. Verg. georg. 4, 111 (exscripserunt myth. Vat. I 126; II 38, cf. F. Keseling, De mythographi Vaticani secundi fontibus, diss. Hal. 1908, 17; III 6, 26): hic autem Priapus fuit de Lampsaco, civitate Hellesponti, de qua pulsus est propter virilis membri magnitudinem; post in numerum deorum receptus meruit esse numen hortorum. Schol. Bern. ad h. l. p. 962 H.: Priapus deus est, qui apud civitatem Hellesponti colitur, de qua pulsus est propter virilis membri magnitudinem; postea in numerum deorum receptus est. Gaudentius dicit. Similiter Isidor. Etym. VIII 11, 25.

Hanc fabulam ad lites redire inter ea oppida Hellespontica, quae Priapi cultu insignia erant, ortas Jessen col. 2969 perspexit (cf. p. 2). Nam virilis membri magnitudine, quam Lampsaceni ignari horruisse dicuntur, Priapum divinos honores meruisse Servius et Isidorus confirmant; cf. Nonnum (III B 2) et Prudent. contra Symm. 1, 102 ss. (VI A 2), quem eandem sententiam respicere apparet. Simile aliquid apud Myth. Vat. III 6, 26 est, qui matronarum factione Priapum inter deos relatum esse narrat.

6. Lampsacenorum videtur fabulam rettulisse Demosthenes Bithynicus ap. Steph. Byz. s. v. *Λάμψακος* (III A 2 p. 62): *Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησί, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου.* Cf. p. 2. De Priapo cf. I D 1. II C 1.

7. Cassiodor. var. VI 21, 2: Geniatus indutus, vestis gratiosa, quam filio suo Priapo Venus dicitur texuisse, ut eximiae pulchritudinis matrem singulariter ornatus filius testaretur.

2 priamo E^1 F et Cuiacius. Priapo ⟨prima⟩ Venus G. Knaack *Herm.* XVI (1881) 592 et 597.

Vestem purpuream Priapi Cassiodorus cum chlamyde rectoris provinciae purpureis clavis intexta comparat. Fabulam ipsam Knaack ad purpurae inventionem (cf. var. I 2) pertinere ratus ex indicibus inventorum Hyginianis plenioribus, quam qui hodie in ‚fabulis' leguntur (cf. c. 274 p. 150, 24 s. Schm.), a Cassiodoro excerptam esse suspicatus est. Venerem Priapi foedam figuram veste magnifica tegere voluisse nescio an auctor huius fabulae pro causa addiderit.

C. Fabulae, quibus explicaverunt, cur Lampsaceni Priapo asinum mactarent

Cf. p. 4. 15.

1. Fabulae Ovidianae.

Ov. fast. 1, 391 ss. (significavit Myth. Vat. III 6, 26):

Caeditur et rigido custodi ruris asellus:
causa pudenda quidem, sed tamen apta deo.
festa corymbiferi celebrabas, Graecia, Bacchi,
tertia quae solito tempore bruma refert.
di quoque cultores in idem venere Lyaei
et quicumque iocis non alienus erat:
Panes et in Venerem Satyrorum prona iuventus
quaeque colunt amnes solaque rura deae.
venerat et senior pando Silenus asello,
quique ruber pavidas inguine terret aves.
dulcia qui dignum nemus in convivia nacti
gramine vestitis accubuere toris.
vina dabat Liber, tulerat sibi quisque coronam,
miscendas large rivus agebat aquas.
Naides effusis aliae sine pectinis usu,
pars aderant positis arte manuque comis;
illa super suras tunicam collecta ministrat,
altera dissuto pectus aperta sinu;
exerit haec umerum, vestem trahit illa per herbas,
impediunt teneros vincula nulla pedes.

Ov. fast. 6, 319 ss. (refert Lact. div. inst. I 21, 25 s.):

Praeteream referamne tuum, rubicunde Priape,
dedecus? est multi fabula parva ioci.

turrigera frontem Cybele redimita corona
convocat aeternos ad sua festa deos.

convocat et Satyros et rustica numina Nymphas:
Silenus, quamvis nemo vocarat, adest.

nec licet et longum est epulas narrare deorum:
in multo nox est pervigilata mero.

hi temere errabant in opacae vallibus Idae,
pars iacet et molli gramine membra levat;
hi ludunt, hos somnus habet, pars bracchia nectit
et viridem celeri ter pede pulsat humum.

hinc aliae Satyris incendia mitia praebent,
pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.
te quoque, inextinctae Silene libidinis, urunt:
nequitia est, quae te non sinit esse senem.
at ruber, hortorum decus et tutela, Priapus
omnibus ex illis Lotide captus erat:
hanc cupit, hanc optat, sola suspirat in illa
signaque dat nutu sollicitatque notis.
fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam:
irrisum vultu despicit illa suo.
nox erat, et vino somnum faciente iacebant
corpora diversis victa sopore locis.
Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis,
sicut erat lusu fessa, quievit humo.
surgit amans animamque tenens vestigia furtim
suspenso digitis fert taciturna gradu.
ut tetigit niveae secreta cubilia nymphae,
ipsa sui flatus ne sonet aura cavet.
et iam finitima corpus librabat in herba,
illa tamen multi plena soporis erat.
gaudet et a pedibus tracto velamine vota
ad sua felici coeperat ire via:
ecce rudens rauco Sileni vector asellus
intempestivos edidit ore sonos.

Vesta iacet placidamque capit secura quietem,
sicut erat, positum caespite fulta caput.

at ruber hortorum custos nymphasque deasque
captat et errantes fertque refertque pedes.
aspicit et Vestam, dubium nymphamne putarit
an scierit Vestam: scisse sed ipse negat.

spem capit obscaenam furtimque accedere temptat
et fert suspensos corde micante gradus.
forte senex quo vectus erat Silenus asellum
liquerat ad ripas lene sonantis aquae.
ibat ut inciperet longi deus Hellesponti,
intempestivo cum rudit ille sono.

territa consurgit nymphe manibusque Priapum
reicit et fugiens concitat omne nemus.
at deus, obscaena nimium quoque parte paratus,
omnibus ad lunae lumina risus erat.
morte dedit poenas auctor clamoris, et haec est
Hellespontiaco victima grata deo.

territa voce gravi surgit dea, convolat omnis
turba: per infestas effugit ille manus.

Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo:
apta asini flammis indicis exta damus.
quem tu, diva, memor de pane monilibus ornas,
cessat opus, vacuae conticuere molae.

395 *in idem venere* i. e. in eundem locum venere sive convenere (ut Bacchum ipsi quoque — sicut homines Graeci — celebrarent convivio quasi de symbolis facto [cf. v. 403 s.]; altero loco Ovidius a Cybela vocatos deos ad eius festa convenire fecit). 400 *quique ruber pavidas* U, eodem redit A (*rubero* [litt. *e* exp.] *avidas*); *quique rubro pavidas* dett. (et m. rec. mg. A) *qui rubroque avidas* D dett. Cf. V B 2. 411 ss. cf. Met. 14, 637 ss. 415 *deus* dett. cf. Met. 12, 612.

331 *secreta* D ex 1, 427 (Levy confert 1, 423 *ultima*). 341 *ut institerat* Madvig. Advers. II 108; apte tamen Pithoeus Petron. 92, 9 contulerat. 345 *hoc animal* ut 1, 439 s. *haec victima* (Levy). 345 ss. Duo *αἴτια* ita inter se coniunguntur, ut Lampsacus asino infesta opponatur Vestae beneficii ab illo accepti memori, cf. infra. Neglegentius dictum est *damus*, nam Romani numquam asinos mactaverunt; frustra tamen fuerunt, qui aut hunc versum coniecturis tentaverunt (postremus A. E. Housman, Class. Quart. XXIV (1930) 11 s.: ‚*apta*‘ *canens* ‚*flammis indicis exta damus*‘) aut distichon 345 s. eiecerunt.

Cum omni narratione cf. fast. 2, 303 ss. (cf. A. Riese *Fleck. Jahrb.* XX (1874) 565).

Arnobium V 9 (cf. III 10), quomodo Iupiter Cybelae dormienti obrepsisset, Ovidii coloribus depingere R. Merkel in praef. editionis Fastorum Berol. a. 1841 publicatae p. CLXV animadvertit. Ceterum Copae auctorem v. 26 eam fabulam, quam Ovidius de Vesta narravit, non respicere propter veterum interpretum explicationes moneo.

Priapum in sacris Bacchi trietericis Lotidem nympham, cum eum die irrisisset, noctu sopore oppressam occupare conatum intempestivo ruditu asini Sileni impeditum esse, ne optata perpetraret, atque omnibus deis deabusque risui fuisse poeta quidam Graecus finxit, qui explicare voluit, curnam a Lampsacenis asinus Priapo mactaretur (v. 440). Quam fabulam si ab ipso Ovidio excogitatam esse arbitraremur (quo G. Nickii *Phil.* XXXVI (1877) 437 et 442, inclinavit sententia, cf. R. Merkel l. c.), unde eum singularia illa Lampsacenorum sacrificia cognita habuisse putaremus? Accedit, ut auctor Graecus Chaeremonis tragici fr. 14 N. (ap. Ath. XIII 608 B/C), quod iam Neapolis cum v. 407 ss. contulit (cf. W. Helbig *Untersuchungen* 251), vel similem Baccharum descriptionem imitatus esse videatur: multo minus certum, quod Merkel l. c., cum adiectivum κορυμβοφόρος saepius apud Nonnum poeseos hellenisticae imitatorem positum invenisset, v. 393 adiectivo *corymbifer*, quod uno hoc loco legitur, originem Alexandrinam totius narrationis Ovidianae prodi suspicatus est. In singulis rebus Ovidius suo ingenio quam plurimum indulsit, universa autem fabula ingenium Alexandrinorum sapit: recte etiam Jessen col. 2969 eam inter eius aetatis iocularia inventa numeravit. Altera vero fabula, qua Vesta in festis Cybelae (cf. VIII P 6) a Priapo tentata esse traditur, antiqua esse non potest (hoc A. Preuner *Hestia-Vesta*, Tub. 1864, 338, contendit), sed ad exemplum eius fabulae, quae de Lotide erat, ab homine Romano inventa est, ut appareret, cur asinus molarius Vestae sacer haberetur atque die festo huius deae opere vacaret (cf. Wissowa *Rel. u. Kult. d. Römer*[2] 158; falso Lamer, PW s. v. Lotis col. 1506); nimirum quod ille cum novum αἴτιον induceret, vetus non omisit, originis quasi vestigium reliquit. Ovidium ipsum huius versionis auctorem esse (Lact. l. c. 27 pro poetico mendacio eam habet, cf. Neapolin ad fast. 6, 347) cum multis viris doctis (cf. B. Preßler, Quaestionum Ovidianarum capita duo, diss. Hal. 1903, p. 22 s.; G. Wissowa *Ges. Abhandl.* 136) facilius decernes, cum primum loco posteriore eum suum ipsius exemplum artificiosa variatione expressisse narrationemque artius contractam ad Vestae dignitatem quoad fieri poterat magis accommodavisse animadverteris. Quae si ita se habent, Peterum in commentario[4] p. 269 (ad 6, 319 ss.) ex Merkelii l. c. sententia (item nunc J. G. Frazer in commentario, Lond. 1929, II 171 et IV 231) non bene pronuntiasse puto Ovidium, ut eiusdem rei repetitionem vitaret, hanc

fabulam, quam ipse finxit, sublaturum fuisse, si sextum librum retractavisset (cf. A. Riese l. c.); nedum G. Nickium *Phil.* XXXVI (1877) 435 ss., audiamus, qui eum fabulam de Vesta prius enarratam atque primo libro insertam postea aptiore loco in sexto libro posuisse atque lacunae explendae causa novam de Lotide excogitasse fabulam contendit (contra Preßler l. c. 23). Poeta igitur nominibus mutatis rem satis mutatam esse putavit, ut duplex de Priapi furtis memoria in eodem opere tolerari posse videretur, praesertim cum altera fabula alteri prorsus non repugnaret; quin etiam gratissima ei obvenit occasio similitudinem rerum narrationis arte variandi. Atque elegantissime priore potissimum loco argumentum earum imaginum versibus expressit, quibus Satyri vel Panes vel Amores a Bacchis vel Nymphis vel Hermaphroditis vel Ariadna dormientibus cubantibusve vestem detrahentes fingebantur (W. Helbig *Untersuchungen* 120. 249 ss.: W. Wunderer *Ovids Werke in ihrem Verhältnis zur antiken Kunst*, diss. Erl. 1889, 30 s. (= Acta Sem. phil. Erlang. V (1891) 187 s.); V. Waille, Rev. arch. 1892 I 313 ss.; P. Hartwig *Meisterschalen* p. 452 cum n. 2; H. Schaal *Griechische Vasen in Frankfurter Privatbesitz*, Francof. ad M. 1922, 18 ss.; E. v. Mercklin *Röm. Mitt.* XXXVIII/IX (1923/4) 103; Curtius *Wandmalerei* 307 ss.; cf. etiam III D 5. IV H 38. VI C 3 e not.); ad idem exemplum auctorem Graecum fabulam de Lotide excogitasse apparet. Quoniam autem hoc argumentum per Nicomachum maxime celebratum aetate Alexandrina mirum quantum viguit, haec fabula eidem aetati tribuenda est, praesertim cum ne antiquior quidem fabula, qua Lotis Priapum fugiens in arborem versa esse ferebatur, ante hanc aetatem inventa sit (cf. III D 2).

2. Fabula Eratosthenica.

C. Robert, Eratosthenis Catasterismorum reliquiae, Berol. 1878 p. 90 ss.

Hygin. astr. 2, 23.

In eius (sc. Cancri) deformationis parte sunt quidam qui Asini adpellantur a Libero in testa Cancri duabus stellis omnino figurati.

Schol. Germanici Basileensia (codicibus B et P servata) p. 70, 11 ss. Br.

Sunt in hoc signo (sc. Cancro) in eius testa aliae stellae, quas Asinos adpellant; Graeci enim Ὄνους dicunt.

a) Liber enim ab Iunone furore obiecto dicitur fugisse per Thesprotiam cogitans ad Iovis Dodonaei oraculum pervenire, unde peteret responsum quo facilius ad pristinum statum mentis perveniret. sed cum venisset ad quandam paludem magnam, quam transire non posset, de quibusdam asellis obviis factis dicitur unum eorum deprehendisse et ita esse transvectus, ut omnino aquam non tetigerit. itaque cum venisset ad templum Iovis Dodonaei, statim dicitur furore liberatus asellis gratiam rettulisse et inter astra conlocasse.

b) Nonnulli etiam dixerunt asino illi, quo fuerit vectus, vocem humanam dedisse. itaque eum postea cum Priapo contendisse de natura et victorem ab eo interfectum. pro quo Liberum eius misertum in sideribus adnumerasse et ut sciretur id pro deo, non pro homine timido, qui Iunonem fugerit, fecisse, supra Cancrum constituit, qui eius deae beneficio fuerat adfixus astris.

b) Quos Liber astris intulit, quod, cum ab Iunone insania obiecta fugeret ad occasus, ut in Dodonaei Iovis templo responsa peteret, ut Philiscus refert, et magnis imbribus cum grandine ortis stagna, quae transiturus erat, inundata detinerent iter eius, asini ex contrario transeunt per aquas. ex his uno insidens et ipse transvectus est sine periculo insaniaque liberatus dicitur. uno itaque ex his fecisse, ut voce humana loqueretur. qui cum sensum accepisset, post paucum tempus cum Priapo de membro naturali contendere coepit. Priapus comprehensum asinum occidere voluit; quem Iovis beneficio subtractum et pro eo alterum subpositum occisumque, ambosque Liber immortali honore donatos astris intulit.

Recensionem Basileensem liberius exscripserunt scholia Strozziana p. 129, 3-130, 4 Br.

15 *duobus* ante vel post *asellis* codd. del. Kießling 28 *victum* codd. corr. Robert (*fuit cum traditam lectionem pro genuina haberem apud Philiscum eam certaminis condicionem fuisse ratus, ut victor victum interimeret; at, opinor, hac condicione cum deo immortali ne asinus quidem certasset et prorsus necessaria est vel in fabula satyrica περιπέτεια*). 32 *quia* codd. corr. Rob. 34 *quod deae* vel *qui deae* vel *qui eius* codd. corr. Rob.

2 *texto* B *textu* P corr. Breysig 7/8 *ut in* add. Eyssenhardt (*in* cod. Urb.) 10 *et* add. Robert 11 *ortus* BP corr. Br. *est ea quae* (*que* P) BP (*ea parte qua* Strozz.) corr. Rob. 12 *innudata* BP *inundata* Strozz. 13 *inter* BP corr. Eyss. 14 *transientes* B Strozz. *transeuntes* P corr. Rob. 19 *alterum laboreavit* (post *loqueretur*) BP del. Br. 20 *cum paucum* BP ex Strozz. corr. Rob. 22/3 *comprehensum* P Strozz. *compressum* (i. e. comprensum) BUrb. 24/5 *suo tractum* BP corr. Br. 27 *Liber* add. Rob.

Lact. div. inst. I 21, 28: b) Num ergo illut est verius quod referunt ii, qui Phaenomena conscripserunt, cum de duabus Cancri stellis locuntur, quas Graeci Ὄνους vocant, asellos fuisse, qui Liberum patrem transvexerint, cum amnem transire non posset, quorum alteri hoc praemium dederit, ut humana voce loqueretur? itaque inter eum Priapumque ortum esse certamen de obsceni magnitudine: Priapum victum et iratum interemisse victorem.

Significant hanc fabulam:

Ps.-Eratosth. Catast. 11: καλοῦνται δέ τινες αὐτῶν (sc. Cancri stellarum; αὐτοῦ Koppiersius) ἀστέρες Ὄνοι, οὓς Διόνυσος ἀνήγαγεν εἰς τὰ ἄστρα. Iisdem fere verbis Schol. Arat. 147 p. 364, 16 s. M.

Avien. 385 s.: hos dixere asinos ortos Thesprotide terra
et sidus, Lenaee, tuum.

Antipatrum Anth. Pal. XI 224 hanc fabulam irridere voluisse Jessen col. 2970 vix recte suspicatus est.

Hanc fabulam Robert p. 32 ad Eratosthenis Catasterismos q. d. aut certe ad huiusmodi opus Alexandrini alicuius scriptoris) redire demonstravit atque p. 90 ss. narrationem eius ex his tribus testibus feliciter restituit; ea tamen re ab errore non satis cavit, quod Hygini testimonio parum momenti inesse ratus duas versiones ab Eratosthene distinctas non agnovit. Altera enim versio (*a*) ad exemplum earum fabularum facta est, quas de multorum deorum ad homines adventu narrabant (cf. H. Usener *Die Sintflutsagen*, Bonnae 1899, 125. 185). Asino Bacchum non tantum ob eam rem vehi fecerunt, quod id animal propius ad eum pertinebat (cf. VII F 1 a), sed etiam ideo, quia homines quoque asinis insidentes aquas transire solebant: certe ille asinus Epiroticus non magis volavit quam deus ipse sublimis abire potuisse videtur (cf. A. De Gubernatis *Die Tiere in der indogermanischen Mythologie*, Lips. 1874, 306). Haec igitur fabula a vita cotidiana non ita aliena neque fortasse satis seria ad Bacchi res in pueritia gestas relata finem accepit ab eo genere fabularum, quo vulgo siderum origines explicabant. Altera autem versio (*b*) amplificata et exornata est invento ioci petulantis pleno, quo fabulae de certaminibus deorum hominumque (velut Apollinis et Marsyae) a veteribus fictae irridentur: is enim asinus, cui Bacchus stagna transvectus orationem rationemque dederat, cum Priapo de natura contendisse et cum vi-

cisset a deo irato interfectus esse narratur. Quod autem in scholiis Germanici legimus Iovis beneficio eum subtractum et, cum alter asinus pro eo mortem occubuisset, una cum illo astris illatum esse, a viro docto quopiam excogitatum est, ut numerus illarum stellarum melius intellegeretur. Genuina vero fabula Priapea non tam ad res caelestes spectat quam eo, ut veterum inter deum Lampsacenum et asinum inimicitiarum causa iocose aperiatur omnisque fortasse huius dei cultus irrideatur (Wilamowitz *SB Berol.* 1912, 550; cf. supra p. 13): eo enim ipso tempore, quo is orbem peragrare coeperat, hanc fabulam excogitatam esse auctoris nomen forte fortuna nos edocet. Phili(s)ci Corcyraei tragici (fr. 2 N.[2] p. 819; F. Schramm, Tragicorum Graecorum hellenisticae q. d. aetatis fragmenta, diss. Monast. 1929 p. 20. narrationem Philici non plenam attulit), quem hoc argumentum fabula satyrica tractasse Robert suspicatus est (dubitat Wilamowitz l. c. 550 n. 1. *Hell. Dichtung* I 166 n. 3; Simiae Rhodii carmina propter lusus in deos conversos comparat Schramm l. c. 22).

3. Iocus Afranii.

Macrob. Sat. VI 5, 6: Auritos lepores non Maro (georg. 1, 308) primus usurpavit, sed Afranium (v. 403 s.) sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait:

nam quod vulgo praedicant
aurito me parente natum, non ita est.

Afranium non leporem patrem Priapi dixisse L. Janus recte ad hunc locum Macrobii adnotavit; nec tamen Satyrum potius significasse (cf. Osann in annot. crit. ad Cornut. p. 153) vel Panem (Ed. Gerhard *Ges. Akad. Abhandl.* II 557 not.) poeta putandus est, sed asinum (cf. J. H. Voß *Mythologische Briefe* II[2] (Stuttg. 1827) 347), cuius hoc non minus proprium fuit epitheton quam leporis (cf. Paul. ex Festo s. v. p. 8 M. L. et locos in Thesauro indicatos, imprimis Phaedr. I 11, 6). Mira igitur hostia Priapi adeo irrisui fuit, ut deum asino ortum ioco fingerent. Quod inventum Afranius eum in prologo fabulae alicuius ipsum refutantem fecisse videtur exemplo videlicet poetae alicuius Graeci (Menandri?, cf. F. Marx *PW* s. v. Afranius 5 col. 709). De procreatis ex concubitu asini cf. O. Keller *Die antike Tierwelt* I 260; A. Jacoby *Arch. f. Rel.* XXV (1927) 266 n. 1; K. Kerényi *Die griechisch-orientalische Romanliteratur*. Tüb. 1927, p. 172 n. 74.

D. Fabulae quibus Priapus libidine incensus mulieres puerosve persequi narrabatur. (Cf. p. 15.)

1. Priap. 33:

Naidas antiqui Dryadasque habuere Priapi,
et quo tenta dei vena subiret, erat.
nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido est,
ut Nymphas omnis interiisse putem.
turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
falce mihi posita fiet amica manus.

2. Ovid. met. IX 347 s. de loto:

Lotis in hanc nymphe, fugiens obscaena Priapi,
contulerat versos servato nomine vultus.

347 *Lotis* MN^1(?) S $\varkappa$ h Lact. Plac. q. d. narr. IX 7 *Lotos* (vel *Lothos* vel *Lutos*) U N (*thos* in ras. m. 2) dett. Planudes 348 *sublato* M^1 N^1(?) U S $\varkappa$ L^1 *seruato* M^2 (mg.) N (*eru* in ras. m. 2) dett. Plan. *numine* U^2 N^1(?) (*o* ex corr. m. 2). Sigla sunt D. A. Slateri, Towards a text of the Metamorphosis of Ovid, Oxon. 1927.

Cf. H. Magnus *Herm.* LX (1925) 128 ss.: Lamer *PW* s. v. Lotis.

Serv. Verg. georg. 2, 84 (inde Myth. Vat. I 126 et II 179, cf. III 6, 26): Lotos nympha quaedam fuit. quam cum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem versa est, quae vulgo faba Syriaca dicitur.

Similiter Schol. Bern. p. 892 H. et Anon. brev. expos. p. 289 s. H. Servium sive auctorem eius hanc fabulam ex Ovidio novisse contra W. A. Baehrens, Studia Serviana, Gandae 1917 [Lips. 1918] p. 91, recte monuit Magnus p. 130 not.; cf. etiam Ehwald ad met.^{4} IX 347: Lamer col. 1505; A. Leuschke, De Metamorphoseon in scholiis Vergilianis fabulis. diss. Marp. 1895, 31.

Nihili est, quod in Hygini fab. 125 (ubi traditum est: *loton ex foliis flore procreatum*) M. Schmidt p. L editionis suae tentavit: *loton florem ex Lotide procreatum* (cf. Lamer col. 1505 et s. v. Lotophagen col. 1513).

Lotis nympha nomen (quod etiam humanae mulieri cognomen datum est CIL VI 19963, cf. H. Dessau ap. Magnum p. 130 n. 1) ab arbore habet, ab ea scilicet Servio iudice, quam eius temporibus *vulgo* fabam Syriacam dicebant: ipse Ovidius quale loti genus dixerit, non satis videtur certum (Magnus p. 129 s. n. 2; de loti generibus cf. Steier *PW* s. v. Lotos: R. Billiard, L'agriculture dans l'antiquité, Par. 1928, 495 ss.). Haec nympha cum omnibus adhuc viris doctis eadem visa sit atque illa nympha,

cuius pudicitiam in festis Bacchi clamore asini servatam esse Ovidius in fastis narravit (III C 1), idem hoc loco nomen eam habere probabile est: iure igitur formam quae est *Lotis*, quam iam Const. Fanensis et Naugerius commendaverant, Heinsius ex codice M recepit; idem cum antiquiorum editorum lectionem alterius codicum familiae propriam quae est *servato* retinuisset, omnium assensum tulit, nisi quod Magnus l. c. ut codicem M eiusque asseclas etiam hoc loco secuti *sublato* scriberemus suasit. Equidem Heinsium ceterosque rectum sensisse ratus in neutra familia ab omni parte hos versus genuinos esse putaverim. Veteres enim cum legerent Lotidem *servato* nomine in eam arborem conversam esse, quae lotus diceretur, eodem iure offendi potuisse, quo Magnus offensus est, non mirum; duae autem erant rationes, quibus mendo quod videbatur mederi possent: aut Lotis quae fuerat Lotos dicenda erat (quamquam id nomen etiam incuria librariorum corrumpi poterat, cf. lectionem codicis U) aut vocem *servato* in *sublato* mutari oportebat. Ovidius ipse una littera mutata nomen sublatum esse non putavit; concedas sane quod Magnus exemplis allatis demonstravit ceteris locis servatum nomen Ovidium non dixisse nisi plane immutatum (cf. tamen met. 10, 739): id non minus concedendum iis locis, quibus nomen mutatum esse dixerit (2, 675. 4, 541. 15, 542 ss.), prorsus aliud nomen evasisse. Accedit ut *sublato nomine* si legamus, antithesis tollatur, qua participia *versos* et *servato* inter se quasi collidi poeta voluit.

Ipsam vero Lotidis fabulam Ovidius in eam fabulam, quam de Dryopa Nicandro (fr. 41 Schn. ap. Anton. Lib. 32) liberius usus exhibet (324—393), suo Marte sic inseruit, ut illam eo, quod floribus ex loto decerptis nympham violasset, ipsam in arborem versam esse narraret (cf. J. Dietze *Komposition und Quellenbenutzung in Ovids Metamorphosen*, progr. Hamb. 1905, p. 33 s.; W. Bubbe, De metamorphosibus Graecorum capita selecta, Hal. 1913, Diss. Phil. Hal. XXIV 1, p. 78 s.; Ehwald ad met.[4] IX 324 ss.; Magnus p. 131 n. 1); pluribus verbis Priapi amores persequi noluit, quippe qui a sublimitate carminis heroi prorsus abhorrerent (cf. R. Heinze *Ovids elegische Erzählung*, *Ber. Verhandl. Sächs. Akad. Wiss.* LXXI (1919) 7 p. 15): vel hinc apparet, quod per se probabile videtur, eum non ipsum hanc fabulam excogitasse. Rursus eam non ante aetatem Alexandrinam inventam esse inde intellegitur, quod ex ea fabula, quam illa aetate de

Apolline et Daphna finxerant (cf. etiam fabulam de Syringe met. 1, 689 ss.), imitatione expressa est (recte Lamer col. 1505: Magnus p. 131 n. 1). Quam vero in fastis Ovidius de Lotide narravit fabulam, hac altera versione recentiorem esse inde apparet, quod nominis nymphae in metamorphosibus ratio respicitur (recte Preßler l. c. 23 n. 13); ita tamen altera cum altera coniungi poterat, ut temporis ordine haec illam exciperet (cf. Peter ad fast. 1, 416): ambas peculiari epyllio a poeta aliquo Alexandrino narratas esse Magnus p. 131 n. 1 coniecit.

3. Pomonae amator non satis felix Priapus describitur ab Ovidio met. XIV 640 in fabula, quam ab ipso excogitatam esse apparet.[1]

4. Mart. X 92, 11 s.:

(et) delicatae laureum nemus Florae,
in quod Priapo persequente confugit.

Omnes nymphae fugiunt Priapum adnotaverunt Domitius Calderinus et Georgius Merula ad h. l. Cf. sub 1. Hanc fabulam domesticam Nomentano suo finxit poeta.

5. Theocrit. epigr. 3 (= Anth. Pal. IX 338):

Εὔδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακός
ἀμπαύων· στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
ἀγρεύει δέ τυ Πὰν καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Ῥίηπος
κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόρροθοι. ἀλλὰ τὺ φεῦγε, 5
φεῦγε μεθεὶς ὕπνου κῶμα καταγρόμενον.

1 *κεκμακός* Musurus (cod. Patav.?) *κεκμακώς* codd. 3 *δέ τυ* codd. pl. *δ' ὅτε* (i. e. *δέ τε*) Anth. 5 *ἄντρον* codd. pl. *ἄντρου* D Anth. 6 *καταγρόμενον* codd. Theocriti (cf. Wilamowitz *Textgeschichte d. Buk.* p. 120 s. n. 1) *καταγόμενον* Anth. *καταρρύμενον* Edmonds.

Epigramma imagini subscriptum erat, quae ex earum genere fuit, quibus Alexandrini deos amoribus suis obrepentes pingebant (Wilamowitz p. 120 s.; Ph. E. Legrand, Bucoliques grecs II (Par. 1927) 124: cf. p. 82); genuinum id esse Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 144 n. 1, Legrand aliique negant. Priapum hoc uno loco

[1] Cf. G. Lafaye, Les métamorphoses d'Ovide, Par. 1904, 230; R. Ehwald ad met.[4] XIV 623 ss.; H. Peters, Symbola ad Ovidii artem epicam cognoscendam, diss. Gott. 1908 p. 17 n. 2, cf. p. 66. 67 s. 71. 72. 80. 89; M. Schanz *Geschichte d. röm. Litt.* II 1[3] p. 320 n. 8; R. Heinze *Ovids elegische Erzählung, Ber. Verhandl. Sächs. Akad. Wiss.* LXXI (1919) 7 p. 76; Wissowa, Rosch. s. v. Vertumnus col. 220; Magnus l. c. 131 n. 1.

amatorem Daphnidis invenimus, Pani illum in deliciis fuisse fabula fuit vulgaris (cf. G. Knaack *PW* s. v. col. 2145; H. W. Prescott. Harvard Studies X (1899) 128 s.; F. Lammert *Herm.* LXII (1927) 252; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 395; de magnifico illo opere marmoreo cf. R. Reitzenstein *Epigramm und Skolion* p. 279 ss.; K. Wernicke, Rosch. s. v. Pan col. 1453 ss.; cf. etiam imaginem vascularem, quam commemoravi De dis Atticis p. 16. Cf. III E 2 et p. 15 s.

6. Lucian. dial. deor. 23 Bacchum a Priapo Lampsaci hospitio acceptum tentari facit. Cf. III A 3 d.

Quod Ps.-Augustin. quaest. vet. et novi test. CXIV 12 (p. 309, 16 s. S.) dicit: ubique (Liber) cum Priapo pictus videtur, cum quo inhoneste vivebat — hoc non de mutuis amoribus intellegendum videtur, sed de Bacchanalibus, quibus etiam Priapus intererat (VIII G).

7. De Venere Martialis III 68, 7 s. iocatur (VII G 1).

Aegyptii revera Venerem paulatim pro uxore Priapi habere coeperunt, cf. IV C p. 103 s., etiam V C 4.

E. Aliae fabulae.

1. Lucian. de salt. 21: *Βιθυνὸς δὲ μῦθος, καὶ οὗτος οὐ πάντων Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, τὸν Πρίαπον δαίμονα πολεμιστήν, τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, τοῦτο ἔργον πεποιημένον τὸ ἐνόπλια παιδεύειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἀνδρικόν, μὴ πρότερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι, πρὶν τέλειον ὀρχηστὴν ἀπειργάσαιτο· καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ μισθὸς αὐτῷ παρὰ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτην ἀεὶ τῶν ἐκ πολέμου περιγιγνομένων τῷ Ἄρει παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν.*

2 *οἳ* (vel *ὅς*) quod plurimi codd. ante *τὸν Πρίαπον* praebent dittographia ortum eiecit Schaefer. *ἐστι* Struvius *ὅτι* Fritzsche inutiliter inseruerunt. *Θρίαμβον* pro *Πρίαπον* frustra inferre voluit Sommerbrodt. *Πρίεπος* deus ex Bithynorum consuetudine dicendus erat, cf. II A 2. 2 3 *τῶν Τιτάνων — Δακτύλων* secl. Dindorf et Sommerbrodt. 3,4 *πεποιημένων* olim contra codd. falso legebant. 4 *τὸ ἐνόπλια* codd. plurimi optimique *τὰ ἐνόπλια* vulg.

Cf. p. 3. 6 s.

Singulari hoc loco, quo Lucianus Bithynicarum rerum scriptoris (velut Demosthenis Bithynici) doctrinam refert (Jessen col. 2972, cf. 2967 s.), Priapi indolem in Bithynia non plane eandem fuisse quam alibi docemur; illic enim cum Marte artiore vinculo coniunctus fuit atque quodam modo deus bellicus evasit (cf. VI E 2 e), quam naturam eius Usener *Tychon* 28. ea re ap-

tissime illustravit, quod in fastis Bithynicis mensem *Πριέπιον* (cf. II D 5 c) *Ἄρειος* insequitur. Iam si quaerimus, qua ratione Priapus ad arma sese contulerit, salutiferum illum deum ut in ceteris rebus ita in bello aliquid valere Bithyni facile in animum inducere potuerunt, velut Alexander Pheraeus Tychoni pro caede Polyphronis grates habuit, siquidem huius dei ille memoriam satis explicatam habuit (De dis Atticis p. 30 s.; cf. nunc etiam O. Kern *Hall. Winckelmannsprogr.* XXVI (1928) 7). Sed si ipsum Martem apud illos aeque atque apud Tegeatas aliosque ut deum terrenum *Ἀφρειών* fuisse omnisque copiae auctorem suspicari licet (F. Schwenn *Arch. f. Rel.* XXII (1923/4) 224 ss.; O. Kern *Die Rel. d. Griechen* I 118 ss. *Hall. Winckelmannsprogr.* XXVI (1928) 9), Priapum hoc nomine iam satis antiquis temporibus cum eo artius coniunctum fuisse eoque facilius novum munus suscepisse verisimile videtur, quod ad dei cognati officia se accommodare potuit. Dubitari igitur non potest, quin Bithynorum revera haec aliquando fuerit consuetudo, ut de ea parte praedae bello partae, quae Marti debebatur, decima pars Priapo eximeretur. Fabulae vero illius ad hanc consuetudinem explicandam inventae argumentum ex armatorum saltationibus sumptum est, quas in Bithynia fuisse etsi non traditur, consentaneum tamen est (M. Pohlenz *Neue Jahrb.* XIX (1916) 579). Hae vero saltationes, quibus a principio eos fecunditatem efficere studuisse haud absona videtur coniectura, utrum Marti an Priapo an utrique factae sint, vix quisquam dicat, sed quoniam hominum res ad deos referri solent, divinus saltatorum patronus quisquis fuit ipse facile saltator fingebatur; qui autem praedae partitionis *αἴτιον* quaerebat, haud male narrare poterat Martem puerum a Priapo saltare didicisse eiusque rei mercedem illi a matre alumni Iunone constitutam esse. Haec autem fabula utrum iam inter Bithynos fuerit an hellenistica aetate excogitata sit, non diiudicem; pro certo enim affirmari nequit, quod Pohlenz l. c. 579 suspicatus est, Priapum ideo magistrum induci potuisse, quod Bacchi tutor credebatur (III E 3), neque ullo modo demonstrari potest saltationes bellicas non revera ad eum pertinuisse [1], sed propter exemplum Bacchicarum saltationum ei concessas esse (VI C 2). Erravit vero

[1] Ithyphallorum sane armatorum saltationes non fuerunt, cf. K. Latte, De saltationibus Graecorum capita quinque, Giss. 1913 (RGVV XIII 3) p. 31 n. 3. Quod a Besae memoria fabulae universae originem L. Heuzey, Bull. corr. hell. VIII (1884) 162, repetit, nullam veritatis speciem assecutus esse mihi videtur.

Wernicke p. 34 s., cum fabulam totam pro ioco Luciani habuit: is enim quae narrationi addidit (fortasse ne ea quidem de suo), facile separantur. Primum enim fabulam Bithynorum ab Italicis (fabulis) non plane alienam esse dicit, Saliorum scilicet saltationem spectans modo commemoratam: nimirum cum illos in Martis honorem saltare narrat, ipsum deum aeque saltare credit et hac re Bithynorum et Romanorum opiniones inter se comparat. Revera tamen apud Romanos Martem Salium fuisse certum non est, cf. Th. Birt *Arch. f. lat. Lex.* XI (1900) 180. *Mus. Rhen.* LXXV (1926) 117.

Iam vero quaeritur, cur Priapum Bithynicum inter Titanas vel Dactylos Idaeos numeraverit; hoc enim non ad veterem cultum aut ad ipsam illam fabulam pertinere, sed a Luciano sive auctore eius excogitatum esse inde satis apparet, quod vox *οἶμαι* additur atque vocabulo *ἤ* quasi optio datur, utrum Titana an Dactylum Priapum esse malis. Haec igitur sententia tam sera aetate prolata non tantum valet, ut G. Kaibel *GGN* 1901, 492 (assentitur Jessen col. 2972, cf. Gruppe p. 1286 not.), hinc iure conclusisse videatur Titanas et Dactylos olim fuisse ithyphallicos eoque Priapi similes: neutrum concedi potest (cf. II D 8. VIII E not.). Iam vero Pohlenz p. 580 cum eiusdem libelli Lucianei § 79 in comparationem vocavisset, quo loco docemur et in Ionia et ad Pontum pantomimos *Τιτᾶνας καὶ Κορύβαντας καὶ Σατύρους καὶ Βουκόλους* egisse, eos Titanas dici ratus, a quibus Bacchum laniatum esse narrabant (cf. Latte, De saltationibus p. 103), Priapo utpote tutori Bacchi necessitudinem aliquam cum his intercessisse arbitratus est: at quomodo tutor Bacchi inimicis eius adnumerari potuit? Equidem in eo summam rei esse puto, quod Lucianus cum accuratius quis sit ille Priapus describit, non eum intellegi vult Priapum, quem legentibus omnibus notum esse sciebat, sed alterum Priapum ab illo distinguendum esse significat.[1] Cur autem eum deum, quem Bithyni colebant, a

[1] Fuit cum ea re nisus, quod fabula Bithynorum Italicis fabulis similis esse dicitur, nominibus Graecis Titanum et Dactylorum deos Romanos intellegendos esse crederem, Picum Faunumque, qui a Plutarcho Numa 15 cum Titanibus et Dactylis comparantur (cf. Kaibel l. c.): nam si hoc loco cum Pohlenzio p. 579 vetere coniectura redintegrata *Πανῶι* pro eo quod in codicibus est *Τιτάνων* scribimus, idem mendum in Luciani quoque verbis inesse potest sumi. Nunc hoc circuitu opus non esse duco, quoniam Titanes et Dactyli non cum Lampsacenorum deo, qui Pici Faunique nescio an paulo similior fuerit quam illorum numinum Graecorum, sed cum Bithynorum deo bellatore comparandi sunt.

Lampsacenorum deo diversum esse statuerit, satis apparet: Bacchi nimirum filium Martem puerum docuisse propter temporum rationem credere non potuit (cf. Pohlenz p. 580); ergo ad priora deum genera recurrendum erat, ex quibus Titanes et Dactyli Bithynorum deo eo propiores videbantur, quod per Asiam eorum nomina vulgatissima erant (maxime Titanes quidam ad Bithyniam pertinebant, cf. M. Mayer *Die Giganten und Titanen*, Berol. 1887 p. 40 et 62). Alteram autem causam, cur Bithynorum Priapus ab altero Priapo seiungendus videretur, in ea re fuisse elucet, qua Lucianus vim atque naturam eius contineri diserte dicit: a bellis scilicet huius officia rustica et venerea admodum abhorrere videbantur. Aptus igitur locus illi bellatori inter Titanes fuit atque etiam inter Dactylos viribus ingentes (Phoron. fr. 2 ap. Schol. Apoll. Rhod. 1, 1129. Epic. fragm. ed. Kinkel p. 211); fortasse Lucianus etiam musici studii memor erat, cui illi incubuisse ferebantur, atque Curetum exemplo *ὀρχηστῆρας* putavit sicut Nonn. Dionys. 3, 238.

2. Theocrit. idyll. 1 (cf. p. 16): Thyrsis carmine dulci quomodo Daphnis amoris detrectatione perierit canens ad eum moribundum Venerem potentiae suae contemptae ultricem atque una cum animalibus pastoribusque numina agrestia accessisse narrat, in his Priapum:

ἦνθ' ὁ Πρίηπος 81
κἤφα 'Δάφνι τάλαν, τί τυ τάκεαι; ἃ δέ τε κώρα
πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται —
ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς —
ζάτεισ'· ἃ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. 85
βούτας μὰν ἐλέγευ, νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.
ὠιπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
τάκεται ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο. —
ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς —
καὶ τὺ δ' ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελᾶντι, 90
τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.'

Priapus naturae quadam bonitate impulsus, cum animi Daphnidis affectum pro crassa Minerva sua (cf. VI B 1 d) parum perspexerit, Daphnin ad suum amoris genus excitare studet. Puella autem, a qua eum requiri dicit, non altera puella est ab eo spreta, sed Xenea (idyll. 7, 73), cuius amore captus alter ille Hippolytus, quamquam corporis vires desiderio tabescunt, animo tamen Veneri resistere pergit (ita totius carminis rationem

primus Dav. Jac. van Lennep recte interpretatus esse mihi videtur, cf. Fritzsche in editione maiore[2] I 11 s. et quos ille nominat viros doctos: A. Couat, Poésie alexandrine, Par. 1882, p. 431 s. n. 4; J. Sitzler *Jahresber. Fortschr. klass. Altertumswiss.* 133, 1907, p. 267; Wilamowitz *Reden und Vorträge*[3] p. 298 ss. [4] I 259 ss.; al.; quae aliter a viris doctis prolata sunt, hoc loco recensere longum est). Theocritum ut totam hanc fabulam, qualem primo carmine profert, ipsum invenisse nunc constat, ita Priapum suo Marte in scaenam produxisse apparet; idoneus autem hic deus fuit, qui Daphnin tentaret, non tantum propterea, quod rusticus fuit ut pastor ille (cf. Schol.), sed maxime ut deus libidinis; minus idoneas alias rationes scholiastae afferunt ad v. 81:

a) (KGEAT) *ἦνθ' ὁ Πρίηπος: οἰκείως· ἀγροικικὸς γὰρ ἦν ὁ Πρίηπος ὡς καὶ Δάφνις καὶ — ἴσως διὰ τὸ κάλλος — υἱὸς Ἀφροδίτης.*

b) (GEAT) *⟨ἦνθ' ὁ Πρίηπος:⟩ ἢ ὡς ἐραστὴς τοῦ Δάφνιδος ἢ ὡς υἱὸς Ἀφροδίτης.*

1 *θεὸς ἀγροικικός* dicitur etiam in glossa rec. cod. Q (Ahr.), cf. III B 1 p. 67 2 *Πρίαπος* K. 3 lemma add. Wendel. *ἐρώμενος* codd. *ἐρωμένου* vulg. ante Ahrensium *ἐραστὴς* Wilamowitz (in Wendelii editione) monens veterem scholiastam Priapum venientem fecisse, quod Daphnidis amator propter eius formam (*διὰ τὸ κάλλος* sch. a) fuisset.

Tribus igitur rationibus rem explicare studuerunt scholiastae: venisse Priapum putaverunt aut quia filius Veneris esset (id quod inter omnes constabat vel ex Apollodoro cognosci poterat, cf. Wendel *Theokrit-Scholien* 94), aut quia rusticus esset sicut Daphnis, aut propter consuetudinem, quam ei cum illo fuisse ex epigr. 3 (cf. III D 5) concluserunt, quamquam num hoc loco idem pastor dicatur non plane certum videtur.

3. Bacchi tutor Priapus vocatur apud Petron. 133, 3 v. 5 (inde Bacchi magister in carmine contra Flavianum scripto v. 49, cf. V B 1), qua in re Salomonem Reinach, Rev. arch. 1885 II 101, offendere non debuisse Jessen col. 2978 recte dixit, cf. VIII G. Quamquam eae imagines, quas olim L. Stephani, Compte-rendu 1861 p. 24 n. 7 et p. 26 n. 2, huic rei testimonio protulit, nunc non iam in censum veniunt vel gravissimas dubitationes habent: geminis enim illis hermis hellenisticis musei Lateranensis (R. Garrucci, Monumenti del Museo Lateranense descritti ed illustrati, Rom. 1861, tab. XXVI 1 et 2; Benndorf-Schöne *Die antiken Bildwerke des Lateranensischen Museums* nr. 181 et 188; Helbig *Führer*[3] nr. 1160 s.; Reinach, Rép. stat. II 525, 7. 8; Ann. Brit. School Athens X (1903/4) 146 fig. 3) non *Priapos* repraesentari (id

quod etiam A. Conze *GGA* 1862 p. 1315 s., putaverat), sed Panem et Paniscam Beundorf et Schöne intellexerunt et omnium fere assensum tulerunt, nisi quod Helbig ab hoc artifice Alexandrino (Th. Schreiber *Abhandl. Sächs. Ges. Wiss.* XIV (1894) 452 n. 71; W. Klein *Vom antiken Rokoko*, Vindob. 1921 p. 25) cum Fauna Faunum ad Priapi similitudinem (cf. Furtwängler *Kleine Schriften* I 145 s.; Gruppe p. 1396 n. 2) cornibus Panis additis fictum esse putat (dubitat etiam F. Wieseler *GGN* 1890 p. 392); in sarcophago autem Monacensi (III B 3 bb) senem illum linteo capitali pallioque indutum, qui Baccho puero hircum moderanti adest, Silenum, paedagogum divinum, esse quam Priapum malim, cum haec scaena alteri, quae in dextra parte eiusdem ectypi conspicitur, plane respondere videatur.

Simulacrum tamen Priapi, quod tam saepe in imaginibus Bacchicis inveniebatur (VIII G), nonnumquam etiam iis imaginibus addiderunt, quibus Bacchus puer repraesentabatur. Sunt autem hae imagines: IV B 3 (?)[1]. E 84 (?). F 7. H 66 (?).

Martis tutor Priapus in fabula Bithynica III E 1 exhibetur.

4. Pictor Pompeianus (IV G 13) ad exemplum pictoris hellenistici Herculi Omphalae servitute effeminato Priapum addidit, quo niteretur, quasi socium vel ministrum. Hinc Jessen col. 2972 s. collegit Herculem quem dicunt Lydium muliebri veste indutum antiquitus cum Priapo coniunctum fuisse, cuius et ipsius simulacrum tam saepe muliebri habitu esset. At pictores illi Priapum Herculi non ea de causa adiunxerunt, quia vetere memoria, cuius nos ne pilum quidem accepimus, tale quid proditum erat, sed quia is deus heroi libidinibus indulgenti bene convenire videbatur (cf. V D 3. VI C 3 a). Ceterum ut Priapi habitu muliebri mollities barbarorum atque effusa libido denotabatur, ita Herculis idem ille habitus antiquitus ad coniunctionem quandam naturae virilis muliebrisque spectabat plane diversam a deliciis posteriorum (cf. etiam VIII F).

5. Sotadem eius poematis, cui Priapi nomen inscripsit, argumentum ex fabulis sumpsisse E. Sommerbrodt, De phlyacographis Graecis, diss. Viadr. 1875 p. 17, et L. Escher, De Sotadis Maronitae reliquiis, diss. Giss. 1913 p. 32, suspicati sunt. At cf. II C 3 bα p. 50.

[1] Sane in hac imagine non ipsum Bacchum spectamus, sed per festum eius sacram historiam agi videmus.

IV. De monumentis

Omnia monumenta, quae usquam gentium in libris commemorata sunt vel in tot museis latitant, hoc loco proponere non potui: sed cum quingenta fere collegerim, iam meo consilio satisfactum esse certiusque fore ac plenius de Priapi cultu iudicium spero. Ceterum complures imagines, quae apte huic catalogo inseri non potuerant, VII C aliisque huius commentationis locis commemoravi.

A. De nummis Lampsacenis. Cf. p. 28 s. 78 s.

Cum tertio fasciculo eius operis, quo Mysiae nummi antiqui colliguntur atque describuntur, Hugo Gaebler nummos Lampsacenos tractaturus sit, singulos nummos accuratius enumerare supersedeo.

Cf. B. V. Head, Historia numorum², Oxon. 1911 p. 530 s.: Jessen col. 2981 s.

1. Caput Priapi in his nummis effictum est:

a) Tetradrachmis argenteis: (H. v. Fritze-) H. Gaebler *Nomisma* XII (1923) p. 30 ss. nr. 70—74 tab. II 42—45: A. Baldwin, Lampsakos, the gold staters, silver and bronze coinages, New York 1924 [Amer. Journ. of numism. LIII] p. 72 s. tab. VIII 1—6. Haec tetradrachma post pugnam apud Magnesiam anno a. Chr. n. 190 factam percussa sunt, Gaeblero iudice intra annos 175 et 150.

b) Nummis aeneis II. atque etiam I. a. Chr. n. saeculi: W. Wroth, Catalogue of the greek coins of Mysia, Lond. 1892 p. 86 nr. 69—72 tab. XX 7 et 9; E. Babelon, Inventaire sommaire de la collection Waddington, Par. 1898 nr. 891: Baldwin l. c. p. 74 cum fig. 17 tab. X 2—7; H. Gaebler *Zeitschr. f. Numism.* XXXIV (1924) p. 310 ss. tab. XVIII.

c) Nummis aeneis aevo imperatorum percussis:

α) Augusti: Baldwin p. 75 nr. 3 tab. X 10.

β) Caligulae: F. Imhoof-Blumer *Kleinasiatische Münzen*, vol. I Vindob. 1901 p. 27 nr. 3.

γ) Hadriani: Babelon nr. 895.

δ) Septimii Severi: Catal. nr. 84 tab. XX 15: Babelon nr. 898; Baldwin p. 75 nr. 11.

ε) Caracallae: Imhoof-Blumer p. 28 nr. 5: Baldwin p. 75 nr. 14 tab. X 15.

Caput semper dextrorsum conversum, cui trunci pars summa in nummis imperatorum accedit, in tetradrachmis illis pulcherrimis optime perspicitur: dei hedera ornati taeniaque redimiti coma partim in nodum religata est, partim pluribus quasi funiculis (quorum tres cernuntur) longius descendit, barba divisa est in decem (quinque cernuntur) cirros artificiose tortos sive etiam in plures cincinnos solutius demissos. Cornua quae Wroth in duobus nummis musei Britannici nr. 68 et 69 esse confirmat, non satis dispici possunt (cf. V D 3). In universum caput Bacchi simillimum, quo IV. saeculo aureos quosdam signaverant (A. Baldwin, Journ. internat. d'arch. num. V (1902) p. 18 s. nr. 24 a—c tab. III 1—3. Lampsakos, the gold staters etc. p. 21 s. nr. 10 tab. I 17; p. 26 nr. 22 tab. II 18. 19; p. 31 nr. 35 tab. III 21): hunc enim deum in his stateribus cum eis, qui harum rerum periti sunt, vel ob eam causam magis agnosco quam Priapum (ut voluit Jessen l. c.), quod Maenadis et Satyri capita eadem aetate aureis imprimebantur. Quod vero inde ab II. saeculo in nummis argenteis et aureis effictum est caput, cum olim Baccho assignavissent (cf. Gaebler *Nom.* XII (1923) p. 31 n. 2), primus W. H. Waddington, Rev. num. 1852 p. 90 s. tab. IV 7 = Voyage en Asie-mineure au point de vue numismatique, Par. 1853 p. 74 s. tab. VIII 7, Priapi esse recte iudicavit: nam cum imperatorum aetate tota huius dei figura haudquaquam ambigua in nummis fuerit capite haud diverso ab eo capite, quod separatim nummis etiam tum imprimere pergebant vetustiorum nummorum plane simile (Furtwängler *Sammlung Sabouroff* ad tab. 127 n. 5), apparet inde ab altero saeculo Priapum apud Lampsacenos tanta auctoritate usum esse, ut in plurimis nummis effingeretur atque etiam plus valeret quam Bacchus, a quo olim eius effigies expressa erat. Wroth autem cum in praefatione p. XXVIII Priapi caput in his omnibus nummis effictum esse ideo concederet, quod Lampsaceni nullum inter Bacchum et Priapum discrimen fecisse viderentur idem numen duobus nominibus appellari rati, J. Millingen, Ancient coins of greek cities and kings, Londinii 1831 p. 70, eadem de causa Bacchi nomen praetulerat: at quod hi viri docti Lampsacenos credidisse putant, revera antiquos grammaticos commentos esse VIII G exponam.

2. Totam figuram vel hermam Priapi in nummis aeneis effingebant imperatorum aevo:

IV [illegible]

IV E 70

IV D [illegible]

IV D 46

IV H 53

IV [illegible]

IV [illegible]

IV F 3

a) Augusti: Th. Dumersan, Description des médailles antiques du cabinet de feu M. Allier de Hauteroche. Par. 1829 p. 73 tab. XII fig. 11; Catal. p. 87 nr. 77—79 tab. XX 13; Baldwin p. 75 nr. 1 tab. X 8.

b) Traiani: Catal. nr. 80; Babelon nr. 894; Baldwin p. 75 nr. 4; S. W. Grose, Fitzwilliam Museum. Catalogue of the Mc Clean collection of greek coins, vol. III Cantabr. 1929 nr. 7641.

c) Marci Antonini: Dumersan p. 74 tab. XII fig. 12.

d) Marci Aurelii: Catal. nr. 81 tab. XX 16, inde Jessen col. 2981 fig. 1; Babelon nr. 896; Baldwin p. 75 nr. 5.

e) Septimii Severi: Catal. nr. 85; Baldwin p. 75 nr. 12.

f) Marci Iulii Philippi: *α*) Catal. nr. 88 tab. XX 12; Baldwin p. 76 nr. 19. *β*) Imhoof-Blumer p. 28 nr. 7.

g) Treboniani Galli: Imhoof-Blumer p. 28 nr. 8; Baldwin p. 76 nr. 20 tab. X 17.

h) Gallieni: Catal. nr. 92; Babelon nr. 904; Baldwin p. 76 nr. 23 tab. X 19.

Babelon etiam Domitiani et Severi Alexandri nummos commemorat Priapi simulacra ithyphallica habentes (nr. 893 et 902).

Cf. nummos Nicopolitanorum IV E 23. 25.

Priapus in omnibus his nummis sinistrorsum conversus stat; sed non semper totam figuram, sed etiam hermam basi impositam fecerunt (c atque etiam, ut videtur, d. e. f*β*. g. h). Atque nudus quidem herma in c expressus est, vestitum deum ceteri artifices effinxerunt, quibus id simulacrum, quod in templo Lampsacenorum colebatur, imprimis exemplo fuisse inde satis apparet, quod nummi Philippi f*α* figuram Priapi in hoc ipso templo hexastylo constitutam praebent, quamquam ut sua nota facilius designari posset, artifex eum non ita fecit, ut accedentibus adversos esset, sed contra veritatem sinistrorsum conversum. Sane ad unguem illud simulacrum exprimere noluerunt, nam non semper imagines plane inter se congruunt. Dextra enim levata (cf. IV E 31) inde a Marci Aurelii temporibus (an iam in nummis a et b eadem res est? cf. tamen IV E 23) cantharum tenet, ex quo vinum in flammas arae libat, quae f*α* tamen effecta non est (ceterum cantharo nummorum nonnullorum sub I b indicatorum pars aversa signata est); sinistra in a. b. f*α* vestem retrahit, ut phallus tantus conspiciatur, in d. e. f*β*. g. h tamen thyrsum tenet taeniis ornatum, ita ut vestis ipso phallo sustineri videatur.

B. De signo Phyromachi. Cf. p. 19.

1. Epigramma Apollonidae Anth. Plan. 239:

Ἴνθετ' Ἀναξαγόρης με τὸν οὐκ ἐπὶ ποσσὶ Πρίηπον.
ἐν χθονὶ δ' ἀμφοτέρῳ γούνατι κεκλιμένον.
τεῦξε δὲ Φυρόμαχος. Χαρίτων δέ μοι ἀγχόθι καλήν
ἀθρήσας δίζευ μηκέτι πῶς ἔπεσον.

3 *Φυλόμαχος* codd. corr. Brunckius, Analecta, Lect. et emend. (ad vol. II p. 134) p. 157. Idem mendum apud Polyb. XXXII 15 (27) et Suid. s. v. *Προναίας* e Diodoro correxerat Valesius. *Χαριτὼ δέ μοι ἀγχόθι καλήν* P. Hofman Peerlkamp, Bibl. crit. nova IV Lugd. Bat. 1828 p. 46s., cui assensus est Duebner. Iam ante Boissonade lectionem traditam ad statuam *mulieris cuiusdam pulcherrimae* rettulerat. At de Gratiis hoc loco nihil dubitandum censeo; quodsi *unam Gratiarum a sororibus aberravisse* credibile non est, Jacobs speciose coniecit *Χαρίτων δέ μοι ἄγχι καλιήν* (sacellum); an *Χαρίτων δέ μοι ἀγχόθι κάλλος* legendum?

Signum Priapi philosophum illum, qui extrema vitae tempora Lampsaci peregit, dedicasse Schöll iniuria putavit, cf. H. Brunn *Geschichte der griechischen Künstler* I p. 443. In aperto enim est Phyromachum esse illud Pergamenae sculpturae clarissimum columen, qui una cum Isigono, Stratonico, Antigono proelia Attali et Eumenis adversus Gallos fecit (Plin. nat. hist. XXXIV 84). Etiam hoc signum minus magnificum Priapi genibus nixi non plane ignobile videtur fuisse, nam non modo Apollonides duobus fere saeculis post epigrammate celebravit, sed etiam ad eius exemplum saepius signa Priapi facta esse monumenta nonnulla testimonio sunt, quae hoc loco recensebo.

2. Titulus in basi marmorea inscriptus ed. G. Hirschfeld, Inscriptions Brit. Mus. IV nr. 910 p. 82s. Primus ediderat C. T. Newton, A history of discoveries at Halicarnassus etc., Lond. 1862/3 p. 707 nr. 65 tab. XCVI; cf. G. Kaibel, Epigr. nr. 782.

. . . . . ω παρ|αγ . . . . . ξ|ένε τοῦτο |χ|αράδρης
. . . |ῥε|ῦμα λιπὼν ἀρ|απὸν| ἐξανάβα·
εἰ δὲ |κασιγνήταις ῥέζειν| καὶ πατρὶ ἐπείγῃ
ἱερά, τῇ|ς| λαιῆς βαῖνε δι' αἱμασιέων·
οὗτοι κα|ί| μ' ἐκάμοντο τὸν ἐν γονάτεσσι Πρίηπον
ἔργα τε |κ|αὶ βωμοὺς συγγενέων ἐφορᾶν.

V. 1 litterarum reliquias vide apud Hirschfeldium. 3 *εἰ δέ [σε Νύμφαισιν ῥέζειν]* Hirschfeld.

Tertio vel altero a. Chr. n. saeculo editores titulum scriptum esse iudicant; quodsi Phyromachi signi exemplum in illa basi fuisse recte dicimus, alteri saeculo potius adscribendus erit. Iam Newton *τὸν ἐν γονάτεσσι Πρίηπον* cum illo Priapo comparavit, qui *οὐκ ἐπὶ ποσσί* fuit. Cum universo epigrammate et alia conferenda sunt et epigramma Cnidium Inscr. Brit. Mus. IV nr. 797 (Geffcken *Griech. Epigramme*, Heidelb. 1916 p. 69 s. nr. 176; Wilamowitz *Hell. Dichtung* II p. 104 s.).

Basi igitur marmoreae hoc epigramma inscriptum est, in qua simulacrum fuit Priapi genibus nixi, qui prope Halicarnassum iuxta torrentis alveum vicem viae praestantem in divortio constitutus viatorem simul hortabatur, ut alveo relicto semita ascendens iter in urbem(?) pergeret, invitabatque (cf. VII E 4), ut itinere sinistrorsum deflexo dis sibi cognatis sacrificaret, id tamen monens sese segetibus (cf. VI B 3b) et illorum aris custodem impositum esse. Quinam igitur hi dei cognati sunt, qui Priapum custodiae causa sibi fecerunt vel potius fieri iusserunt (*ἐκάμοντο ἐφορᾶν*)? Patrem v. 3 Bacchum esse, non Mercurium, ut Kaibelius putaverat, Hirschfeld intellexit (cf. III A 2a. 3a); in eodem autem versu cum alterum numen restituendum esse idem optime cognoverit, equidem hoc numen non nominatim indicatum, sed eodem modo atque patrem gradu cognationis designatum fuisse crediderim. En habes sorores Priapi una cum patre Baccho cultas, quae eaedem teste poeta illo Tiburte CLE 1504 v. 43 cum Priapo coniunctae fuerunt, Gratias dico, quas Veneris et Liberi filias esse Serv. Verg. Aen. I 720 (exscripserunt Myth. Vat. II 36 et III 11, 2) tradidit, quamquam a plerisque Iove natae esse putabantur: cf. etiam Nonn. Dion. 15, 91. 33, 11. 48, 555 s., qui Bacchum patrem exhibet (Preller-Robert I p. 481 n. 3; Gruppe p. 81 s.). Harum appellatione in versum restituta id quoque efficitur, ut verbum *ἐπειγεσθαι*) in medii generis sensum accipiatur et totum enuntiatum melius sese habeat.

3. Signi Phyromachi exemplum ut ita dicam servatum est in vasculis (sive eorum formis), quae Arretii in fabrica celeberrima M. Perenni a Cerdone, quem intra annos 50—20 a. Chr. n. floruisse K. Hähnle *Arretinische Reliefkeramik*, diss. Tub. 1915 p. 27 ss., docuit, atque postea ab aliis (cf. Rizzo, Dionysos Mysies p. 6 [42] n. 1) facta sunt: G. H. Chase, The Loeb Collection of Arretine pottery, New York 1908 p. 39 ss. tab. I; G. Franciosi,

Arezzo (Italia artistica vol. XLI), Berg. 1909 p. 20 med. (cf. p. 15 inf. et 21 inf.); H. Lehner *Bonn. Jahrb.* CXXII (1912) p. 424. 426 s.; Rizzo l. c. p. 4 ss. [40 ss.] fig. 1 et 2; Ugo Viviani, I vasi aretini, Arretii 1921 (Collana di pubblicazioni stor. e lett. aretine nr. 5) fig. 3 (p. 68). Cf. supra p. 26. In luco Bacchico sacrum noctu celebrari videmus: Priapus posito genu in columna altissima est dextram attollens laevaque cornu copiae tenens. De argumento, quod ex hellenisticorum artificum operibus sumptum esse iam Chase (cf. Rizzo p. 6 [42] n. 1) intellexit, non plane constat; haud male mihi videtur Hähnle l. c. p. 45 ss. putare inter ceteras primitias infantem Baccho consecrari, sed post alios nuper R. Zahn *Galerie Bachstitz 's-Gravenhage* II (1921) p. 68, exposuit hunc infantem ipsum Bacchum esse, cuius ortus in mysteriis repraesentaretur (cf. III E 3 p. 94 n. 1).

Iam vero si quaerimus, cur Phyromachus Priapum genibus nixum fecerit, forsitan satis nobis respondeat Apollonides, qui mirum dei habitum ita explicavit, ut eum Gratiis comminus aspectis libidine incensum humi procubuisse fingeret sicut amatores humanos (cf. e. g. IV H 35; non plane recte de hac re Sittl *Gebärden* p. 156). Fortasse tamen ratio huius imaginis altius repetenda est. Sane quod P. Wolters, *Ἐφ. ἀρχ.* 1892 col. 225 n. 3, collatis Deis Nixis mulierum parientium habitum ad deum translatum esse putavit, minus probabile videtur, quoniam ad Priapum non tam partus quam amores ipsi pertinent. Tu cum antiquos daemonas phallicos, quales Winter *Typen* I p. 215 delineavit (cf. etiam Kuhnert *Rosch.* s. v. Satyros col. 461. 496; A. Hartmann *PW* s. v. Silenos und Satyros col. 43), in comparationem vocaveris sedentes seu genibus subsidentes seu in genua procumbentes, non dubitabis, quin in hoc habitu terrae contagione olim magica fuerit vis, quam non minus positivam quam negativam fuisse credemus. Huius priscae superstitionis aliquid in signo Phyromachi reliquum fuisse videtur, praesertim cum sinistra cornu copiae tenentem, dextram gestu fausto ac felici tollentem ille Priapum fecerit, siquidem ex imaginibus Arretinis aliquid concludi potest. Cf. etiam V B 1 not.

Ceterum simulacrum viri clavigeri genibus nixi (B. de Montfaucon, Supplément au livre de l'antiquité expliquée I Par. 1724 tab. 66, inde Reinach, Rép. stat. II 75, 6) non antiquum esse videtur.

C. Sigilla figlina Aegyptiaca. Cf. p. 23 s.

Inveniuntur in his libris:

G. Maspero, Catalogue du musée égyptien de Marseille. Paris. 1889.

V. Schmidt, De græsk-ægyptiske terrakotter i Ny Carlsberg Glyptothek. Haun. 1911.

W. Weber *Die ägyptisch-griechischen Terrakotten*, Berol. 1914.

C. M. Kaufmann *Graeco-ägyptische Koroplastik*[2], Lips. 1915.

(G. Roeder-) A. Ippel *Die Denkmäler des Pelizaeus-Museums zu Hildesheim*, Hild. 1921.

P. Perdrizet, Les terres cuites grecques d'Égypte de la collection Fouquet. Nancy-Paris-Strasbourg 1921.

A. Laumonier, Catalogue de terres cuites du musée arch. de Madrid. Burd.-Paris. 1921.

J. Vogt *Expedition Ernst v. Sieglin* II 2, Lips. 1924.

W. Deonna, Rev. arch. 1924 II p. 152 s.

Catalogum figurarum, quae Alexandriae asservantur, ab E. Breccia Bergomi 1930 publici iuris factum adhuc me inspicere non potuisse valde doleo.

Priapi solius sigilla:

Utraque manu vestem attollit, ut sinu facto phallus detegatur:

1. Schmidt tab. XXXVII fig. 94.
   Sinus fructuum plenus.
2. a) Perdrizet tab. XLVI nr. 228.
   Similes figuras Perdrizet enumerat.
   b) Fig. Dresd. 2600 C 363.
   Caput et crura cum pedibus desunt.
   c) Laumonier tab. LVI fig. 1: Kaufmann tab. XXXIV fig. 265 et figurae p. 103 commemoratae pars superior (cf. 16 b). Figuras similes indicat Perdrizet ad nr. 228.
3. Vogt tab. XXXII fig. 2. Cf. supra p. 24.
4. Fig. Hildesheim. 600 (Ippel p. 167).
5. Perdrizet tab. XLVII nr. 230.

Dextrum bracchium inflexum sub veste latet pectori impositum (ita tamen nonnumquam, ut manus appareat), sinistra ipsa quoque tecta vestem sublevat[1] (figurarum tamen 7. cum utrumque bracchium inflexum veste involutum sit, vestis phallo suspensa utrimque defluit; herma 8 bracchium sinistrum lateri impingit, cf. nr. 12)[2]:

[1] Eodem schemate Panis figura est: E. Breccia, Municipalité d'Alexandrie. Rapport sur la marche du service du musée en 1912 p. 25 nr. 50 tab. XVI 3.

[2] Figurae similis Francofurtanae vestis ad pedes defluit (cf. IV F); quem deum Priapum nominarem, si phallum satis dignoscerem.

6. a) Weber tab. XXIX nr. 305; Vogt tab. XXXI fig. 4 = fig. 33 textui p. 33 inserta; Deonna nr. 283; fig. Dresd. 2600 C 362. Eiusdem generis figuras etiam Vindobonae et in museo academico Erlangensi vidi.

b) Fig. Hildesheim. 599 (Ippel p. 167). Similis videtur esse fig. Cairensis 26907, quam Perdrizet ad nr. 228 commemorat.

c) Fig. Dresd. 2600 C 364. **Tab. I.**

7. Fragmenta: a) Perdrizet tab. XLVI nr. 231 (cf. p. VI).

b) Deonna nr. 284.

8. Herma Hildesheim. 810 (Ippel p. 167).

9. Perdrizet tab. XLVII nr. 229; Kaufmann tab. XXXIV fig. 266; fig. ex coll. Bircheriana ap. Vogt text. p. 33 fig. 34. Similes figuras Perdrizet indicat.

10. Vogt text. p. 34 fig. 35.

11. Manuum ratio inversa est in herma Perdrizet tab. XLVI nr. 232.

Bracchium sinistrum veste tectum in latus iactavit (cf. nr. 8), dextro sublato vestem attollere videtur, ut phallus patefiat:

12. Vogt tab. XLIII fig. 6.

Pars inferior deest. Editor dubitat utrum haec figura antiqua sit necne.

Tamquam Horus puer repraesentatur Priapus (cf. V D 1. VIII A 1, infra p. 104. 114):

13. Maspero nr. 1061; Weber tab. XXIX nr. 306; Perdrizet tab. XXXIII nr. 87. Alias figuras in museis Guimet, Hildesh. (nr. 730), Caroliruh. asservari dicit Weber p. 182 n. 10.

14. Perdrizet text. fig. p. 90.

Idem fortasse Horus sive Priapiscus etiam puer est, cuius imago apud Weberum text. p. 72 fig. 44 est, dextram item temporibus admovens, phallo praegrandi fructus sustinens. Cf. etiam W. M. Flinders Petrie, Roman Ehnasya, Lond. 1905 tab. XLVII nr. 47. Aliena figura Dresd. 2600 C 365 (cf. E. Breccia, Alexandrea ad Aegyptum, Bergomi 1914 p. 261 fig. 118).

Tamquam Min (cf. VIII A 2, infra p. 104. 114) repraesentatur Priapus:

15. Weber text. fig. 67 p. 106.

16. Maspero nr. 1091.

a b) Accedit signum, cuius caput deest, Dresdense 2600 C 361 et fortasse figurae a Kaufmanno p. 103 commemoratae pars in-

ferior, quae fragmento alterius figurae male agglutinata est (cf. sub 2c).

Capita truncis orba servata sunt haec:

17. Perdrizet tab. XLVI nr. 233.

Caput eleganter factum ex signo satis magno reliquum. Cf. Schmidt nr. 150 tab. LI.

18. Kaufmann tab. XXXIV fig. 264 et 265. cf. supra sub 2c.

19. Tria capita commemorantur a Deonna nr. 285.

20. Denique duas personas Priapi, quibus vascula ornata erant, Deonna nr. 286 commemorat.

Figura viri subligaculo vincti inter palmas stantis, quae in ectypo plumbeo expressa est (Pagenstecher *Expedition Sieglin* II 1 A tab. XXXVI 7), num Vogtio p. 33 n. 1 auctore Priapi putanda sit, incertum est.

Priapi cum Venere coniuncti sigilla:

Venus paulo maior Priapo, qui sinistro eius latere collocatus eodem habitu atque figurae sub 6 enumeratae stat, sinistro bracchio complexa nititur:

21. Weber tab. XVIII nr. 185; Perdrizet tab. XLVI nr. 225; Vogt text. p. 34 fig. 36; fig. Hildesheim. nr. 731 (Ippel p. 166). Eodem exemplo figurae in collectione Bircheriana (Vogt p. 34 n. 1) et in museo Guimet (Perdrizet teste) sunt.

Venus et Priapus (ad sinistrum eius latus stans: 22 et 23, sive ad dextrum: 24) pari statura in umbraculis (desunt 22a) inter sese coniuncti sunt: atque Venus quidem altero bracchio Priapi cervices complectitur, Priapus autem aut quasi solus esset eodem habitu atque figurae 6 et 21 expressus est (22; figura 23 tamen veste phalli tumore suspensa sinistra manu canistrum fructibus plenum tenet, cf. 13. 15. 16a) aut ipse quoque, dum dextra vestem allevat, sinistrum bracchium Veneris collo inicit (24):

22. Weber tab. XVIII nr. 186; Kaufmann tab. XLV fig. 381 Deonna nr. 287; fig. Hildesheim. nr. 795 (Ippel p. 166).

a) J. Sieveking *Münch. Jahrb.* N. S. II (1925) p. 289/90 nr. 45. *Arch. Anz.* 1929 col. 20s. nr. 54 fig. 17.

23. Perdrizet tab. XLVII nr. 226. In museo Alexandrino eodem exemplo plures figuras exstare dicit Perdrizet.

24. Perdrizet tab. XLVII nr. 227; Vogt tab. XXXIII fig. 1.

Apparet Venerem initio tamquam simulacro Priapi nisam fuisse, qui suo habitu quasi solus exprimebatur, in qua re figu-

rarum Graecarum (VIII P 1) exempla valuisse satis intelleges, si figuram Priapi Hildesheimensem (21) dea aliquanto minorem contemplaberis: paulatim tamen eam uxorem Priapi factam esse non modo par eorum statura testimonio est (22—24), sed etiam mutuus complexus (24; faciem ad coniugem convertit Priapus Hildesheim. 22), cf. V C 4. Haec autem Venus dubites, utrum Hathor an Triphis an neutra intellegenda sit (cf. Weber p. 123; Perdrizet p. 89; Vogt p. 34); Horum illum Priapiscum ex hoc coniugio ortum suspicatur Weber p. 182 n. 15. Ceterum num Venus et Priapus vocandi sint, sine causa Kaufmann p. 103 dubitat, item, ut videtur, Sieveking l. c. (sub 22 a).

Incerta coniectura Vogt p. 70 virum mulieremque saltantes (tab. LXXVII nr. 1) Priapum et Venerem nominavit.

D. Cf. p. 20.

Priapus vestem (sive pellem: 93. 98) ita allevat, ut phallus detegatur et sinus fiat, quo varios fructus (etiam spicas floresque, cf. VII F 2cγ) gerat. Cf. III B 3γ. IV C 1. 13. 15. 16 a. H 88 f. VII C 9.

Utraque manu onus attollere solet (usque ad pectus: 49—51), saepe phalli tumore adiutus, qui tamen nonnumquam pondere opprimi videtur (23); sunt etiam figurae, quarum phallus sub sinu paene totus latet (4. 18. 41 ? 63) vel fructuum ubertate contegitur (44—47. 61). Nonnumquam deus sinistra manu simul cornu copiae (8? 61; dextra: 62) vel falcem (82. 91 ?) vel pedum (98 a) tenet, sed etiam altera manu sola vestem allevat (sinistra: C 13. 15. D 1 ? 63—66. 80. 81. 93. 98 b; dextra: 79. 86. 87), dum altera rem aliquam tenet (aut etiam phallum praegravem sustentat: 78 ?); duas res habet 88. Fructus non in ipsa veste insunt, sed in corbe sive lance (4? 60. 68. 97 a, cf. C 23), quam simul cum veste sustinet. In corbe figurae 60 foramen inest, quo fortasse membrum dei ascendere potuit, ut inter fructus quasi in vanno mystica esset (cf. Gaedechens).

Hoc genere fortasse imago Priapi ab Artemidoro Therae posita fuit (VI E 2 a, cf. Hiller v. Gaertringen *Thera* III p. 94), item imago in pompa Philadelphi vecta (VI E 2 b), cf. Jahn *BJ* p. 49 s.

Petron. 60, 4: repositorium . . ., quod medium Priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat more vulgato.

Cornut. 27, cf. VI B 1 a.

Huc referendum videtur simulacrum senis barbati fructus gremio tenentis, quod olim Cordubae Pedro de Estrada possedit: E. Hübner *Die antiken Bildwerke in Madrid* p. 312.

Alexandrinos hoc genus simulacrorum instituisse W. Deonna, Catalogue des sculptures antiques, Genav. 1923 p. 73, suspicatus est, sculptorem Asianum aetatis Alexandrinae Cumont p. 646.

Figurae

Figurae marmoreae

1. E. Q. Visconti, Museo Pio-Clementino I Mediol. 1818 tab. L; Clarac 734, 1773; Helbig *Führer*[2] nr. 150; W. Amelung *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums* II (Berol. 1908) p. 145 s. nr. 56 tab. VIII. Castri Novi in Etruria prope mare inventa; praeter alias particulas quasdam bracchium dextrum cum manu antiquum non est.

2. Catalogue du Musée Fol. I (Genav. 1874) p. 288 nr. 1319; Arndt-Amelung VII nr. 1892 (G. Nicole); Deonna, Catalogue nr. 91; Reinach, Rép. stat. V 26, 2.

3. Reinach, Rép. stat. II 73, 6. Figura paene iconica Trallibus inventa anno 1896 venditabatur. Deest caput; assidet canis.

4. E. Braun, Bull. dell' Inst. 1843 p. 51; *Arch. Ztg.* 1843 col. 137; Benndorf-Schöne p. 99; Michaelis p. 88; Matz-v. Duhn p. 132 nr. 508; E. Anthes *Westd. Ztschr.* XIII (1894) p. 26. Caput alienum (cf. V D 1), pedes cum basi non antiqui.

5. Benndorf-Schöne p. 98 nr. 166; E. Anthes *Westd. Ztschr.* XIII (1894) p. 25. Desunt caput, bracchia, crura; phalli pauca vestigia relicta sunt.

6. Matz-v. Duhn p. 132 nr. 510. Desunt caput, collum, crura.

7. Reinach, Rép. stat. IV 40, 4. Figura Avennica. Desunt caput, lacertus et bracchium dextr., pedes.

8. A. Conze *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) p. 93 not. nr. 1. In museo Spalatino asservatur. Desunt caput, bracchia et lacerti, crura feminumque inferiores partes.

9. Reinach, Rép. stat. IV 40, 8. Truncus Arelate inventus. Cf. W. Fröhner, Musée de Marseille, Catalogue des antiquités, Par. 1897 p. 95 nr. 233.

10. Reinach, Rép. stat. III 232, 7. Truncus ibidem inventus.

11. Arndt-Amelung X col. 60 (P. Mingazzini). Truncus, qui Romae in hortis villae Borghese est.

Figurae lapideae

12. Figura Priapi Panthei iconica ex lapide arenaceo facta Klausenburgi in Dacia inter fundamenta domus inventa: G. Henzen, Bull. dell' Inst. 1848 p. 180 s.: J. F. Neigebaur *Dacien*, Kronstadt 1851 p. 227 nr. 27; Jahn *BJ* p. 55 s. n. 28; Friederichs *Kleinere Kunst* p. 421. Manus pedesque et modius mutilati; a dextro latere dei aquila est, a sinistro clavae Herculeae fulmina imposita sunt (VI E 3 dβ). Similis dicitur esse parva figura aenea Thordae inventa (Neigebaur p. 209 nr. 74).

13. Figura altera iconica ex lapide arenaceo facta ibidem inter sepulcra inventa: A. Buday, Dolgozatok az erdélyi nemzeti múzeum érem-és régiségtárából (Travaux de la sect. num. et arch. du mus. nat. de Transylvanie à Kolozsvár) VII (1916) p. 67 s. 117 s. fig. 14; *Arch. Anz.* XL (1925) col. 298. Desunt caput, crus dextrum, femur et crus sinistrum.

14. Figura parva ex lapide conchyliata I. ut videtur saeculo facta, in Capitolio Treverorum inventa: *Bonn. Jahrb.* CX (1903) p. 321; F. Hettner *Illustrierter Führer durch das Provinzialmuseum in Trier* 1903 p. 68 s. nr. 150. Valde mutilata.

15. v. Sybel *Katalog* p. 213 nr. 2999. In vico Bourbouna inventa. Desunt caput et pedes. Ad sin. arbor humilis est.

15 a. K. D. Mylonas, Bull. corr. hell. II (1878) p. 371 n. 33. In Peloponneso inventa. Desunt imprimis caput et crus dexterum.

16. Truncum figurae parvae (marm.?) Catinae in museo Benedictinorum vidit G. Libertini, Not. d. Scavi 1922 p. 497, quem ibi effossum esse suspicatur.

17. *Una statuetta di 3 palmi acefala di un Vertunno o Priapo con i frutti nella veste* apud portam Marancio inventa est: Notizie del giorno 7 Genn. 1819 (Benndorf-Schöne p. 99).

18. Figura parva argentea Herculanei una cum Veneris et Satyri figuris inventa: A. C. Ph. de Caylus, Recueil d'antiquités égyptiennes, étrusques, grecques et romaines vol. II (Par. 1756) tab. 45 nr. 3 (qui alteram similem, obscaeniorem tamen se possidere narrat); Reinach, Rép. stat. II 74, 7.

18 a. Figura argentea 5 cm. alta: v. Sacken-Kenner p. 340 nr. 234. Pes d. deest; bractea sin. pedi supposita non antiqua. **Tab. IV.**

Figurae aeneae

19. Payne Knight p. 19 tab. V 2, inde Jahn *BJ* p. 56 tab. II 4; S. Seligmann *Der böse Blick* II (Berol. 1910) p. 233 fig. 181; Reinach, Rép. stat. II 74, 3. Possidebatur a Carolo Townley.

20. H. B. Walters, Catalogue of the bronzes in the British Museum, Lond. 1899 p. 246 nr. 1511.

21. Monuments des arts du dessin chez les peuples tant anciens que modernes recueillis par le Bon Vivant Denon expliqués par Amaury Duval tom. I 1829 (non vidi); Reinach, Rev. arch. 1929 I = Rép. stat. VI p. 16 nr. 3.

22. Delgado, Catálogo del Museo arqueológico nacional I (Matrit. 1883) nr. 2913; Reinach, Rép. stat. II 74, 6.

23. F. Keller *Anzeiger f. schweiz. Altertumsk.* V (1872) p. 311 tab. XXXIV 1; Reinach, Rép. stat. II 74, 4. Ad Aquas Helveticas (Baden) inventa. Deest crus sinistrum.

24. Jahn *BJ* p. 45ss. tab. II 1 et 2; Reinach, Rép. stat. II 74, 5; Jessen col. 2983 fig. 2. Figura Bonnae anno 1857 inventa, cf. nr. 25—27.

25. [F. Cumont,] Collection Raoul Warocqué, Antiquités égyptiennes, grecques et romaines I (Mariemont 1903) p. 32 nr. 47; Reinach, Rép. stat. III 232, 4. Figura Parisiis empta, quam Cumont p. 646 n. 20 (fig. 5797) eandem esse putat atque 24. Equidem valde dubito.

26. H. Dütschke *Antike Bildwerke in Oberitalien* IV (Lips. 1880) p. 114 nr. 301 v. In museo Taurino asservatur; similis est figurae 24.

27. H. Dütschke *Bonn. Jahrb.* LXIV (1878) p. 71 nr. 11. *Antike Bildwerke* l. c. Possidebat anno 1877 Merlo in Colonia Agrippinensi; similis fuisse dicitur figurae 24.

28. Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes p. 215 nr. 500.

29. J. Sieveking *Münch. Jahrb.* VI (1929) p. 84 nr. 3. In Creta inventa; Monaci asservatur in museo, quod dicitur *Museum antiker Kleinkunst.*

30. Reinach, Rép. stat. V 472, 2. Compendii (Compiègne) asservatur.

31. Reinach, Rép. stat. IV 40, 3. Figura Avennica.

32. J. J. Dubois, Description des antiques faisant partie des collections de M. le comte de Pourtalès-Gorgier, Par. 1841 nr. 616.

33. R. Gaedechens *Die Antiken des Fürstlich Waldeckischen Museums zu Arolsen* 1862 p. 75 nr. 180.

34. Fiorelli, Racc. porn. p. 8 nr. 52.

35. W. Fröhner, Collection de feu M. Joly de Bammeville, Par. 1893 nr. 323.

35 a. O. Roger *Zeitschr. d. Hist. Ver. f. Schwaben u. Neuburg* XXXVIII (1912) p. 111 nr. 2; *VII. Bericht d. Röm.-Germ. Komm.* 1912, 33. Eleganter facta, prope Augustam Vindelicorum inventa, ubi in museo Maximilianeo asservatur.

36. Asservatur Herbipoli in museo archaeologico.

36 a. Asservatur Augustae Treverorum in museo provinciali.

37. W. Deonna, Genava VI (1928) p. 70 nr. 33. Asservatur in museo Genavensi.

38. Müller, Description p. 162 nr. 49.

39. H. B. Walters, Catalogue of the bronzes, Lond. 1899 p. 247 nr. 1512. Figura rudissima.

40. S. Reinach, Rev. arch. 1897 II p. 234 fig. 38. Rép. stat. II 782, 6. Figura parva perquam rudis in vico Bulgarico Arapovo (*district de Sténimaka*) inventa, quae in museo coloniae Ulpiae Serdicae asservatur.

41. Reinach, Rép. stat. III 22, 9. Figura non minus rudis ibidem exstans.

42. E. Frh. v. Sacken *Die antiken Bronzen des k. k. Münz- und Antiken-Cabinetes in Wien*, Vindob. 1871 p. 81. Figura (quinto loco commemorata) mediocri opere facta, quae mala manu mutilata videtur esse.

43. E. Frh. v. Sacken l. c. p. 81. Figura pulcra (primo loco commemorata) in Asia, ut catalogi scriptor suspicatur, facta.

44. Friederichs *Kleinere Kunst* nr. 1970: *Führer durch das Antiquarium*, Berol. et Lips. 1924 p. 60 tab. 69; Reinach, Rev. arch. 1929 1 (= Rép. stat. VI) p. 16 nr. 1. Figura arte elegantissima primis imperatorum temporibus facta. Cf. nr. 45—47.

45. Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes p. 215 nr. 499.

46. Chr. Schuchardt(-Friedländer) *Goethe's Kunstsammlungen* II (Ienae 1848) p. 13s. nr. 33. **Tab. IV.**

47. N. Galeotti, Museum Odescalchum II (Romae 1752) tab. 37, inde Jahn *BJ* p. 56 tab. II 3; Reinach, Rép. stat. II 74, 2; Th. Ashby, Papers Brit. School Rome VIII (1916) 69 n. 5.

48. H. Licht *Sittengeschichte Griechenlands*, *Die griechische Gesellschaft*. Dresd. et Tur. [1925] p. 230; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 523. Monaci asservatur in museo, quod appellatur *Museum antiker Kleinkunst*.

49. E. Frh. v. Sacken l. c. (cf. nr. 42). Figura tertio loco commemorata.

50. Mus. Odescalchum II tab. 36 (cf. nr. 47); Reinach. Rép. stat. II 73, 7; Th. Ashby l. c.

51. Note overo memorie del Museo del Conte Lodovico Moscardo, nobile Veronese, dal medesimo descritte in trè libri, Veron. 1672 p. 349 (dextra); H. Dütschke *Antike Bildwerke in Oberitalien* IV p. 47 ad nr. 70.

52. Friederichs *Kleinere Kunst* nr. 1971. Pedes desunt.

53. J. R. Mélida, Revista de arch., bibl. y mus. XXXVII (1917) p. 16 tab. IV. Exstat in museo archaeologico Matritensi. Inferiora desunt.

54. H. B. Walters, Catalogue of the bronzes, Lond. 1899 p. 246 nr. 1510. Crus sin. non antiquum.

55. Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes nr. 501.

56. [H. Willers] *Beschreibung römischer Altertümer gesammelt von C. A. Niessen*, Colon. 1911 p. 217 nr. 4184. Pedes desunt.

57. A. F. Gori, Museum Etruscum I (Flor. 1737) tab. 58 nr. 2 et 3. Figura pulchra, quae Florentiae asservatur (nr. 2298).

58. Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes nr. 502.

59. E. Frh. v. Sacken l. c. (cf. nr. 42). Figura (quarto loco commemorata) mutilata.

60. R. Gaedechens *Die Antiken des Fürstlich Waldeckischen Museums zu Arolsen* 1862 p. 74 s. nr. 175; C. Friederichs et P. Wolters *Die Gipsabgüsse antiker Bildwerke*, Berol. 1885 nr. 1778. Cf. p. 104.

61. E. Frh. v. Sacken l. c. (cf. nr. 42). Figura secundo loco commemorata.

62. Note overo memorie del Museo del Conte L. Moscardo p. 349 (sinistra). Cf. nr. 51.

63. W. Fröhner, Collection H. Hoffmann. Catalogue des objets d'art antiques, Par. 1888 nr. 466.

64. Reinach, Rép. stat. III 21, 8. Figura Rotomagensis. Res, quam dextra tenet, fracta est.

65. J. de Witte, Description de la collection d'antiquités de M. le vicomte Beugnot, Par. 1840 nr. 357; Jahn *Ber.* p. 239 n. 76; Michaelis p. 89 ss.; Reinach. Rép. stat. III 21, 9. Ubi nunc sit ignoratur. Deerant pes sinister et crus dextrum, praeterea falcis pars extrema. Cf. VII G 4 a.

66. [H. Willers] *Beschreibung römischer Altertümer gesammelt von C. A. Niessen*. Colon. 1911 p. 217 nr. 4185. Res, quam manu dextra tenuit, et crus sinistrum desunt.

Figurae figlinae

67. Fiorelli, Racc. porn. p. 8 nr. 48 (—51); H. v. Rohden *Die Terracotten von Pompeji*, Stuttg. 1880 tab. XLIII 2; Winter *Typen* II 410, 6. Pompeis inventa cum tribus similibus figuris partim mutilatis.

68. E. Anthes *Westd. Zeitschr.* XIII (1894) p. 22 ss.; L. Buchhold *Die Antikensammlungen des Großherzogl. Museums in Darmstadt*, Darmst. 1895 p. 98; Winter *Typen* II 410, 7. Prope vicum Hergershausen in agris Decumatibus inventa opere satis bono facta. Caput iuvenile (cf. V D 1) etsi divulsum certe ex hac figura est; desunt pedes. A dextro latere dei canis est.

69. W. Fröhner, Catalogue des antiquités grecques et romaines du musée de Marseille, Par. 1897 nr. 1233. Arelate inventa. A dextro latere dei canis est. Cf. nr. 68.

70. E. Espérandieu, Bull. arch. 1926 p. CLV ss. Nemausi in sepulcro mulieris inventa (I. a. Chr. n. saec.). Lacertus et bracchium dextr. desunt, item bracchium sin. Cf. V C 3. VI D 4.

71. Gisela M. A. Richter, The Metropolitan Museum of art, Handbook of the classical collection, New York 1927 p. 201 (editionem anno 1930 renovatam non vidi).

72. Monaci asservatur in museo, quod dicitur *Museum antiker Kleinkunst* nr. 134.

73. Asservatur in Colonia Agrippinensi (Wallraf-Richartz-Museum) nr. 4191. Venus Priapo nititur. Desunt caput et pedes utriusque figurae.

74. H. B. Walters, Catalogue of the terracottas in the British Museum, Lond. 1903 p. 352 nr. D 277; Winter *Typen* II 213, 8. Venus cum Amore et Priapo. Opus figlinum Italicum.

75. Figura parva l i g n e a, quae in collectione Fouquetiana est: P. Perdrizet, Les terres cuites grecques d'Égypte de la collection Fouquet, Nancy 1921 p. 89 s. Ubi inventa sit, ignoratur.

Ectypa

76. A. Conze *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) p. 93 not. nr. 2. Sabariae (*Stein-am-Anger*) inventum; asservatur in museo Budapestino. Priapus inter arbores stat, a dextro eius latere vas est fructuum plenum.

77. St. Gsell, Recherches archéologiques en Algérie, Paris. 1893 p. 411 s.; G. Beyerhaus *Mus. Rhen.* LXXV (1926) p. 15. Prope Madauros inventum. Priapi figura adversa (caput deest); ad sinistram in basi quadrata canis est deum suspiciens, ad dextram in basi cylindrica altiore Venus nuda statura minor quam ille (VIII P 1).

78. J. Klinkenberg *Das römische Köln*, Düsseld. 1906 p. 264; H. Lehner *Das Provinzialmuseum in Bonn. Abbildungen seiner wichtigsten Denkmäler* I (1905) tab. XXX 4 et II (1917) tab. IX 5. *Führer durch das Provinzialmuseum in Bonn* I² Bonnae 1924 p. 205. *Die antiken Steindenkmäler des Provinzialmuseums in Bonn*, Bonn. 1918 p. 99 s. nr. 210; Espérandieu, Recueil VIII p. 346 nr. 6441. Aedicula ex lapide calcario facta Coloniae reperta. Priapi figura adversa.

79. A. Conze *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) p. 93 not. nr. 3. Exstat in museo Budapestino, fortasse Sabariae inventum (cf. nr. 76). Priapi figura adversa; caput mutilatum.

80. H. Maionica *Mitt. d. k. k. Centralkommission* XIX (1893) p. 152 nr. 4. *Führer* p. 49 nr. 9. Cf. G. Bertoli, Le antichità d'Aquileja, Venet. 1739 p. 36 s.

81. Ireneo della Croce, Historia antica e moderna sacra e profana della città di Trieste, Venet. 1698 p. 198; E. Maionica *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) p. 37; A. Michaelis, ibd. p. 92 s.; P. Wolters *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) p. 262 n. 3; S. Seligmann *Arch. f. Gesch. d. Med.* VI (1913) p. 95. 119 tab. I fig. 1. Tergesti inventum, asservatur in museo lapidario eius oppidi. Priapus phallum in malum oculum a laeva parte minantem intendit. Cf. nr. 82.

82. Maionica *Führer* p. 20 nr. 9; Brusin, Aquileia p. 92 nr. 8. Ectypum marmoreum simile ectypo nr. 81. Priapus phallum in malum oculum intendit; post eum palmae termes est.

Adde arae Aquileiensis latus dextrum III B 3γ, etiam IV II 88 f.

Gemmae

83. H. B. Walters, Catalogue nr. 3022. Priapi figura adversa capite sinistrorsum verso.

84. Müller, Description nr. 430; Fossing, Catalogue nr. 786 tab. X. Priapi figura dextrorsum versa.

85. Müller, Description nr. 431; Fossing, Catalogue nr. 787. Priapi figura dextr.; adstat calathus fructuum plenus.

86. Gori, Museum Florentinum I tab. 95, 9 = Reinach, Pierres gravées tab. 45.

87. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7431. Priapus dextrorsum conversus.

88. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2417 tab. 22. Priapus dextrorsum conversus.

89. Furtwängler *Antike Gemmen* XLIII 38. Venus nuda Priapi signo nititur, quod artifex ad priscae artis similitudinem expressit. Cf. p. 22.

90. Pictura Herculanensis: Pitt. d'Erc. III 53 p. 283; Boetticher *Baumkultus* p. 156 fig. 36; Helbig nr. 1279 (*Arch. Ztg.* 1866 col. 182 s.); K. Woermann *Die Landschaft in der Kunst der alten Völker*, Mon. 1876 p. 362 s.; A. Sogliano, Mon. ant. VIII (1898) col. 403 ss. fig. 3; Herrmann-Bruckmann p. 11 tab. 8; Reinach, Rép. de peint. 163, 1; Curtius *Wandmalerei* p. 386 ss. fig. 208 (p. 385). Paris in monte Ida gregem pascit prope sacrum arcum arbori Priapi pervium, ante quem simulacrum dei ipsius est (quod Curtius agnovit) in basi quadriangula satis alta: imminet saxum excisum in duos loculos ad fenestrarum similitudinem marginatos, ubi dona votiva videntur reposita esse.

Hermae

91. Rudis herma marmoreus Thebis inventus: R. Kekule *Die antiken Bildwerke im Theseion zu Athen*, Lips. 1869 nr. 311; G. Körte *Ath. Mitt.* III (1878) p. 409 nr. 192; v. Sybel *Katalog* p. 132 nr. 978. Desunt caput, lacertus et bracchium sin., res, quam manus sin. tenuit (falx, ut v. Sybel putat, bacillum, ut Kekule et Körte existimant), phallus, scapus extremus.

92. Herma aeneus, qui Compendii (Compiègne) asservatur: Reinach, Rép. stat. V 472, 4.

93. Herma aeneus venuste atque accurate factus Ostiae in domo pistoris inventus: G. Calza, Journ. of rom. stud. V (1915) p. 170 1 fig. 43. Not. Scavi 1915 p. 254 5 fig. 17 a; Reinach, Rép. stat. V 26, 4 et 57, 2. Fructus in nebride sinistro bracchio gestat; dextrum bracchium deest.

Ectypa

94. A description of the collection of ancient marbles in the British Museum I Lond. 1812 (imago sub titulo expressa); Baumeister *Denkmäler* II p. 1004; Smith, Catalogue of sculpture

III p. 232 nr. 2164; Reinach, Rép. rel. II 476, 3. In medio ectypo persona ingens Herculis est, ad sinistram herma Panis, ad dexteram herma Priapi adversus cum ara fructibus onusta.

95. Monumenta Matthaeiana III (Rom. 1778) tab. 46; Matz-v. Duhn II nr. 2756; Reinach, Rép. rel. III 294, 1; R. Billiard, La vigne dans l'antiquité, Lugd. 1913 p. 261 fig. 95. L'agriculture dans l'antiquité d'après les Géorgiques de Virgile, Paris. 1928 p. 235 fig. 23. In sarcophago puerili effictum. Amores in dextra parte vindemiam faciunt, in sinistra Priapo hircum sacrificaturi sunt. Cf. VIII G.

96. A. Gnirs *Öst. Jahresh.* XI (1908) Beiblatt col. 182 s. *Pola*, Vindob. 1915 p. 155/7 fig. 110. Ectypi sepulcralis ex lapide calcario marmoris simili facti fragmentum Polae inventum. Inter Sphingas herma Priapi adolescentis quasi ex calatho surgit. Cf. VI D 4.

97. Par cantharorum argenteorum Canetoni (in vico Villeret prope Berthouville) a Q. Domitio Tuto Mercurio Kanetonnessi dedicatum: A. Le Prevost, Mémoire sur la collection de vases antiques trouvée en mars 1830 à Berthouville, Caen 1832 (= Mém. de la Soc. des ant. de Normandie VII) tab. XIII et XIV (inde Reinach, Rép. rel. I p. 74 et 75); M. Chabouillet, Catalogue général et raisonné des camées et pierres gravées de la bibliothèque impériale, Par. 1858 nr. 2810 et 2809; E. Babelon, Le trésor d'argenterie de Berthouville, Paris. 1916 tab. XII. XIII B et XI. XIII A. Cantharum priore loco commemoratum habes etiam apud alios, velut apud E. Babelon, Le cabinet des antiques à la bibliothèque nationale, Paris. 1887/8 tab. XXXVIII p. 123 s., et P. Gusman, L'art décoratif de Rome II (Par. 1912) tab. 63.

a) Fani Bacchici duae partes, in quibus inter multa dona singuli hermae Priapi adulescentis et ternae personae numinum Bacchicorum conspiciuntur varie animis affectorum (Th. Schreiber *Abh. sächs. Ges. Wiss.* XIV (1894) p. 451 s. 459 n. 89): in altera parte sub taxo Priapus phallo ante oculos maenadis indignatae denudato risum Pani et Satyro adulescenti movet; in altera parte sub quercu alter Priapus (IV E, cf. p. 114) capite ad maenadem converso, quae post tergum eius est, ioco procaci Silenum irritat alteramque mulierem offendit.

b) In altera parte item inter dona personasque sub taxo Priapi imberbis herma (IV E, cf. p. 114) in humili basi constitutus

est; in altera parte hermae pars inferior deleta est, ut certo nomine appellari non possit.

98. Duorum argenteorum cantharorum Bacchicorum prope urbem Hildesheim inventorum alter (E. Pernice et F. Winter *Der Hildesheimer Silberfund*, Berol. 1901 tab. XIII et XIV p. 37 ss.; Reinach, Rép. rel. I p. 163) duos hermas Priapi imberbis habet in fano Bacchico inter personas constitutos: atque alter quidem (XIII b) inter malum fructibus onustam et quercum frondosam in humili basi stat, alter (XIV b) inter platanum pinumque, ipsas quoque frondentes.

Gemmae

99. Furtwängler *Ant. Gemmen* XLI 31. Baccha haedum bracchiis gestans hermae Priapi appropinquavit.

100. Gori, Museum Florentinum I tab. 73, 5. Reinach, Pierres gravées tab. 35. Priapi herma Veneri nudae adstat.

Picturae

101. Helbig nr. 70. Herma Priapi locis saxeis constitutus est, quae bestiae infestant.

102. O. Jahn *Ber. sächs. Ges. Wiss.* 1868 p. 179 nr. 23; F. Matz *SB Berl.* 1871 p. 463 nr. 15. Pictura et in codice Pighiano et in collectione Coburgensi exstat ad exemplum antiquum nunc deperditum facta.

E. Cf. p. 20.

Priapus utraque manu vestem ita allevat (sive removet), ut phallus detegatur; si qui sinus fit, fructibus vacuus est. Cf. IV A 2. C 2—5. 14. 16. 16 b. D 97 ab.

Dextra simul falcem tenet 29, sinistra ramum 47 (alter herma). Saepius altera manu sola vestem allevat sive removet (sinistra: A 2, cf. p. 97. C 14. 16. D 97 ab. E 23. 25. 30. 31. 40. 48; 34 pedo simul in bracchio reposito; dextra: C 16 b. E 6. 20. 33), ita, ut vestis etiam ipso phallo sustineri videatur; altera rem aliquam tenet vel phallum prehendit (C 16 b. E 33) sive expendit (34) vel gestum facit (D 97 a). Nonnumquam tamen utraque manu occupata phallus ita nudatur, ut vestis ipsius tumore suspensa utrimque defluat (A 2, cf. p. 97. E 19? 32. 37. 38. 44. 49); ter tamen veste paene totus tectus est (39. 40. 45). Semel vestis ab sinistro humero ita per tergum demittitur, ut partis adversae corporis

infima tantum involvantur (36; cf. M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) p. 29). Rursus vestimento leviter corpori iniecto paene nudus deus est (21. 31, etiam 46); tunica figurae 13 tam brevis est, ut phallum non attingat.

Iam vero series peculiaris est imaginum, quibus Priapus veste amictus effingitur (cf. IV C 6—12. 21—24), ita quidem plerumque, ut alterum bracchium pectori appositum (vel lateri iniectum: 69. 70, cf. C 8. 12) totum involvatur, alterum ad ilia descendat ipsum quoque totum vel paene totum tectum (plerumque sinistrum: C 6. 7. 9. 10. 21—23. E 53—54a. 57. 61. 66—71. 74—84. 89; dextrum tamen: C 11. E 55. 65). Atque illo quidem bracchio vestem sublevant figurae 53 atque imprimis 52[1], etiam C 12 (cf. 8); cf. etiam 61, cuius totum abdomen nudum est. Plerumque tamen hoc bracchium magis quietum est, cum altera manus vestem allevet sive removeat, ut phallus detegatur, qui ipse quo est tumore vestem ita sustentat, ut nonnumquam in neutra manu causa anasyrmatis videatur esse; raro modestius membrum non satis aperitur (68. 78. 84). Proprius figurae 56 (cf. etiam 66) habitus est hic: brevis vestimenti humeris iniecti lacinias manus lateribus innixae ita prehendunt, ut ipsae cum bracchiis velentur, pars adversa corporis (ut inferiora omnia) nuda relinquatur. Figurae 51 dextro bracchio involuto sinistro maenadis collo innixae vestis ita composita est, ut phallus non totus lateat (cf. etiam C 24). In compluribus imaginibus sinistra rem aliquam (phallum: 64) tenet (C 23. E 52? 62—65. 72. 73. 73a. 78. 85—88. 90).

Hic habitus, quo figurae alterius seriei insignes sunt, ab Hercule (cf. VIII P 3) sumptus esse mihi videtur, cuius hermae saepe iam ante aetatem hellenisticam hoc habitu fingebantur, cf. Furtwängler, Rosch. s. v. Herakles col. 2170. 2176; E. Pfuhl *Arch. Jahrb.* XX (1905) p. 78 fig. 15; Ruesch, Guida nr. 212 fig. 21; Perdrizet, Terres cuites Fouquet nr. 269 tab. LXXI; A. Ippel *Der Bronzefund von Galjûb*, Berol. 1922 p. 35; Arndt-Amelung nr. 2730; etc.

---

[1] Idem schema (sicut alia, quae Priapi propria sunt) Panisco attribuit auctor hermae, qui in vico Willemeau prope Tornacum inventus est et nunc in museo Bruxellensi asservatur: F. Cumont, Comment la Belgique fut romanisée p. 78s. fig. 51 (Ann. Soc. d'arch. de Bruxelles XXVIII (1914) p. 150s.); Reinach, Rép. stat. V 26, 5. Cf. p. 181.

Eodem habitu etiam alii dei effingebantur, imprimis Silenus, qui a Priapo non semper facile distinguitur. Sileni potius quam Priapi hermas figlinos esse iudico a Wintero *Typen* I 233, 11 (R. Kekulé *Die Terracotten von Sicilien* 1884 p. 35 fig. 79 = H. B. Walters, Catalogue of terracottas p. 304 nr. 31; W. Fröhner *Die griechischen Vasen und Terracotten der Großherzoglichen Kunsthalle zu Karlsruhe*, Heidelb. 1860 p. 73 nr. 345; G. Mendel, Catalogue des figurines grecques de terre cuite, Const. 1908 nr. 2511a) exhibitos; etiam virgini Tanagraeae in saxo sedenti non Priapus, sed Silenus adstat (W. Fröhner, Collection Camille Lecuyer, Terres cuites de Tanagra et d'Asie mineure, Par. 1883 nr. 128 tab. XIII; [A. Cartault,] Collection Camille Lecuyer, Terres cuites antiques trouvées en Grèce et en Asie-mineure, Par. 1882 tab. P 3, cf. etiam tab. A 5; L. Heuzey, Les figurines antiques de terre cuite du musée du Louvre, Par. 1883 tab. XXII 1; E. Pottier, Les statuettes de terre cuite dans l'antiquité, Par. 1890 p. 81,3 fig. 26; cf. praeterea Winter *Typen* II 109, 4).

Figurae

Figurae lapideae

1. Reinach, Rev. arch. 1929 I = Rép. stat. VI p. 16 nr. 5. Figura Avennica. Desunt caput et pedes.

2. [Conze] *Beschreibung der antiken Skulpturen* nr. 246; Reinach, Rép. stat. II 73, 8. Truncus marmoreus, qui Ephesi inventus esse dicitur. Desunt praeter alia superior pars corporis et pedes.

3. Figura ex alabastrita lapide facta, quae Dresdis in Albertino asservatur (ex collectione Siegliniana: 2600 A 49). Caput deest. Cf. nr. 11.

4. A. Gnirs *Öst. Jahresh.* XIV (1911) *Beiblatt* col. 25 s. nr. 3. Figurae parvae ex lapide calcario factae truncus Polae inventus.

5. Matz-v. Duhn nr. 844; P. Mingazzini, Arndt-Amelung ser. X col. 59. Hunc truncum marmoreum, qui in villa Borghese est, Hermaphroditi esse Matz et v. Duhn crediderant, Hermaphroditi aut fortasse *simplicis* Priapi Mingazzini, cf. etiam P. Herrmann, Rosch. s. v. Hermaphroditos col. 2340.

6. Matz-v. Duhn nr. 511. Figura rudi arte facta. Desunt caput, bracchium dextrum, pedes.

7. v. Sybel *Katalog* p. 125 nr. 885. Truncus figurae parvae.

8. Smith, Catalogue of sculpture III nr. 1723. Figura marmorea in Cyrenaica inventa, qua olim maior figura, scilicet Venus (nr. 1584?), videtur nisa fuisse.

9. v. Sybel *Katalog* nr. 2735. Megaris inventa. Venus Priapo nititur. Cf. nr. 2736.

10. E. Brizio, Giorn. degli Scavi N. S. I (1868) col. 188 n. 2 et 229 s. cum fig.; M. Della Corte, Ausonia X (1921) p. 87 nr. 2. Opus marmoreum Pompeis inventum in larario Epidii Rufi. Venus (Pompeiana) seminuda Priapi pueri figura nititur.

11. F. Cumont, Catalogue des sculptures et inscriptions antiques des musées royaux du Cinquantenaire[2], Brux. 1913 nr. 95. Opus ex alabastrita factum. Venerem Amor minutus circumvolat; astat in basi Priapi figura parva, cuius pars superior deest. Cf. nr. 3.

12. Venus armata marmorea, cuius dextro lateri Amor additus est, sinistra Priapum comitem habuisse videtur vestem allevantem, quem nunc Amoris specie refectum videmus: Smith, Catalogue of sculpture III nr. 1585.

13. Figura aenea: Gerhard-Panofka p. 468 nr. 19; Famin tab. XVI; Roux-Barré VIII 36, 1; Fiorelli, Racc. porn. nr. 64; Reinach, Rép. stat. II 62, 6.

14. Figura parva ossea: Fiorelli, Racc. porn. nr. 53. Desunt pedes et phallus.

15. CIL V 2803 (CLE 861) = Priap. 82 fuit *in ara quadrata, in cuius latere dextro manipulus spicarum est et uvae cum racemo suspensi funiculo ex anulo, cui arae impositum est in basi minore simulacrum Priapi sublata tunica genitalia ostendentis, scriptus titulus proponitur certe in codice Mutinensi Marcanovae, ubi adnotatur: ‚figura Priapi ex aere inaurato huic similis adinventa in fundamentis capellae S. Petri de urbe tempore papae Nicolai quinti est apud Ioannem Marchanovam artium et medicinae doctorem Patavinum‘*. Cf. VII B 2 f.

Ectypa

16. E. Maionica *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* IV (1880) p. 96 s. *Führer* p. 52 s. nr. 30. Ectypum in lapide calcario rudi arte caelatum apud Aquileiam inventum. Figura Priapi imberbis.

17. W. Kubitschek et E. Loewy *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* III (1879) p. 168 nr. 28. Ectypum ex lapide arenaceo factum, quod Zagrabiae in museo asservatur. Figura Priapi imberbis. Saltare deum iniuria putat Jessen col. 2987.

18. Ara votiva Aptae Iuliae inventa: A. Héron de Villefosse, Bull. soc. ant. de France 1890 p. 199. In latere dextro figura Priapi rudi arte exsculpta est, male servata; in latere sinistro et in parte adversa eadem figura minore mensura repetita est.

Ex titulo nihil superest nisi nominis terminatio et formula dedicationis: . . . *nus v s l m.* Eodem loco reliquiae aedificii et putei detectae sunt.

19. O. Jahn *Arch. Ztg.* 1858 col. 229ss. tab. 118, 2, inde Reinach, Rép. rel. II 11, 3. Ectypum in pyxide argentea caelatum, quae in museo Berolinensi asservatur. Ledae(?) cygnus vestem deripere studet; signum Priapi in columna Dorica adstat.

20. F. Courby, Les vases grecs à reliefs, Par. 1922 p. 465 nr. 12 fig. 101 (p. 460). Figura dextrorsum conversa in vasculo Pergameno expressa, quod in museo Louvre asservatur (nr. 3393). Cf. p. 19.

21. Forma vasculorum Arretinorum in fabrica Perenni manu Tigrani ornata: G. H. Chase, The Loeb Collection of Arretine pottery, New York 1908 tab. II p. 50ss. Satyri uvas apportant et calcant; astant herma Bacchi et duae figurae Priapi (ad idem exemplum formatae). Cf. p. 26.

22. L. Urlichs *Bonn. Jahrb.* III (1843) p. 145s. tab. VII/VIII D; Müller-Wieseler *Denkmäler* II nr. 274b; J. J. Bernoulli *Aphrodite.* Lips. 1873 p. 312 (et 132); R. Weißhäupl *Öst. Jahresh.* XIII (1910) p. 197. Lamella testudinea, quae pars fuit pyxidis, in sepulcro prope Coloniam Agrippinensem inventa; nunc Berolini exstat. Ad sinistram Veneris speculo se contemplantis delphinus cum gubernaculo est, ad dextram Priapus.

Cf. H. Düntzer *Bonn. Jahrb.* XLII 1867 p. 180ss. tab. VI 1 (Jessen col. 2988).

Nummi oppidi Nicopolis ad Istrum:

B. Pick *Die antiken Münzen von Dacien und Moesien,* Berol. 1898 p. 340.

23. Nummus aeneus Septimii Severi: Pick nr. 1380 tab. XVI 37; item nr. 1381. Priapi figura sinistrorsum versa. Cf. p. 97.

24. Nummus aeneus Iuliae Domnae: Pick nr. 1457 tab. XVI 35. Priapi figura adversa; a dextro eius latere spicarum acervus, a sinistro calathus fructuum plenus est.

25. Nummi aenei Elagabali: Pick nr. 2022 et 2023. Figura Priapi sinistrorsum versa. Cf. p. 97.

26. Nummus aeneus Marcianopolitarum sub Elagabalo percussus: Pick nr. 908 tab. XVI 36, cf. praef. p. 193. Priapi figura adversa.

Gemmae

27. Walters, Catalogue nr. 1652. Priapi figura dextrorsum versa.

28. F. C. de Jonge, Catalogue d'empreintes du cabinet des pierres gravées de Sa Majesté le roi des Pays-Bas, grand-duc de Luxembourg, Haag 1837 nr. 746; F. Henkel *Die römischen Fingerringe der Rheinlande*, Berol. 1913 nr. 1502 tab. LXXVI nr. 165 cf. p. 381. Priapi figura sinistrorsum conversa. De litteris aversae parti inscriptis cf. VIII G.

29. Furtwängler *Beschreibung* nr. 8472 tab. LX. Priapi figura sinistrorsum versa. Similis gemma Londinensis: Walters, Catalogue nr. 1653.

30. Müller, Description nr. 432; Fossing, Catalogue nr. 788 tab. X. Priapus sinistrorsum conversus dextra manu speculo sublato faciem contemplatur.

31. Furtwängler *Antike Gemmen* XXIV 60, cf. vol. III p. 292. Priapus humorem fecundantem ex alabastro flori infundit.

32. Gemma (scalptura ectypa) Vindobonensis: Eckhel, Choix des pierres gravées du cabinet impérial des antiques, Vindob. 1788 p. 54 s. tab. XXIII = Reinach, Pierres gravées tab. III nr. 23; C. O. Müller *Handbuch der Archäologie*[3] § 384, 5; J. Arneth *Die antiken Cameen des k. k. Münz- und Antiken-Cabinettes in Wien*, Vindob. 1849 tab. XIX 13; Th. Panofka *Dionysos und die Thyaden (Abh. d. Pr. Akad. d. Wiss.* 1852) p. 352 et 379 tab. III nr. 7; E. Gerhard *Ges. Akad. Abh.* II p. 208 n. 106; v. Sacken-Kenner p. 424 nr. 30; P. B. Mudie Cooke, Journ. rom. stud. III (1913) p. 160 fig. 26; Rizzo, Dionysos Mystes p. 37 ss. [73 ss.] fig. 18; D. Comparetti, Le nozze di Bacco ed Arianna, Flor. [1921] p. 25 ss. tab. I 5; M. Bieber *Arch. Jahrb.* XLIII (1928) p. 301 fig. 3; Curtius *Wandmalerei* p. 369 fig. 201. Bacchus feminae gremio reclinatus, quae aut Ariadna videtur esse (id quod nunc plerique credunt) aut Baccha quaevis (Semelam veteres interpretes quidam eam esse crediderunt, Rizzo p. 75 ss. aliique Proserpinam). Adstat Priapi herma sive figura (pars inferior non conspicitur) oenochoam dextra tenentis, sinistrum bracchium in latus iactantis; erraverunt, qui Bacchum eum nominaverunt (cf. Eckhel p. 55 n. 1), quamquam eius imago eidem argumento addita est in his nummis Smyrnaeis:

a) Domitiani: Barclay V. Head, Catalogue of the greek coins of Ionia, Lond. 1892, p. 251 nr. 138 tab. XXVI 11; Cooke l. c. fig. 27; Rizzo l. c. fig. 19 a; Bieber l. c. fig. 4; Curtius l. c. fig. 202.

b) Iuliae Domnae F. Streber *Abhdlg. Münch. Akad.* I (1835) p. 222 ss. tab. IV 3; Head p. 287 nr. 395; Rizzo fig. 19 b et c; Comparetti p. 26 s. tab. I 3.

Etiam in imagine media earum, quae in parietibus pictae telesterio domus ab Aurelio Item denominatae ornamento sunt, Priapi vel Bacchi signum olim fuisse Bieber l. c. suspicatur; at Priapum non in primo omnium harum imaginum exemplo fuisse, sed a gemmae illius sculptore in locum Bacchi substitutum esse verisimile videtur. *Ἀποτρόπαιον* dei phallici imaginem esse Comparetti existimat, sed omnino eius natura ad Bacchi amores bene quadrare artifici videbatur.

Picturae

33. Helbig nr. 1479; E. Brizio, Giorn. d. Scavi di Pompei, N. S. I tab. VI p. 187 ss.; O. Roßbach *Arch. Jahrb.* VIII (1893) 57 ss.; Reinach, Rép. peint. 190, 1; M. Della Corte, Iuventus, Arpini 1924 p. 90 ss. tab. I; cf. J. Jüthner *Klio* XIX (1925) p. 482; Herter *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) p. 170 n. 1.

Iuvenes Pompeiani nuptias Herculis et Iuventatis sacra caerimonia agunt ante templum Veneris Pompeianae, in quo signum huius deae conspicitur, cui ad sinistram adstat Amoris simulacrum parvum basi quadratae impositum, ad dextram Priapi simulacrum exiguum in basi quadrata humillima. Cf. VIII P 1.

34. A. Mau *Röm. Mitt.* XI (1896) p. 11; Ed. Fuchs *Geschichte der erotischen Kunst*, Berol. 1908 p. 139; F. Studniczka *Arch. Jahrb.* XXVI (1911) p. 139; H. Licht *Sittengeschichte Griechenlands, Ergänzungsband*, Turici 1928 tab. post p. 142. In vestibulo domus Vettiorum. Priapus pila (cui thyrsus appositus est) sinistro bracchio nixus manu sinistra vestem allevat, dextra phallum enormem marsupio expendit. Appositum est canistrum fructuum plenum. Cf. VI E 2 d.

35. Helbig nr. 505; H. Licht l. c. p. 25. In lupanari q. d. Pompeiano. Priapus phallo duplici instructus, cuius testiculos utraque manu tenet, sub ficu stat humili basi aureo colore pictae impositus.

36. Mus. Borb. XI 16; W. Zahn II 53; C. Boetticher *Der Baumkultus der Hellenen*, Berol. 1856 p. 64 s. 98. 150 fig. 22 et 41; O. Jahn *Ber. d. sächs. Ges. Wiss.* 1861 p. 323; Helbig nr. 775; imago lucis ope expressa a Sommero 6552; Reinach, Rép. peint. 89, 2; Herter *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) p. 170;

H. Licht l. c. p. 23; V. Spinazzola, Le arti decorative tab. 136; Curtius *Wandmalerei* p. 397ss. fig. 216. In luco Veneris sub myrto sacra Priapi simulacrum in basi quadrata super aram constitutum est inter signa Venerea, quae Amores in suos ludos convertunt. Jahn l. c. n. 123 confert Helbig nr. 770.

Hermae

Hermae marmorei

37. F. Wieseler *Philol.* XXVII (1868) p. 228s. nr. 158; H. Brising, Antik konst i Nationalmuseum, Stockh. 1911, tab. XXXIV nr. 44; Reinach, Rép. stat. V 26, 1. Ex Hadriani villa translatus. Attributa cum bracchiis scapique inferiora antiqua non sunt; phallus nunc deest. Cf. nr. 38.

38. [A. Conze] *Beschreibung* p. 108 nr. 248; Reinach, Rép. stat. II 525, 6. Herma eodem exemplo atque nr. 37 eisdemque partibus refectus; quem post antiquitatis tempora ex illo expressum esse Brising l. c. suspicatur.

39. Clarac 874 A, 2223 B; Gerhard-Panofka *Neapels antike Bildwerke* p. 40 nr. 115; Gerhard *Antike Bildwerke* p. 346 tab. CII 6; Reinach, Rép. stat. II 525, 5. Herculanei inventus. Ante Gerhardium comicum interpretati sunt. Cf. nr. 50.

40. Reinach, Rép. stat. IV 332, 8. Deli inventus. Bracchium dextrum deest.

41. F. v. Duhn *Athen. Mitt.* III (1878) p. 64; A. Furtwängler *Samml. Sabouroff* tab. XXXVII; [Conze] *Beschreibung* nr. 23; Reinach, Rép. stat. II 348, 1. Venus sandalium exuit herma Priapi nisa, qui loco saxoso columnae impositus est. Opus marmoreum ab artifice satis sollerti non p. Chr. n. factum, Aegii in Achaia inventum.

42. Opus mirabile ex lapide quem chalcedonium nominare solemus II. fere a. Chr. n. saeculo ab artifice Pergameno factum, quod in vico Kirmasti (Crémasté) haud procul Cyzico inventum Edm. de Rothschild Parisiis emit: E. Babelon, Gazette des Beaux-Arts 1899 I p. 360ss.; Reinach, Rép. stat. III 103, 8. Veneri crines comenti herma Priapi adstat minutus.

43. H. Heydemann *Die antiken Marmor-Bildwerke zu Athen*, Berol. 1874 nr. 724; v. Sybel *Katalog* p. 270 nr. 3738. Veneris lateri sinistro(?) astat in pila brevi herma Priapi, cuius caput deest.

44. Herma aeneus Herculanei repertus: Knight p. 19 tab. V fig. 1; Bronzi di Erc. II p. 375ss. tab. 93; Gerhard-Panofka p. 468 nr. 18; Famin tab. XV; Roux-Barré VIII tab. 39; Fiorelli, Racc. porn. nr. 63; Reinach, Rép. stat. II 74, 1; D. Comparetti, Le nozze di Bacco ed Arianna, Flor. [1921] p. 26s. tab. I 1.

Ectypa

45. Monumenta Matthaeiana vol. III (Romae 1778) tab. 47 fig. 1; Matz-v. Duhn nr. 2755; Reinach, Rép. rel. III 295, 3. Sarcophagus puerilis. Amores magnis crateris vini plenis non sine lusibus operam dant; adstat herma Priapi.

46. C. Robert *Die antiken Sarkophag-Reliefs* III 1 (Berol. 1897) tab. I p. 2ss. Compluribus imaginibus Actaeonis fabula illustratur; in partis adversae imagine sinistra, qua canes efficti sunt Actaeonem aggredientes, in saltu saxoso Priapi hermam videmus sub quercu in basi humili positum.

47. Ectypa, lecti q. d. Boethiaci ornamenta, prope Amiternum in sepulcro inventa I. p. Chr. n. saeculo adscribenda: A. Castellani, Bull. della comm. arch. mun. II (1874) p. 22ss. tab. II—IV; Helbig *Führer*[3] nr. 962; R. Billiard, La vigne dans l'antiquité, Lugd. 1913 p. 8s. fig. 7; H. Stuart Jones, The sculptures of the Palazzo dei Conservatori, Oxon. 1926 p. 175ss. nr. 11 tab. 62s.; Gisela M. A. Richter, Ancient furniture, Oxon. 1926 p. 131 fig. 311s.; W. Lamb, Greek and roman bronzes, Lond. 1929 p. 234s. tab. XCIII; G. Rodenwaldt *Arch. Jahrb.* XLV (1930) p. 166; A. Greifenhagen *Röm. Mitt.* XLV (1930) p. 144 nr. 23. In utroque ectypo inter Satyros (Bacchasque) vindemiam agentes Priapi herma post magnam cupam conspicitur; prope alterum hermam arbor vitifera est, ante alterum ara flagrans cum face accensa.

48. Balsamarium vitreum primis imperatorum temporibus factum in Etruria in sepulcro inventum, quod in museo Florentino (70811) asservatur: E. Caetani Lovatelli, Atti Acc. Lincei XIII (1884) p. 591ss. cum tab. Antichi Monumenti illustrati, Rom. 1889 p. 201ss. tab. XV; W. Amelung *Führer durch die Antiken in Florenz*, Mon. 1897 p. 240s. nr. 243 fig. 43; J. E. Harrison, Journ. hell. stud. XXIII (1903) p. 320; H. G. Pringsheim *Archäologische Beiträge zur Geschichte des eleusinischen Kults*, diss. Bonn. 1905 p. 34; G. Hock *Griechische Weihegebräuche*, diss. Monac. 1905 p. 131; A. Kisa *Das Glas im Altertume*, Lips. 1908 p. 585ss.

fig. 192 et 192 a (p. 390 s.); L. A. Milani, Il r. museo archeologico di Firenze, Flor. 1912 vol. I p. 209 s.; Rizzo, Dionysos Mystes p. 20 s. [56 s.] fig. 11; Reinach, Rép. rel. III 39, 1; A. D. Nock, Class. Rev. XXXVIII (1924) p. 109; F. Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum*[3], Lips. et Berol. 1931 p. 201 tab. VIII 2. Sacris Bacchicis aliquis (Bacchus ipse puer, ut Rizzo putat) initiatur: astat apud arborem in basi satis alta Priapi herma (fortasse figura), ante hunc in monopodio thymiaterium est, quo pinea crematur (quod num in honorem Priapi fiat, valde dubium est, cf. Cumont l. c.).

49. Herma marmoreus in imagine Pompeiana pictus: Helbig nr. 506.

50. Herma, quem Agostino Veneziano satis fideliter depinxit (inde expressit Rivius in editione Vitruvii Norimb. 1548): H. Thode *Die Antiken in den Stichen Marcantons, Agostino Venezianos und Marco Dentes*, Lips. 1881 p. 11 nr. 16 d; A. Meyer *Festschrift für Johannes Overbeck*, Lips. 1893 p. 131 (cf. etiam p. 133 n. 3). Thode comparat nr. 39.

Priapi veste amicti simulacra

Figurae

51. Priapi maenade nisi imago, cuius tria exempla marmorea exstant:

a) Berolini (Romae in colle Quirinali inventum): H. Dressel, Bull. dell'Inst. 1872 p. 222 ss.; [Conze] *Beschreibung* nr. 247. Priapus valde mutilatus est.

b) Athenis (ubi inventum est): Ph. Le Bas et W. H. Waddington, Voyage archéologique tab. 89, 2; v. Sybel *Katalog* nr. 418; Reinach, Rép. stat. II 64, 1.

c) In Britannia (Marbury Hall): Clarac 694, 1634; Michaelis, Ancient marbles p. 504 nr. 8. Multa resarta.

Priapum iam anno 1860 Michaelis bene agnoverat, cf. Conze l. c. Eodem auctore W. Klein *Vom antiken Rokoko*, Vindob. 1921 p. 81 s., archetypon I. a. Chr. n. saeculo Athenis factum esse iudicavit; cf. G. Lippold *Kopien und Umbildungen griechischer Statuen*, Monac. 1923 p. 175. De Bacchi figura Satyro sive Sileno aliisve nisi cf. Klein l. c. p. 77 ss.; A. Ippel *Der Bronzefund von Galjûb*, Berol. 1922 p. 32 ss.; Lippold l. c. p. 175 ss.; G. Seure, Rev. étud. anc. 1924 p. 39 s.

Cf. p. 22.

Figurae aeneae

52. Figura elegantissima 6, 6 cm. alta (sine basi rotunda), quae Alexandria huc translata esse dicitur; in museo academico Bonnensi asservatur (E 465). Manus sin. deest, crura defracta erant. **Tab. I.**

53. Monaci asservatur in museo, quod appellatur *Museum antiker Kleinkunst.*

54. G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925 tab. 20. Homo Americanus possidet.

54 a. Figura Vindobonensis (833) 13, 5 cm. alta, qua vas aliquod olim sustinebatur (in capite foramen est).

55. Amaury Duval, Monuments Denon (cf. D 21) tom. I; Reinach, Rev. arch. 1929 I = Rép. stat. VI p. 16 nr. 2.

56. C. H. Smith and C. A. Hutton, Catalogue of the antiquities in the collection of the late W. F. Cook, Lond. 1908 p. 109 nr. 30 tab. XXIX; Reinach, Rép. stat. IV 40, 5. Cf. p. 115.

Figurae figlinae

57. Winter *Typen* II 410, 5. Panticapaei inventa; Petropoli asservatur.

58. Winter *Typen* I 233, 12; G. Mendel, Musées impériaux ottomans, Catalogue des figurines grecques de terre cuite, Const. 1908 nr. 1847. Assi inventa (quo eam importatam esse Mendel suspicatur). Crura pedesque desunt; Winter eam inter hermas exhibet, sed femora inter se distincta sunt; cf. tamen V B 1 p. 171.

59. H. v. Rohden *Die Terracotten von Pompeji*, Stuttg. 1880 tab. XXXIX 3 (cf. Winter *Typen* ad I 233, 11). Pompeis inventa, asservatur in museo Neapolitano. Pedes desunt.

60. Winter *Typen* II 212, 3 (ubi exempla complura enumerantur). Veneri crines exprimenti astat Priapus.

61. Vasculum fictile, cuius ansa Priapi figuram praebet personae comicae impositi, in paeninsula Taman in sepulcro inventum, quod III. a. Chr. n. saeculi posteriori parti adscribitur: L. Stephani, Compte-rendu 1880 p. 21; K. Hadaczek *Der Ohrschmuck der Griechen und Etrusker*, Vindob. 1903 (*Abhandl. d. Arch.-epigr. Sem. Wien* XIV) p. 51 n. 3.

Gemmae

62. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7432 tab. 55.

63. H. B. Walters, Catalogue nr. 1654.

64. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7565 tab. 56. Priapus lunae dimidiatae insistit, sub qua Amor genibus nititur manibus post tergum vinctis.

Hermae

Hermae marmorei

65. H. Heydemann *Die antiken Marmor-Bildwerke zu Athen*, Berol. 1874 nr. 301; v. Sybel *Katalog* p. 75 nr. 410. Deest caput et phallus, qui insertus fuit.

66. Clarac 619, 1390 A; Catalogue de la collection de feu M. le comte de Pourtalès-Gorgier, Paris. 1865 nr. 117; E. Babelon, Gaz. des Beaux-Arts 1899 I p. 362. A sinistro latere Veneris crines componentis herma Priapi est.

67. Inauris aurea herma Priapi ornata Phanagoriae in sepulcro inventa aetate hellenistica facta: Antiquités du Bosphore Cimmérien, Petrop. 1854 tab. VII 22 (repetivit S. Reinach Paris. 1892); K. Hadaczek l. c. (nr. 61) p. 51; E. H. Minns, Scythians and Greeks, Cantabr. 1913 p. 396 fig. 290 nr. 22, cf. p. 398. Commemorantur duae inaures similes.

Hermae aenei

68. F. Ladek *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* XIV (1891) p. 43 nr. 4; Reinach, Rép. stat. III 22, 8. Brigetione ad Danuvium in Pannonia inventus. Supellectilis fuit ornamentum.

69. K. Schumacher *Beschreibung der Sammlung antiker Bronzen*, Caroliruhae 1890 nr. 986.

70. Haug et Sixt *Die römischen Inschriften und Bildwerke Württembergs* [2], Stuttg. 1914 p. 294 s. nr. 181. In oppido Metzingen inventus. **Tab. IV.**

71. R. Gaedechens *Die Antiken des Fürstlich Waldeckischen Museums zu Arolsen* 1862 p. 75 nr. 178.

72. Bronzi di Ercolano II tab. 91 p. 363; Gerhard-Panofka p. 470 nr. 22; Roux-Barré VIII tab. 41; Fiorelli, Racc. porn. nr. 55; Reinach, Rép. stat. II 525, 3. Herculanei inventus.

73. D'Orbessan, Variétés littéraires 1769 II p. 28 (non vidi); Reinach, Rép. stat. IV 332, 10.

73 a. Herma Elusae inventus, cf. VII C 5.

74. Archives des missions scientifiques et littéraires 1885 II tab. V 1 (non vidi); Reinach, Rép. stat. II 349, 2; Minto

p. 213. Opus aeneum. Venus Priapi herma columnae imposito nititur; ad pedes deae Amor minutus est.

Hermae figlini

75. Winter *Typen* I 233, 10. Asservatur in museo Louvre. Myrinae inventus.

76. Winter *Typen* I 233, 13. Smyrnae emptus, exstat in antiquario Berolinensi (nr. 5127). Winter confert hermam Vindobonensem (*Antikenkabinett* 187), quem in Asia inventum esse verisimile est. (De herma Constantinopolitano cf. p 116.)

77. H. B. Walters, Catalogue of the terracottas in the British Museum, Lond. 1903 p. 373 nr. D 453. Tarenti inventus.

78. A. Laumonier, Catalogue de terres cuites du musée archéologique de Madrid, Burdigalae et Paris. 1921 nr. 841 tab. XCIX 1. Deest caput et pars inferior.

79. Winter *Typen* II 99, 2. Opus figlinum Italicum, quod in antiquario Berolinensi asservatur. Venus Priapi herma nititur.

80. L. Stephani, Compte-rendu 1880 p. 115 s. tab. V 6. Opus figlinum Panticapaei emptum. Venus herma Priapi nititur.

81. W. Froehner, Terres cuites d'Asie mineure, Paris. 1881 p. 33 s. tab. 13; *Catalog der Sammlung C. A. Milani*, Francof. ad M. 1883 p. 97 nr. 296 cum tabula. Bacchus laeva sublata uvam, dextra demissa cantharum tenet, propter eum Priapi herma est. Quatenus hoc opus genuinum sit, dubitat Winter *Typen* II p. 368 not. Figuram simillimam Priapi eadem forma factam, seiunctam tamen a Baccho in collectione Iuliani Gréau fuisse Froehner dicit, cf. Collection J. Gréau, Catalogue des terres cuites grecques, Par. 1891 p. 168 nr. 727.

Ectypa

82. Th. Schreiber *Die antiken Bildwerke der Villa Ludovisi in Rom*, Lips. 1880 nr. 144 (p. 162). Pars adversa sarcophagi marmorei. Triumpho incedunt Bacchus curru ab elephantis vectus thiasusque maenadum satyrorumque. Adstat Priapi herma in columna serto ornata.

83. Matz-v. Duhn nr. 2263. Pars adversa sarcophagi marmorei Romae inventi (Vigna Casali). Ad Ariadnam sub quercu dormientem Bacchus thiaso comitatus accedit; post quercum

Priapo ad aram stanti vase fructuum pleno iam posito satyrus hircum sacrificaturus est; sequuntur maenas tibiis canens satyrusque dextra facem, sinistra lancem fructuum plenam gerens.

83 a. Galleria Giustiniana del Marchese Vincenzo Giustiniani vol. II Genuae circ. 1760 tab. 122; Matz-v. Duhn nr. 2275. Bacchi ex India redeuntis triumphus. Ad dextr. puero, ut videtur, tibiis canente mulier ad aram Priapo(?) columnae imposito sacrificat. Gallus, quem illa manu dextra tenet, tempore recentiore suffectus est.

84. Thecae speculorum aeneorum Etruscae, quas Tarquiniis inventas esse constat (nihil tamen de origine thecae e traditur): H. v. Rohden, Ann. dell'Inst. 1884 p. 30 ss.; H. Heydemann *10. Hall. Winckelmannsprogr.* 1885 p. 28 cf. p. 54; L. A. Milani *Röm. Mitt.* V (1890) p. 92 ss.; D. Heubach *Das Kind in der griechischen Kunst*, diss. Heid. 1903 p. 64. Nota autem sunt haec exempla:

a) Ex. quod A. Castellani possidebat: v. Rohden l. c. tab. F.

b) Ex. quod in museo Florentino asservatur: Milani l. c. tab. IV; W. Amelung *Führer durch die Antiken in Florenz*, Mon. 1897 nr. 257 p. 261 ss.; Milani, Il r. museo arch. di Firenze, Flor. 1912 vol. I p. 143 nr. 70815.

c) Ex. quod in museo Britannico est: H. B. Walters, Catal. of the bronzes, Lond. 1899 nr. 737.

d) Ex. quod homines privati Tarquiniis effoderunt: Not. degli scavi 1876 p. 6.

e) Ex. quod Senae Iuliae est.

Iuvenis divinus amabiliter colloquitur cum dea, quae infantem gremio tenet ingens cornucopiae amplexantem (Mercurium nymphamque Nysaeam cum Baccho infante plerique interpretabantur, primus R. Schöne, Bull. dell'Inst. 1866 p. 215 s.; Bacchum deae Pacis amatorem cum Pluto infante maluit Milani Eur. Bacch. 416 ss. nisus, cf. Amelung). Adstat post tergum dei herma Priapi, quem Wilamowitz, Bull. dell'Inst. 1873 p. 10, primus agnovit (deest in theca Philippopoli inventa: Bull. de l'Inst. arch. bulg. I (1921/2) p. 45 s. fig. 30). Quem hermam etiam in exemplari hellenistico (III. saeculo, ut Amelung putat, facto) fuisse, quamvis in ectypo figlino ad idem exemplar caelato canis vicem eius expleret, recte v. Rohden p. 42 statuit.

Gemmae

85. Tres gemmae Florentinae: Gori, Museum Florentinum I tab. 95, 1—3 = Reinach, Pierres gravées tab. 45; O. Jahn *Arch. Ztg.* 1858 col. 232.

86. F. Fiedler *Antike erotische Bildwerke in Houbens röm. Antiquarium*, Castr. Vet. 1839 p. 26 tab. III 3, hinc S. Seligmann *Der böse Blick* II (Berol. 1910) p. 235 fig. 182. Prope Castra Vetera inventa.

87. C. H. Smith and C. A. Hutton, Catalogue of the antiquities in the collection of the late W. F. Cook, Lond. 1908 p. 32 nr. 135 tab. VI.

88. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2968 tab. 25.

89. H. B. Walters, Catalogue nr. 1655.

90. Pictura: Pitt. d'Erc. IV 45/7 p. 213ss.; Mus. Borb. VIII 18; Ternite 1. sect. II 5 p. 9s.; Roux-Barré I tab. 38. VIII tab. 29; Helbig nr. 569; Reinach, Rép. peint. 119, 6. Priapi herma inter sacra Bacchica (cf. Rostovtzeff, Mystic Italy p. 42. 165) colitur.

F. Cf. p. 20.

Vestis phallum velat, sed tumore eius altius consurgit (latet tamen 9). Plerumque ad pedes defluit, sed figura 1 utraque manu eam allevare coepit atque etiam 3 et 4 sinistra manu eodem consilio eam prehendere videntur. Ter stolam deus sinistra (6) sive utraque (2. 7) manu ita collegit, ut fructus sinu gerat (habitu figurarum sub D enumeratarum); figurae vero 4 phallus in ipsa tunica amplum efficit spatium, quo fructuum copia contineatur. Cf. figuras, quarum phallus sacra caerimonia velatur (III B 3γ; IV D 65) vel fructibus impendentibus tegitur (IV D p. 104), etiam figuram Aegyptiacam, quam p. 101 n. 2 commemoravi, et imaginem columbarii villae Pamfili VIII P 6.

De Hermaphroditi quodam signo singulari ad exemplum harum Priapi imaginum facto cf. VIII F not.

1. Figura marmorea, quae in Britannia asservatur (Newby Hall): Clarac 710 B, 1729 A; Michaelis, Ancient marbles p. 523 s. nr. 2 Caput alienum est; bracchia lacertique et crura antiqua non sunt. Errore Clarac Fauniscam, Dallaway et Matz Satyrum putaverunt, de Priapo iam Winckelmann cogitavit (dubitat Jessen col. 2987).

2. *Muliebre marmoreum signum, antiqui operis, sub cuius tunica nescio quid eiusdem argumenti* (sc. phallus occultam gignendi vim

significans) *videtur latitare*, quod fuit Patavii *in Benavidiorum Musaeo*: Laurentius Pignorius, Mensa Isiaca, Amst. 1669 p. 24. Imago p. 25 expressa fide digna non est, cf. Michaelis p. 89 n. 28; infra p. 182 n. 1.

3. Opus marmoreum: Le Plat, Recueil des marbres antiques qui se trouvent dans la galerie de Dresde 1733 tab. 46; W. G. Becker *Augusteum*, tom. II (Dresd. 1808) p. 60 ss. tab. 66; Clarac 734, 1774; Müller-Wieseler *Denkmäler* II nr. 264 p. 139 s.; H. Hettner *Die Bildwerke der Kgl. Antikensammlung zu Dresden*[1] 1881 p. 55 s. nr. 13; Bernoulli *Aphrodite* p. 129 nr. 7. p. 132 s.; P. Herrmann *Verzeichnis der antiken Originalbildwerke der staatlichen Skulpturensammlung zu Dresden*[2] 1925 p. 64 nr. 244. Venus remissius Priapo nititur. Mamma dextra Veneris pedesque refecti; desunt bracchia et caput, nam id caput quod olim impositum fuit (Herrmann p. 71 nr. 287) ab hoc opere alienum esse Hettner (cf. Becker) intellexit. Matronam Romanam Le Plat aliique errore interpretati erant (etiam Welcker *Alte Denkmäler* I p. 395). Alexandri temporibus sive III. saeculo ineunte hoc opus factum esse Herrmann suspicatur. **Tab. II et III.**

4. A. Hekler, Arch. Értesitö XLIV (1930) p. 107 ss. 284 fig. 80/1. Figura pulchra aenea in oppido Smederevo (Semendria) in Moesia superiore inventa, quam editor aetate Augustea confectam esse suspicatur.

5. Opus aeneum Durocortori in Remis inventum: E. Guillaume, Mém. Soc. ant. de France XXXIX (1878) p. 105 ss. tab. II; H. Heydemann *Pariser Antiken*, Hal. 1887 (*12. Hall. Winckelmannsprogr.*) p. 70 nr. 15; Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes nr. 251; E. Babelon, Gaz. d. beaux-arts 1899 I p. 362; Reinach, Rép. stat. II 378, 1; H. Licht *Sittengeschichte Griechenlands, Die griechische Gesellschaft*, Dresd. et Tur. 1925 p. 231. Priapi et Amoris figurae parvae cum Venere multo maiore coniunctae.

6. Ara Tarquiniensis: cf. III B 3 d.

Picturae

7. Mus. Borb. X 25; Helbig 377; Reinach, Rép. peint. 105, 4; Herter *Kallimachos und Homer*, Bonnae 1929 p. 25 [Xenia Bonnensia p. 70]. Bacchus infans a Sileno sublevatus manus ad uvam pueriliter tendit, quam ei Baccha porrigit; adstat in pila taeniis viridibus ornata Priapi signum breve, quod Quaranta bene agnovit.

8. Gerhard-Panofka p. 433 nr. 31; Helbig 1445; Ruesch, Guida p. 389 nr. 1806. Signum aeneum dei alicuius barbati longa veste induti, harundinem sinistra tenentis, fortasse Priapi, adstat adulescentium mulierumque convivio.

9. Raoul-Rochette, Choix de peintures de Pompéi, Par. 1844 tab. 10; E. Gerhard-Th. Panofka *Arch. Ztg.* 1843 col. 84 ss. tab. V 1; Zahn II 13; Helbig 1369; L. Couve, Dar.-Saglio s. v. Hermaphroditus p. 136 et 138 fig. 3822; E. Saglio ibd. s. v. manica p. 1577 fig. 4810; Reinach, Rép. peint. 98, 1. Hermaphroditus a duabus puellis iuvante Amore minuto ornatur, dum Priapus speculum ei praebet. Deum Lampsacenum agnovit Furtwängler *Samml. Sabouroff* ad tab. 127 n. 3 (cf. Jahn *Ber.* p. 240 n. 84; Jessen col. 2986 s. *PW* s. v. Hermaphroditos col. 720); Aphroditum Panofka nominaverat, cf. Helbig l. c.

Hoc loco commemorare liceat figuras figlinas senis cuiusdam et vestitus genere et corporis obesitate mollitiaque Priapi haud ita dissimilis (Winter *Typen* II 399, 1), quem cum L. Heuzey, Les figurines antiques de terre cuite du musée du Louvre, Par. 1883, tab. 39, 4, *un proche parent du dieu de Lampsaque* dixisset, Furtwängler *Sammlung Sabouroff* tab. 127 Priapum esse exposuit, quamquam phallico signo eum carere atque gestum eius theatro aptum esse bene intellexit. Ergo sive precari eum putabimus manibus ad caelum sublatis sive lyra canere (ut Winter suspicatur), Silenum nominare praestabit, cuius figuras satis similes Winter in eadem pagina composuit. Inter phallophoros similesve actores Bacchicos H. Reich *Der Mimus* I (Berol. 1903) p. 276 ss. n. 2, vix recte eum numeravit. Cf. etiam V D 3. E 2. Sileni etiam ii *Priapi* sunt, quos L. Stephani, Compte-rendu 1861 p. 31 s., in duobus vasculis pictos esse credidit, cf. De dis Atticis p. 18.

G. Priapus cum Amoribus coniunctus.

Cf. p. 20. VIII P 1.

Utraque manu veste allevata deus sinum efficit (plerumque phallo insuper sustentatum) fructibus aut plenum (1—3, cf. D) aut vacuum (4—8, cf. E); figurarum vero 9—13 phallus sub tunica ascendit (cf. F), ita ut manus aut res aliquas teneant (10) aut stolae sinu (cum corbe: 11) fructus habeant (9. 11. 12; 13 dextra sola conspicitur).

Amores numero solent quattuor esse, non semper omnes servati (1. 2. 5. 6. 10. 11); potest enim in his monumentis numerus suppleri, sed fortasse non semper plenus fuit: unum certe puerum habent figurae 3. 12. 13 aut gremio insidentem (3) aut humi adstantem (12. 13). In ceteris monumentis Amores aut in gremio sunt — sive omnes (7. 8) sive tres (5. 6) sive duo (4. 9. 11) sive unus (2) — aut ad pedes dei versantur (1. 2 [cum duobus animalibus, cf. VII F 4 f]. 4. 9) aut per membra enituntur (10) sive humeris insident (1. 10). Atque qui humi sunt filis membrum Priapi agitant (1, alter genibus nixus in dorso pantherae) aut vestem sustinent (2. 4) sive allevant (9. 12. 13) curiositate puerili phallum suspicientes; qui autem in gremio sunt, aut ad aspectum tam mirabilem oculos demittunt (4. 5. 7. 8) aut manus ad os dei tendunt barbamque vellunt (3. 5. 7. 8. 9) aut fructus prehendunt (2. 9).

1. Figura iconica e lapide calcario facta anno 1839 prope Aquas Sextias inventa: Clarac 734 B, 1775 (E. Rouard, Inscriptions en vers du musée d'Aix etc., Aquis Sext. 1839 p. 38 ss. = Clarac vol. IV p. 288 ss.); Jahn *BJ* tab. III 3 p. 58 s.; H. Gibert, Le musée d'Aix, pars I Aquis Sext. 1882 p. 162 s. nr. 213; Joubin, Arndt-Amelung V col. 80 nr. 213. Caput deest multaeque aliae partes. Cf. VII G 4 b. VIII P 1.

2. Figura ingens ex lapide arenaceo facta prope Barcinonem inventa: E. Hübner, Bull. dell'Inst. 1860 p. 155 s. *Die antiken Bildwerke in Madrid*, nr. 666; Jessen col. 2984; E. Albertini, Sculptures antiques du Conventus Tarraconensis (Institut d'estudis Catalans, Anuari IV (1911/2) p. 412 s.) nr. 154 fig. 174; Reinach, Rép. stat. V 26, 3. Desunt superiora corporis. Cf. VII F 4 f.

3. Figura parva aenea archaistica magna cum diligentia facta, quam fratres Feuardent emerunt (*Kunstchronik* XXXIII (1923) p. 287 s.): Collection Ch. Haviland, Objets d'art antiques, Par. 1922 nr. 153 tab. XI; Reinach, Rép. stat. V 27, 6. Phallus defractus. Iniuria IV. a. Chr. n. saeculo hanc figuram factam esse scriptor catalogi opinatus est; revera Romanorum aetate artifex sculptorum rationem V. fere, non IV. saeculi imitatus est, cf. G. Lemaire, Revue de l'art ancien et moderne XLII (1922) 2 p. 270 ss.; huius libri p. 22.

4. Figura marmorea: Antiquarum statuarum urbis Romae icones, typ. Laur. Vaccarii 1584 tab. IV = typ. Gothofr. de Scaichis 1621 tab. LXVI, inde Jahn *BJ* p. 57 s. tab. III 1; Reinach, Rép. stat. II 73, 5.

5. Truncus figurae parvae marmoreae Romae emptus: Jahn *BJ* p. 58 tab. III 2, inde Reinach, Rép. stat. II 74, 9; [Conze] *Beschreibung der antiken Skulpturen* nr. 245, inde Reinach II 74, 8.

6. Figura marmorea valde mutilata, quae in museo Taurinensi asservatur: H. Dütschke *Antike Bildwerke in Oberitalien* IV (Lips. 1880) p. 47 nr. 70.

7. Figura parva aenea pulcra et bene salva, quae Pompeis inventa esse dicebatur et olim a Ramsay generali possidebatur: Bull. dell'Inst. 1845 p. 52; Jahn *BJ* p. 56 s. Figuram simillimam (an eandem?) anno 1897 Sir Ch. Robinson possidebat: Reinach, Rép. stat. II 782, 5.

8. G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925 tab. XVIII. Figura simillima (an eadem?) atque nr. 7: possidet homo privatus Americanus.

9. Figura marmorea satis bono opere facta: E. Frh. v. Sacken *Die antiken Sculpturen des K. K. Münz- und Antiken-Cabinetes in Wien*, Vindob. 1873 p. 27 s. tab. XI fig. 1. Partes quaedam refectae, caput defractum erat; olim alienum caput imposuerant (Clarac 734, 1772, inde Jahn *BJ* p. 60 s. tab. III 4; A. Conze *Heroen- und Göttergestalten der griechischen Kunst* II Vindob. 1875 tab. LXXVII fig. 2; Baumeister *Denkmäler* II p. 1408 fig. 1563; Jessen col. 2985 fig. 3; Cumont p. 646 fig. 5798). Haec autem figura fortasse eadem est, quae olim Romae *in musaeo Garimberti* fuit (J. Bapt. de Cavalleriis, Antiquarum statuarum urbis Romae lib. III IV 1594 tab. VI, inde Reinach, Rép. stat. II 74, 10, cf. Jahn p. 60 n. 43); eadem certe in codice Pighiano (Jahn *Ber. Leipz.* 1868 p. 173 nr. 5) et in collectione Coburgensi (Matz *SB Berl.* 1871 p. 461 nr. 1) una eademque manu (Matz p. 450) depicta videtur. Eiusdem generis figura olim Velitris fuit: Mescolanze raccolte da G. Bern. Tomitano, tom. IV tab. (sine numero), cf. Cumont p. 646 n. 21.

10. Figura marmorea paene iconica Romae inventa, quae in antiquario asservatur: L. Mariani, Bull. della comm. arch. comunale di Roma XXX (1902) p. 12 ss. tab. III et fig. 2; Brunn-Bruckmann tab. 659; Reinach, Rép. stat. III 232, 2; Helbig *Führer*[3] 1 nr. 1023; H. Bulle *Abh. Bayer. Akad.* XXX 2 (1918) p. 24 s. fig. 46. Desunt cum alia tum caput. Bacchum nominare Wolters (apud Bulle) mavult (cf. V C 5). Aetate hellenistica extrema hoc opus factum esse Bulle exponit. Cf. p. 22.

11. Figura lapidea Narbone inventa, quae ibidem in museo asservatur: Espérandieu, Recueil IX nr. 6881; Reinach, Rev. arch. 1929 I = Rép. stat. VI p. 16 nr. 4. Caput et pedes desunt.

12. Ectypum manu rudi e lapide molli factum Vesontione inventum, quod ibi in museo asservatur: A. Vaissier, Mém. de l'Acad. de Besançon VII (1904) p. 131; Espérandieu, Recueil VII nr. 5278 (cf. vol. X p. 3).

13. Pictura Pompeis in domo M. Lucretii detecta: Jahn *Ber.* p. 215 ss. *BJ* p. 61 s.; Michaelis *Arch. Jahrb.* XII (1897) p. 51 n. 2; Helbig nr. 1140; Ruesch, Guida nr. 1319; Herrmann-Bruckmann tab. 59 s. et tab. color. III; Pfuhl *Malerei* §§ 903 s. cum tab. 664 (cf. A. Rumpf *Gnomon* I (1925) p. 338); H. Diepolder *Röm. Mitt.* XLI (1926) p. 48 s.; F. Wirth, ibd. XLII (1927) p. 24 s. 32 ss. tab. adi. V; Rizzo, Pittura ellenistico-rom. tab. LXXIII s. Omphala comitatusque eius Herculem spectant ebrium effeminatumque Priapi humero innitentem. Cf. p. 22. III E 4.

H. Priapus nudus.

Cf. p. 20, praeterea imprimis V A 1. B 1.

Vestimentum aliquod (nebris: 108) bracchio iniectum est 2 a. 38. 65. 108, vasculo apposito 1. Nebride deus amictus est 71. 105.

Minutae Priapi imagines utrum inter figuras an inter hermas enumerandae sint, non semper certo dignosci potest.

Hermarum diversa sunt genera. Inveniuntur qui nativam lignorum formam asperam haud dissimulent (53. 92. 188? 198). Quidam paulo magis edolati sunt, nihil tamen nisi caput phallumque habent expressum; sunt autem vel tereti quadam forma (59. 82. 84. 85? 86? 200?) vel planiores, ita tamen ut paulatim in artius cogantur (61. 62. 73. 78. 98. 99. 182. 189. 197, cf. etiam 51. 52): horum solent bracchiorum initia quaedam apparere, quae Graeci χεῖρας dicunt. Magnus autem numerus est, quorum corporis truncus magis expressus videatur (55. 58. 59 a. 60. 61. 61 a. 63. 64. 66—70. 75—77. 79. 81. 87—91 etc., cf. etiam IV A 2 c. E 46). Denique bracchia tota sunt efficta, cuius generis omnes fere sunt hermae undique exsculpti, haud pauci in ectypis et picturis (59. 65. 71. 72. 74. 80. 83. 100 etc.; rudissima imago 22 a).

In gemmis hermarum genus saepe vix dignosci potest. Simulacra in aediculis non semper satis expressa sunt, ut incertum sit, cuius dei illae sacrae videantur, velut IV H 174. Cf. VII B 2 p.

Ceterum etiam ad Mercurii similitudinem Priapi simulacra *quadrato statu figurata esse solo capite insignita et virilibus erectis* (Macrob. sat. I 19, 14) consentaneum est (cf. V B 1 p. 171). Sed cum inter nudos huius generis hermas plurimi facile Priapi nomini addicantur, certa ratione paene nulli ei tribui possint, omittere quos collegi nunc satius duco.[1] Adiunxi tamen, ne hoc genus plane deesset, duo exempla in imaginibus 202 et 203 expressa, quae propter argumentum certius ad Priapum referri possunt; quorum hermarum alter ex ligno, alter ex saxo videtur factus esse.

Figurae

1. Figura marmorea, ex cuius phallo aqua emittebatur, in domo Vettiorum inventa: A. Mau *Röm. Mitt.* XI (1896) p. 39 nr. X; H. Licht *Sittengeschichte Griechenlands, Ergänzungsband*, Tur. 1928 tab. post p. 234; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 270 s. Dextrum bracchium deest. Adstat vas, in quo vestis reposita est.

2. Figura parva marmorea: Clarac 804 B, 2013 D; Ruesch [L. Mariani], Guida nr. 1936. Priapus arbore nixus. Bracchium lacertusque dexter, bracchium sinistrum, crura non antiqua; membrum virile modica mensura refectum. Olim Herculis figuram putabant (recte Jahn *Ber.* p. 239 n. 83; Furtwängler *Samml. Sabouroff* ad tab. 127 n. 3).

2 a. Figura marmorea: Monumenta Matthaeiana vol. I Romae 1779 tab. 42; Clarac 738, 1776; Jahn *Ber.* p. 241 n. 88. Recentioribus temporibus videtur refecta esse (phallo non erecto): propter capitis tegumentum Priapo eam assignandam esse Jahn suspicatus est.

Figurae aeneae

3. G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925 tab. 18. Homo Americanus possidet. Pedes desunt.

[1] Etiam ab iis abstinui, quos Jessen col. 2988 Priapi nomine appellat cum Venere (et Amore) coniunctos (Stephani, Compte-rendu 1870 tab. III 5. 1873 tab. I 1. 1877 tab. V 7; Friederichs *Kleinere Kunst* nr. 1928). Incertissimus herma (Sileni?) Tyrae inventus (P. Nicorescu, Ephem. Dacoromana II (1924) p. 392 s. fig. 7; Reinach, Rev. arch. 1929 I = Rép. stat. VI p. 15 nr. 7). In nummis Lesbiacis V. sive IV. saec. percussis (Warwick Wroth, Catalogue of the greek coins of Troas, Aeolis, and Lesbos, Lond. 1894 p. 161 nr. 58, cf. Jessen col. 2972. 2977. 2981. 2988) duorum hermarum barbatorum inter se oppositorum alterum phallo instructum Priapum, alterum phallo carentem Bacchum vocare solent; equidem magnopere dubito.

3 a. L. J. F. Janssen *Bonn. Jahrb.* XLIII (1867) p. 85 nr. 2. Inventa prope vicum Wieuwerd in Frisia Batavorum inter thesaurum aetate Merovingiorum defossum. Bracchium sin. deerat. Lugduni Bat. figura non est.

4. [A. Joubin], Musée impérial ottoman, Bronzes et bijoux. Catalogue sommaire, Const. 1898 p. 12 nr. 48. Ansae ornamentum. Pes sin. fractus.

5. Michaelis, Ancient marbles p. 660 (Stanmore Hill) nr. 8. Pars inferior corporis non iam integra est.

6. Reinach, Rép. stat. V 472, 3. Compendii (Compiègne) asservatur.

7. Delgado, Catálogo del Museo arqueológico nacional I. Matr. 1883 nr. 2916. Dextra manus deest.

8. Delgado nr. 2915. Male facta. Priapus lychnuchus.[1]

9. L. Müller, Description p. 162 nr. 48.

10. G. Körte *Arch. Ztg.* XXXVII (1879) p. 104: S. Eitrem, Christ. Vid.-Selsk. Forhandlinger 1910, 4 p. 4 n. 1. Prope Volsinios in Tiberi inventa esse dicitur; asservatur in antiquario Berolinensi.

11. K. Schumacher *Beschreibung der Sammlung antiker Bronzen. Karlsruhe* 1890 p. 180s. nr. 942.

12. Friederichs *Kleinere Kunst* p. 480 nr. 2209. Ansae fortasse ornamentum fuit.

13. Friederichs l. c. nr. 2210. Figura exigua paene gemella.

14. L. Müller, Description p. 158s. nr. 13.

15. Reinach, Rép. stat. IV 40, 2. Figura Sangermanensis in eo monte inventa, qui nunc Côte d'or dicitur.

16. Reinach, Rép. stat. IV 40, 1; J. Sautel, Vaison dans l'antiquité II Avenn. 1926 p. 273 nr. 736. Figura prope Vasionem Vocontiorum inventa male servata.

17. Catalogue du Musée Fol I (Genavae 1874) p. 270s. nr. 1247; W. Deonna *Anzeiger f. schweiz. Altertumskunde N. S.* X VIII(1916) p. 41 nr. 165 (imago p. 40). Pedes laesi. Similem figuram Reinach, Rép. stat. IV 356, 5, exhibet.

18. Caylus, Recueil d'antiquités VII (Par. 1767) p. 124s. tab. XIII 3. 4. Ansae ornamentum. Pedes desunt.

19. W. Deonna *Anzeiger f. schweiz. Altertumskunde* XV (1913) p. 185 nr. 43 (imago p. 184).

[1] Hermam aeneum dei imberbis auribus in acutum desinentibus insignis, quem Delgado nr. 2914 describit, Satyro potius quam Priapo assignaverim.

20. Opus figlinum barbara arte confectum in Chersoneso Taurica inventum: Venus nuda in concha crines exprimit sive componit; adstant Amoris (ad sin.) et Priapi (ad dextr.) figurae exiguae: L. Stephani, Compte-rendu 1870/1 p. 174 ss. (cf. p. 83 nr. 56. p. 103 et 139) tab. III 6; Winter *Typen* II 203, 7.

21. Crater marmoreus Chigianus apud vicum Porcigliano inventus: G. A. Guattani, Monumenti antichi inediti I, Romae 1784 p. XXV s. tab. II et III cum verbis Enni Quirini Visconti = Opere varie I, Mediol. 1827 p. 119 ss. tab. VIII; G. Zoega *Abhandlungen*, Gott. 1817 p. 52. 88 tab. V 13 et 14, cum disputatione F. G. Welckeri p. 385 ss.; O. Jahn *Arch. Beiträge* p. 149 ss.; Matz-v. Duhn 3687; Baumeister *Denkmäler* II p. 1425 fig. 1575; B. Nogara, Ausonia II (1907) p. 269 ss. fig. 3 A—5; Reinach, Rép. rel. III 219, 1. In altera parte Amor Psychen, quae papilionis figura repraesentatur, non sine ipsius dolore aversus igni cruciat adstantibus Nemesi et Spe. In altera parte duae mulieres sive deae apud columnam Ionicam (post lavationem?) sese ornantes a Satyro (sive Pane) occupantur, quam rem a sinistra Priapus intuetur arboris florentis ramo detruncato impositus; significat igitur eo loco suam rem geri minus severe quam in altera parte imaginis (Jahn *Arch. Ztg.* 1858 col. 232 s., item v. Duhn l. c.), quamquam ab ea non plane disiunctus alienusque videtur. Falso Visconti et Zoega itemque hunc secuti alii (cf. VI D 7) sepulcrum columna illa designari putaverunt, cf. Nogara p. 275 n. 2. Cf. etiam Bull. dell'Inst. 1869, 129.

22. Patera argentea, cuius fragmenta in agro vici Caubiac 30 chiliom. a Tolosa distantis reperta sunt: De Montégut, Mém. de l'Acad. de Toulouse III (1788) p. 11 ss. tab. I; Dumège, Arch. Pyrén. III p. 208 tab. 28. 29; A. de Longpérier, Gaz. arch. VIII (1883) p. 2 n. 1 (Œuvres tom. III p. 420 n. 2. Gaz. arch. IX (1884) p. 342 s.); R. Mowat, Bull. épigr. VI (1886) p. 246 s.; CIL XII 5697, 8; H. B. Walters, Catalogue of the silver plate in the British Museum, Lond. 1921 nr. 140 tab. XXII. Veneri stanti Amor a sinistra accurrens fructum (?) offert; ad d. Priapus in saxo stat (*or a young Satyr* Walters parum probabiliter).

22a. Vasculum fictile non ante III. a. Chr. n. saeculum factum Bari inventum: L. Stephani, Compte-rendu 1863 p. 243 ss. tab. VI 1 (et 2). *Die Vasen-Sammlung d. Ermitage*, Petrop. 1869 I nr. 895; G. Treu, De ossium humanorum larvarumque apud antiquos imaginibus, diss. Berol. 1874 p. 42 ss. Priapi imagini

rudi (quam Treu agnovit, cum Stephani larvam defuncti putasset; saxis impositae Paniscus crassi porci insidens dorso appropinquat dextra deum adorans vel potius corpus in equitando librans, sinistra pateram verbenis, vasculis, turibus impletam tenens, porcum videlicet illum sacrificaturus; ad sacrificium enim pertinere videntur et vitta super hanc ipsam imaginem addita et quae in parte posteriore vasculi picta sunt (corona, verbenae, fasciae supra suem a fronte delineatum pendentes), cf. Treu p. 46.

Gemmae

23. Fossing, Catalogue nr. 366.

24. Walters, Catalogue p. 178 nr. 1651.

25. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2983–86 tab. 25. Venus Priapi capite nititur.

26. Walters, Catalogue nr. 1441 tab. XX. Venus sandalium pedi adligat Priapi simulacro nisa; adstat Amor minutus.

27. Furtwängler *Beschreibung* nr. 6341 tab. 44. Venus nuda vestimentum super caput levat adstante Priapo nudo.

28. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3010 tab. 25. Veneri crines componenti speculum praebet Priapus nudus.

29. Müller, Description nr. 433; Fossing nr. 821 tab. X. Cf. Furtwängler *Antike Gemmen* III p. 306. Satyrus, qui dextra thyrsum et pellem sustentat, sinistram attollit, et Bacchae duae, quarum altera lancem plenam donorum, altera oenochoam et cyathum(?) tenet, Priapo sacrificaturi appropinquant; a tergo dei cantharus est cum thyrso taeniis ornato.

30. Furtwängler *Beschreibung* nr. 6357 tab. 44. Priapus in saxo sub arbore stat, cui aquila coronam rostro gerens insidet; ad sinistram Amor ad aram(?) deum manibus sublatis adorat, ad dextram alter Amor fructus ex lance in altera ara offert.

31. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3598 s. tab. 28. Diana cum cane cursu fertur arcu intento; in saxo Priapus est.

32. Zophorus flavus dextrae alae domus, quae Liviae fuisse dicitur: K. Woermann *Die Landschaft in der Kunst der alten Völker*, Mon. 1876 p. 338; M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) p. 14 tab. Ia=IIa. Topiorum illa magnifica series a Priapi simulacro incipit, quod saxo impositum in columna mediocri stat; mulier superiore corporis parte demissa manus ad deum protendit, altera mulier cum puella eodem accedere videtur.

Picturae

33. A. Mau, Bull. dell'Inst. 1873 p. 246; Sogliano nr. 247. Ante sacellum Bacchi signum Priapi ithyphallici.

34. A. Sogliano, Not. d. Scavi 1908 p. 273 s. fig. 2; M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) p. 45 not. Duo viri duos tauros venantur prope delubrum aliquod rusticum sacra arbore insigne et altum scopulum, in quo Priapi signum constitutum est.

35. Pitt. d'Ercolano IV 52 p. 251 ss.; Roux-Barré I 45; Helbig nr. 1053; Reinach, Rép. peint. 124, 3. Litus (?) saxosum, in quo adolescens (Polyphemus, ut videtur, cf. W. Helbig, Symbola philologorum Bonnensium, Lips. 1864/7 p. 367 s.) puellam (Galateam) exorare videtur genibus nixus. Inter alia signa divina Priapus sub arbore arida taeniis ornata est rubro colore pictus basi impositus, cui thyrsus adiectus est.

36. Mus. Borb. I 32; Ed. Gerhard *Ges. akad. Abhandl.* II p. 557 s. tab. LIII 2. *Hyperb.-röm. Stud.* II (1852) p. 255. 259. 280; Helbig nr. 20; Reinach, Rép. peint. p. 97 nr. 3. Mercurius mulierem blande (? cf. VI C 3 a) alloquitur (Venerem secundum Quaranta aliosque, Calypso secundum G. Petersen, Bull. dell'Inst. 1861 p. 84; Ad. Michaelis *Arch. Zeit.* 1867 col. 15 s.) prope columnam mirifice coronatam (qua sepulcrum significari Quaranta aliique prave opinati sunt, cf. VI D 7); sub ea columna pilae leviter acclinatus Priapus iuvenis sinistra palmam (?) tenens.

37. Helbig nr. 549. Fragmentum. Satyrus Baccham opprimit; adstat Priapi signum in basi.

38. Pictura Pompeiana: Famin tab. XLII; Roux-Barré VIII tab. 13; Fiorelli, Racc. porn. p. 5 nr. 32; Helbig nr. 1370; Herrmann-Bruckmann p. 170 tab. 124; Reinach, Rép. peint. 99, 2; Pfuhl *Malerei* § 914 fig. 671; Rizzo, Pitt. ellenistico-rom. tab. CXVI; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 218. In regione silvestri ac saxosa Hermaphroditus Paniscum detinet, qui veste eius sublata aspectum foedum horrens fugere studet. Ad sinistram aedificium quoddam sacrum (?), ad dextram herma Priapi in basi est.

39. Pitt. d'Erc. III 37 p. 183 ss.; Mus. Borb. X 52; Ternite 1. sect. III 6; Welcker *Alte Denkmäler* IV p. 44 ss.; Roux-Barré VIII tab. 10; Boetticher *Baumkultus* p. 98; O. Benndorf, Memorie dell'Inst. II (1865) p. 278; Helbig nr. 403; K. Wernicke, Rosch. s. v. Pan col. 1445 s. fig. 18; Ruesch, Guida nr. 1331; Reinach, Rép. peint. 109, 1. Bacchus et Pan ebrii; adstat sub arbore in pila satis alta Priapi simulacrum.

Hermae

40. Opus marmoreum prope Athribin in Aegypto inventum: Clarac 622 A, 1406 B; Bernoulli *Aphrodite* p. 330 nr. 1; Furtwängler *Sammlung Sabouroff* ad tab. 37. Venus sandalium exuit herma ithyphallico nisa, quem Priapum esse apparet. Quae partes refectae sint, non traditur.

40 a. Opus marmoreum: Gerhard-Panofka p. 124 s. nr. 458; Jahn *Ber.* p. 239 n. 82. Bacchus(?) nudus mollisque herma ithyphallico nititur, qui propter capitis tegumentum iure Priapo assignari videtur.

Hermae aenei

41. Fiorelli, Racc. porn. p. 8 nr. 56.

42. Babelon-Blanchet, Bronzes nr. 503. Herma similis prope Ticinum (La Certosa) inventus in museo Bononiensi asservatur.

43. Reinach, Rép. stat. V 472, 5. Compendii (Compiègne) asservatur.

44. L. Stephani, Compte-rendu 1868 p. 152; Reinach, Rép. stat. II 523, 9. Petropoli asservatur.

45. Asservatur in museo Brunsvigensi (nr. 302) 72 mm. altus. Simillimus hermae nr. 44. **Tab. I.**

46. Beger, Thesaurus Brandenburgicus III 427: Friederichs *Kleinere Kunst* nr. 1971 a. In ungulam ferinam desinit, fortasse supellectilis alicuius ornamentum fuit.

Duo hermae simillimi Lugduni Batavorum (Rijksmuseum van oudheden) asservantur a. 1823 Amstelodami empti (alter in ungulam desinit, alterius inferiora desunt).

Cf. B. de Montfaucon, Supplément au livre de l'antiquité expliquée I (Par. 1724) tab. 66; Caylus, Recueil d'antiquités IV (Par. 1761) tab. LXXII 4 et 5 p. 230 s., inde Reinach, Rép. stat. II 523, 10 (sed hic herma iam editori suspectus fuit).

47. Fiorelli, Racc. porn. p. 8 nr. 54. Pompeis inventus.

48. Babelon-Blanchet, Catalogue des bronzes nr. 504. Cypri inventus.

49. A. Furtwängler *Sammlung Somzée*, Monac. 1897 nr. 91; [F. Cumont,] Collection Raoul Warocqué, Mariemont 1904 nr. 197; Reinach, Rép. stat. II 813, 7; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 521. Bracchium dextrum deest.

50. J. de Witte, Description de la collection d'antiquités de M. le vicomte Beugnot, Par. 1840 p. 121 nr. 355. Bracchium alterum fractum.

51. J. Sautel, Vaison dans l'antiquité II (Avenn. 1926) p. 273 nr. 737. Vasione Vocontiorum inventus male servatus.

52. G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925 tab. 22. Homo Americanus possidet.

53. Herma rudissimus 9 cm. altus, anno 1882 Augustoduni (Champ du Mars) inventus, qui ibi in museo Rolin asservatur (nr. 370). **Tab. IV.** Cf. V B 1. VIII B 4.

54. A. Minto, Boll. d'arte VI (1912) p. 209 ss.; Reinach, Rép. stat. V 158, 2. Venus sandalium exuens herma Priapi nititur. Opus in Etruria *(in una località denominata Scarceta, situata nella vallata media del Fiora, in territorio di Manciano)* inventum Florentiae in museo archaeologico asservatur.

55. Reinach, Rép. stat. IV 332, 9. Augustonemeti inventus.

Hermae figlini

56. Winter *Typen* I 233, 5; A. Levi, Le terrecotte figurate del museo nazionale di Napoli, Flor. [1926] nr. 230 fig. 55. Tarenti inventus.

57. [S. Loeschcke,] *Beschreibung römischer Altertümer gesammelt von C. A. Niessen* 1911 nr. 3296 tab. CXII; R. Zahn *Amtliche Berichte aus den kgl. Kunstsammlungen* XXXV (1913/14) col. 287. Opus basi impositum Amorum figuris ectypis ornatae, Troiae inventum. Venus crines exprimit; vestem reposuit in herma Priapi in columna iuxta adstante.

Ectypa marmorea

58. K. Rhomaios, *Ἐφ. ἀρχ.* 1905 col. 119 ss. (imprimis 124 s. 138 s.) tab. III; J. N. Svoronos *Das Athener Nationalmuseum* nr. 231 tab. 97; Reinach, Rép. rel. II 360, 3; A. Brinkmann *Bonn. Jahrb.* 130, 1925 p. 140 nr. 69. In monte Parnethe in antro Panis et Nympharum inventum; editor II. sive I., Svoronos III. a. Chr. n. saeculo ineunte factum esse arbitratur. Tres nymphae in antro suo saltant inspectante deo quodam fluviali (Acheloo?). In sinistro antri angulo ex ore leonino fontis aqua labro immittitur. A dextra superne accurrit Pan venator. Super antrum ad sin. herma Priapi imberbis est, cui adsidet adulescens quidam (alterum Panem esse Rhomaios putat, *Κύννην* heroa Svoronos); praeterea deus montanus superiore corporis parte apparet.

59. Michaelis, Ancient marbles p. 643 nr. 82; E. Strong, Journ. hell. stud. XXVIII (1908) p. 238. nr. 32 tab. XVI; Rev. étud. grecques XXII (1909) p. 294 s.; Reinach, Rép. rel. II 530, 3; H. Herter *Bonn. Jahrb.* CXXXII (1927) p. 257. *Kallimachos und Homer* p. 45 [Xenia Bonnensia 1929 p. 90]. F. Cook possidet. In parte aversa tres Amores hermam Priapi magno cum labore erigunt, alter iam erectus ut solo firmius inhaereat Satyriscus (vel Amor non alatus) curat. Ad fabulam satyricam hanc imaginem pertinere Strong sine causa suspicata esse mihi videtur; severius potius argumentum (velut Furtwängler *Antike Gemmen* L 33; Dar.-Saglio fig. 708; Arndt-Amelung nr. 3590?, cf. IV H 113) iocosa imitatione expressum est.

59a. F. Muthmann, Arndt-Amelung nr. 3392. Fragmentum ectypi marmorei, quod Flaviorum temporibus posterioribus factum videtur esse; asservatur in museo Caroliruhensi. Amor et Satyriscus hermam Priapi erigunt; a tergo imminet saxum cum aedicula (?).

60. A description of the collection of ancient marbles in the British Museum with engravings, II (Lond. 1815) tab. III; A. H. Smith, Catal. of sculpt. nr. 2165; Reinach, Rép. rel. II 487, 2. Loco Priapi sacro grus et tres anseres versantur (cf. VII F 4a). Herma Priapi ad sinistram saxo impositus est, in medio arbor (pinus?) atque pila sunt, ad dextram altera arbor.

61. Benndorf-Schöne nr. 522 tab. XX 1; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 52, 1. Ectypi fragmentum. Prope quercum in scopulo sacellum artificiosum est, in quo duo hermae Priapi et thymiateria sunt.

61a. I. L. Pollak, Pièces de choix de la collection du comte Gr. Stroganoff à Rome I (Rom. 1912) tab. XV; Bull. Metropol. Mus. New York XIX (1924) p. 240 1 fig. 1; P. Arndt et G. Lippold, Arndt-Amelung nr. 3507. Ectypi hellenistici eleganti opere facti fragmentum. Bacchi (?) sacellum Amor cum umbella pervolat; parieti adstat aedicula (similis nr. 61), in qua et Priapi herma et thymiaterium est.

62. C. Fr. A. v. Lützow *Münchener Antiken* 1869 p. 66 s. tab. 38; Mon. dell'Inst. II 27; Brunn-Bruckmann tab. 343a; Furtwängler *Beschreibung der Glyptothek* nr. 455. *Eindundert Tafeln nach den Bildwerken der Kgl. Glyptothek zu München* 1903 tab. 93; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 80; J. Sieveking et C. Weickert *50 Meisterwerke der Glyptothek* 1928 tab. 45; Wolters *Führer* p. 56 nr. 455 cum tab.; etc. Aetate Augustea vel Claudiana factum

(J. Sieveking, Brunn-Bruckmann ad tab. 627), prope Romam inventum. Rusticus dum vaccam in urbem agit, sacellum rusticum Bacchi (Dianae secundum Cook, Zeus II p. 152 ss.) praeterit; ad sinistram in summo saxo aedicula conspicitur cum herma Priapi.

63. Winckelmann, Monum. ined. LXVII; v. Lützow *Münchener Antiken* p. 66 s. tab. 38; Brunn-Bruckmann tab. 343 b; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 75 (inde Reinach, Rép. rel. II 82, 2); Furtwängler *Beschreibung der Glyptothek* nr. 251. *Einhundert Tafeln* tab. 53; Wolters *Führer* p. 29 nr. 251. Aetate Augusti factum. Quattuor boves sub monte versantur, in quo deus montanus (R. Peter, Rosch. s. v. Silvanus col. 842 nr. 13) sedet iuxta hermam Priapi.

64. Zoega, Bassirilievi I 37; E. Braun *Die Ruinen und Museen Roms*, Brunsv. 1854 p. 687 nr. 79; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 76; Helbig *Führer*[2] II p. 57 nr. 855; Reinach, Rép. rel. III 155, 5. In villa Albani exstat. Venator adulescens cum equo quietem capit iuxta arborem atque rupem, in qua herma Priapi est. Hermae caput antiquum non est, phallus deletus.

65. Gerhard-Panofka p. 458 nr. 11; Roux-Barré VIII tab. 55; Famin tab. V; Fiorelli, Racc. porn. p. 7 nr. 44; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 54; Reinach, Rép. rel. III 83, 5. Pan asino ithyphallico insidens cum cane saxo appropinquat, in quo ara ardens et Priapi herma est quercus umbra tectus.

66. H. Heydemann *10. Hall. Winckelmannsprogr.* 1885 p. 55; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 100, 2 (inde Reinach, Rép. rel. II 80, 3); Furtwängler *Beschreibung der Glyptothek* nr. 254; Arndt-Amelung nr. 2960 (P. Wolters); Wolters *Führer* p. 46 nr. 254. Olim in villa Albani fuit. Infans (Bacchus?) a capra nutritur; adest Priapi herma inter Bacchici cultus instrumenta.

67. L. Urlichs *Verzeichnis der Antikensammlung der Universität Würzburg* I 1865 p. 13 nr. 14; Arndt-Amelung (Bulle) nr. 892. Priapi herma inter Bacchici cultus instrumenta.

68. W. G. Becker *Augusteum* II (Dresd. 1808) p. 93 s. (tab. 84, inde Reinach, Rép. rel. II 63, 4); H. Hettner *Die Bildwerke der Kgl. Antikensammlung zu Dresden*[4] 1881 p. 101 nr. 172; P. Herrmann *Verzeichnis der antiken Originalbildwerke der staatl. Skulpturensammlung zu Dresden* 1925 p. 57 nr. 212. In parte aversa herma Priapi et persona Satyri sunt.

69. Th. Schreiber *Griechische Satyrspielreliefs*, *Abh. Sächs. Ges. Wiss.* XXVII 22 (1909) p. 761 ss.; E. Petersen *BPhW* 1910

col. 784ss. Ectypi circa annum a. Chr. n. 200 fortasse in Asia facti (J. Sieveking, Brunn-Bruckmann ad tab. 627) complura exempla non integra exstant. In luco Bacchico cava rupe tectus apud cistam mysticam saxo impositam Priapi herma stat, qui in his exemplis servatus est:

a) In ectypo, quod in hortis Maecenatianis inventum est: Schreiber *Hell. Rel.* tab. 46 (l. c. nr. A tab. 1); Helbig *Führer*[3] I p. 520s. nr. 920; H. Stuart Jones, A catalogue of the ancient sculptures of the Palazzo dei Conservatori, Oxon. 1926 p. 89s. nr. 26a tab. 31; F. Winter *Kunstgeschichte in Bildern* XI XII p. 365 fig. 2.

b) In ectypo Neapolitano: Gerhard-Panofka p. 455s. nr. 1; Famin tab. IV; Roux-Barré VIII tab. 54; Fiorelli, Racc. porn. p. 7 nr. 43; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 47 (l. c. nr. B tab. 2).

c) In ectypo, quod in museo Capitolino asservatur: Schreiber *Hell. Rel.* tab. 48 (l. c. nr. C tab. 3); Helbig *Führer*[3] I p. 471 nr. 848; H. Stuart Jones, A catalogue of the sculptures of the Museo Capitolino, Oxon. 1912 p. 270 nr. 118 tab. 61; Reinach, Rép. rel. III 207, 2.

d) In ectypo, quod Bononiae in museo universitatis asservatur: Schreiber l. c. nr. D fig. text. 1.

Totius ectypi argumentum neque Schreiber neque Petersen ita explicaverunt, ut dubitationi nullus locus relinqueretur; id potius verisimillimum mihi videtur, quod iam pridem Gerhard et Panofka pronuntiaverunt aliique nuper repetiverunt, hanc imaginem ad initiationem Bacchicam pertinere (cf. Strong, Journ. hell. stud. XLIV (1924) p. 85; W. Deonna, Rev. arch. 1916 I p. 97).

70. Arndt-Amelung nr. 2963 (P. Wolters); Wolters *Führer durch die Glyptothek* p. 46 nr. 255. Olim in villa Albani videtur fuisse. In parte aversa Satyrus furore Bacchico instinctus ante aram rusticam flagrantem est, ad sinistram in saxo Priapi herma stat.

71. Schreiber *Hell. Rel.* tab. 60; Reinach, Rép. rel. III 162, 2; H. Licht *Sittengeschichte Griechenlands, Ergänzungsband*, Tur. 1928 p. 164. In museo Barracco exstat. Hercules cum nympha concumbit loco Priapi sacro.

72. Th. Schreiber *Die antiken Bildwerke der Villa Ludovisi in Rom*, Lips. 1880 nr. 75. Sex mulieres ante templum stant, iuxta quod sub arbore Priapi herma in pila gracili stat.

73. A. Salač et K. Škorpil, Několik archeologických památek z východního bulharska, Prag. 1928 (Rozpravy české akademie věd a umění I 74) nr. 4 p. 12 ss. 71 s. tab. 3. Ectypum a collegio piscatorum (cf. VI B 5bδ) *ἥρωι Μανιμάζῳ* dedicatum, quod Odessi inventum in museo asservatur. Deus ille equester arae appropinquat, in qua herma Priapi effictus est et animal quoddam (aries? asinus?): ab altero latere arae mulier stat cyathum manu tenens, post aram arbor est, cuius ramis serpens se circumvolvit.

74. Garrucci, Monumenti del Museo Lateranense p. 82 s. tab. XLIV: Benndorf-Schöne nr. 293 p. 187. Tabula marmorea variis imaginibus ornata, quae a. 1848 ad viam Labicanam inventa esse dicitur. Locus Priapi sacer, cf. VII F 4 g.

75. W. Amelung *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums* II p. 509 ss.; B. Nogara, Ausonia II (1907) p. 261 ss.; Reinach, Rép. rel. III 363, 2. (Qui antea de hoc opere egerunt, enumerantur ab Amelungio p. 512 et Nogara p. 263 n. 3). Basis marmorea quadriangula prima imperatorum aetate confecta, quae Esquiliis *in villa Negroni* reperta esse dicitur (Nogara p. 261, sed cf. Amelung p. 511). In fronte (Nogara fig. 2) Bacchus effictus est cum thiaso ad mortalem aliquem (poetam sive actorem sive choragum certaminis victorem, ut putant) devertens. Ceterae eiusdem argumenti imagines (imprimis ectypa Schreiber *Hell. Rel.* tab. 37—39) Priapi simulacro carent[1], huius exempli artifex Romanus velo obtento domum hominis illius significavit, loca aperta, unde Bacchus venit, herma Priapi basi quadriangulae imposito (Jahn *Arch. Beitr.* p. 202); sed etiam propter necessitudinem, quae Priapo cum illo deo intercedebat, apte ab artifice addi potuit (*indica un luogo dedicato al riposo e ai piaceri della vita* Nogara p. 275).

[1] Collegerunt O. Jahn *Arch. Beitr.* p. 198 ss. aliique, imprimis F. Hauser *Die neu-attischen Reliefs*, Stuttg. 1889 p. 189 ss., et E. Reisch *Griechische Weihgeschenke*, Vindob. 1890 p. 27 ss., cf. Nogara p. 265 s. n. 2; M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) p. 32 ss. Herma in tabula ex argilla facta expressus (Campana, Ant. opere in plastica tab. 30, inde Reinach, Rép. rel. II 278, 1) non antiquus est sicut maior pars huius tabulae (H. v. Rohden *Architektonische römische Tonreliefs der Kaiserzeit*, Berol. 1911 p. 36). Anaglyphum huius tabulae simillimum, quod in villa Pamfili fuit, novum esse iam Zoega *Abhandl.* p. 368 s., recte iudicavit (Hauser p. 195; Reisch p. 28 not.); idem de vase marmoreo Petropolitano, in quo herma Priapi item non deest, Stephani, Compte-rendu 1869 p. 172, suspicatus est (Hauser p. 194).

76. A. H. Smith, Catalogue of sculpture III nr. 2489 fig. 62; Reinach, Rép. rel. II 488, 6. Ara marmorea Dianae (fortasse II. sive III. p. Chr. n. saeculo) dedicata (CIL VI 123). Inter argumenta ad vinum pertinentia anus est aviculam (anserem?) Priapo mactans, cuius herma in humili basi quadriangula sub arbore stat.

77. Michaelis, Ancient marbles p. 391 nr. 275; B. Ashmole, A catalogue of the ancient marbles at Ince Blundell Hall. Oxon. 1929 nr. 275 tab. 47. Sarcophagi marmorei frons. Hercules ebrius Satyro et Pane nititur; concluditur imago ad s. olea, ad d. herma Priapi.

78. C. Robert *Die antiken Sarkophag-Reliefs* III 1 (Berol. 1897) p. 61 ss. tab. XII; H. Stuart Jones, The sculptures of the Museo Capitolino, Oxon. 1912 p. 152 ss. nr. 37 tab. 35; Helbig *Führer*[3] I nr. 795; Reinach, Rép. rel. III 184, 3. Sarcophagus Gerontiae puellae. Pars adversa posterioribus litterarum artiumque renascentium temporibus refecta. Luna ab Amore ad Endymionem Somni gremio reclinatum perducitur. Sub quercu in saxo herma Priapi est.

79. Gerhard-Panofka p. 460 s. nr. 12; Gerhard *Antike Bildwerke* tab. 111, 3; Famin tab. VI; Roux-Barré VIII tab. 56; Fiorelli, Racc. porn. p. 7 nr. 42. Latus sinistrum sarcophagi bono opere facti, quem VI C 3 e commemorabo. Priapo mulier fructus cremat tusque adolet, dum satyrus velum sacro praetendit.

80. Garrucci, Monumenti del Museo Lateranense p. 81 s. tab. XLIII fig. 1. 2; Benndorf-Schöne p. 309 s. nr. 441. Urna cineraria cylindrica. Inter Bacchanalia duobus hermis Priapi singuli haedi a Satyris sacrificantur.

81. Hübner *Die antiken Bildwerke in Madrid* nr. 289; F. Hauser *Die neu-attischen Reliefs*, Stuttg. 1889 p. 93 s. nr. 13 c; E. Barrón, Museo nac. de pint. y escultura, Catálogo de la escultura, Matr. 1908 nr. 173 tab. 71 et 72; Arndt-Amelung nr. 1690—1693; R. Ricard, Marbres antiques du musée du Prado à Madrid, Burdig. 1923 nr. 178 tab. 67; K. Kübler *Röm. Mitt.* XLIII (1928) p. 128; J. Sieveking *Gnomon* VII (1931) p. 17 n. 4. Ectypum neo-atticum ad hellenisticae artis exempla in puteali expressum. Inter Bacchanalia Priapus a Satyris colitur, e quibus unus ficum sacram serto (vel ipsum deum corona) ornat, alter ex utre vinum in crateram infundit, duo alii tibiis canunt.

82. Knight tab. XII fig. 12; A. H. Smith, Catalogue of sculpture III nr. 2535 fig. 66; Reinach, Rép. rel. II 483, 5. Lacus rotundus, quo aquae fistula emissae desiliebant. Quattuor ectypis figurae Bacchicae effictae sunt, inter eas Pan hermam Priapi portans.

83. A description of the collection of ancient marbles in the British Museum II (Lond. 1815) tab. XXXVIII; A. H. Smith, Catal. of sculpt. III nr. 2458; Reinach, Rép. rel. II 488, 2. Cf. F. G. Welcker *Alte Denkmäler* II p. 127 nr. 17; G. Lippold *Arch. Jahrb.* XXXVI (1921) p. 41. Discus (q. d. oscillum) ad Romam repertus. Amor Priapo fructus crematurus est.

84. Mus. Borb. X 16; Maurice-Albert, Rev. arch. 1881 II 198 nr. 14; Reinach, Rép. rel. III 82, 5; Lippold l. c. Discus Pompeis inventus, qui Neapoli asservatur. Silenus uvam Priapo offert.

85. Espérandieu, Recueil I nr. 813; G. Lippold l. c. Discus in vico Argeliès (Aude) inventus, qui asservatur in museo Montepessulano. Satyrus uvam Priapo offert.

86. W. Deonna, Catalogue des sculptures antiques, Genavae 1923 p. 119 nr. 146; Espérandieu, Recueil IX p. 119. Disci fragmentum Arausione in theatro repertum. In saxo herma Priapi est; in altera parte disci Satyri pars reliqua.

a b) Cf. praeterea discos, quos Maurice-Albert, Rev. arch. 1881 II p. 193 s. nr. 1 et p. 195 nr. 8, commemorat.

87. O. Jahn, Ann. dell'Inst. 1852 p. 215 s. tab. K. *Ber. Verh. Sächs. Ges. Wiss.* 1868 p. 190 s. nr. 75; Schreiber *Hell. Rel.* tab. 78. Pictura codicis Pighiani ad antiquum exemplar ectypum facta. Leo taurum devorat prope pinum scopulumque, in quo Priapi herma in ara stat serto ornata. Errore pictor (pro corona pinea?) cassidem quandam capiti dei imposuit, pudore commotus phallum texit.

88. Opus albarium basilicae subterraneae in urbe Roma prope portam Maiorem a. 1917 detectae, quae secundum opinionem Francisci Cumont nuper a J. Carcopino, La basilique pythagoricienne de la Porte Majeure, Paris. 1927, fusius explicatam Pythagoreorum fuit (cf. tamen et alios et Wilamowitz, Studi Ital. N. S. VII (1929) p. 89). Ex ea serie imaginum, qua sacra subdialia deorum dearumve complurium repraesentantur (cf. VI D 7), nonnullae Priapi hermam (seu figuram) habent:

a) J. Hubaux, Mus. Belge XXVII (1923) p. 73 fig. 13; E. Strong-N. Jolliffe, Journ. hell. stud. XLIV (1924) 96 nr. 1 fig. 16; G. Bendinelli, Mon. ant. XXXI (1926) col. 778 s. tab.

XLI 1: Sacellum deae cuiusdam (Minervae?), quod a muliere sertis ornatur. Simulacrum deae pilae ingenti adiunctum in alta basi sub oleastro stat, maceria fenestrata circumdatum, cui prope ostium herma Priapi appositus est.

b) Hubaux p. 74 fig. 14; Strong p. 96 nr. 2; Bendinelli col. 780 s. fig. 45. Simile sacellum deae thyrso et lagoena(?) ornatae, quam mulier genibus nixa manibus sublatis veneratur. Simulacrum deae basi altae impositum sub arbore est, cui herma Priapi applicatus est. Desunt pila et maceria.

c) Strong p. 96 nr. 6; Bendinelli col. 782 fig. 46 (col. 784). Arbor cum porta sacra, cui acclinatus est herma Priapi; ad dextram mulier est et fax accensa.

d) Hubaux p. 71 fig. 12; Strong p. 97 nr. 8; Bendinelli col. 782 s. tab. XLI 2. Sacellum obelisco pinuque insigne maceria circumdatum, cui prope ostium herma appositus est. Huius hermae cum media pars deleta sit, Priapus certo dignosci non potest.

e) Praeterea cf. Bendinelli col. 620. 781 s. 787 s.

f) Fortasse Priapi herma in aliis quoque imaginibus huius seriei fuit, quae deletae sunt aut non satis dignoscuntur. Habitu solito (IV D cf. p. 104. 111) deus (caput deest) in imagine 23 (Strong p. 97; Bendinelli col. 786 fig. 47 s.) sub arbore columnae impositus est; quem iniuria Carcopino p. 96 n. 3 Apollinem vel Bacchum esse maluit.

89. Opus albarium in domo Tiberina (quae in horto Farnesinae detecta est) repertum:

a) J. Lessing-A. Mau *Wand- und Deckenschmuck eines römischen Hauses aus der Zeit des Augustus*, Berol. 1891 tab. XV. Monum. ined. Suppl. 1891 tab. XXXV; K. Ronczewski *Gewölbeschmuck im römischen Altertum*, Berol. 1903 tab. XII fig. 13 (p. 26); imago lucis ope expressa Anderson 2508; Alinari 6281; M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) p. 35 s. fig. 11 (ad p. 34); P. Gusman, L'art décoratif de Rome II (Par. 1912) tab. 72 s.; Helbig *Führer*[3] nr. 1329; R. Paribeni, Le terme di Diocleziano e il museo nazionale Romano[4], Romae 1922 p. 188 nr. 453; E. L. Wadsworth, Mem. Amer. Acad. Rome IV (1924) p. 31 s. tab. VI 3. VIII 2. Aedificia sacra, e quibus unum (in sinistra parte) Priapus custodit saxo impositus.

b) Lessing-Mau tab. XIV. Monum. ined. Suppl. 1891 tab. XXXIV; Ronczewski tab. XII; Helbig *Führer*[3] nr. 1327; Paribeni p. 187 nr. 451; Wadsworth p. 28 s. tab. IV 2. V 2.

Inter alia sacra aedificia sacellum Priapi subdiale, cuius herma in alta columna stat arbore circumdata.

c) Lessing-Mau tab. XIV. Monum. ined. Suppl. 1891 tab. XXXIV: Ronczewski tab. XII; Helbig *Führer*[3] nr. 1327; Paribeni p. 187 nr. 451; Wadsworth p. 29 tab. V 2; M. Rostovtzeff, Mystic Italy p. 120 tab. XXIV 2. Cf. M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) 104. Ad sinistram arbor est, ad dextram herma Priapi in alta columna sertis taeniisque ornata (cf. G. Hock *Griechische Weihegebräuche*, diss. Mon. 1905 p. 57): duae mulieres appropinquant, ut serta et lancem saturam deo offerant, quas in saxo ante columnam Priapi tertia mulier exspectat, taeniam lancemque (quam Wadsworth falso vannum mysticam putat esse) manibus tenens.

90. Catillus argenteus fortasse II. p. Chr. n. saec. factus in vico Lillebonne (Seine-Inférieure) in sepulcro inventus: Rev. des Sociétés savantes 1865 II p. 148 etc.; F. Drexel *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) p. 185 nr. 12 tab. VIII 1. Priapi herma inter Bacchici cultus instrumenta etc.

91. Poculum argenteum: Montfaucon, L'antiquité expliquée tom. I 2 (Par. 1719) p. 259 s. tab. 167; M. Chabouillet, Catalogue général et raisonné des camées et pierres gravées de la bibliothèque impériale, Par. 1858 p. 465 s. nr. 2878; F. Drexel *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) p. 188 s. nr. 30 tab. IX 1. Pan et maenas inter Bacchici cultus instrumenta, in quorum numero duo hermae sunt, alter Priapi, alter dei incerti.

Ectypa aenea

92. R. Schöne, Ann. dell'Inst. 1866 p. 185 nr. 66; A. Furtwängler, ibd. 1877 p. 184 ss. Mon. dell'Inst. X tab. 45/6 = *Kleine Schriften* I p. 134 ss. tab. 1. Cista Praenestina III. sive II. fere a. Chr. n. saeculo facta. In fano Bacchico asseclae dei versantur; iuxta aram herma Priapi est. Cf. p. 25 s. V B 1.

93. J. J. Bachofen *Arch. Ztg.* 1864 col. 193 ss. tab. 190; C. Bursian, Aventicum Helvetiorum (*Mitt. d. antiquarischen Ges. in Zürich* XVI 1 (1867/70) p. 47 s. tab. XIX; E. Dunant, Guide illustré du Musée d'Avenches 1900 p. 59 s. nr. 478; Reinach, Rép. rel. III 523, 2. 4. Vas unguentarium Aventici inventum. In luco (Priapi?) festum ritu Bacchico peragitur. Ad sinistram sub arbore (post quam pila initium imaginis significatur) aedicula saxo imposita proque ea aedicula in basi satis alta Priapi herma conspicitur, quem nympha manu sinistra arae (?) innixa adorat

dextra sublata, dum puer nudus Satyro tibiis canente saltat: quod noctu fieri face accensa significari videtur. Dextrorsum oculis imaginem persequenti altera eiusdem luci pars apparet duabus arboribus foliis denudatis insignis duobusque hermis Priapi, quorum alter in basi mediocri umbra arboris sinistrae tegitur, alter basi altissimae impositus dextram arborem intuetur: inter has arbores quae ad cantum Satyri (sub extrema arbore sedentis) saltaverat nympha defessa concidit, quam altera nympha manibus attollere, tertia cymbalorum (sive tympani) pulsu excitare studet. Hermae Priapi imberbes (?) non modo phallo satis magno erecto, sed etiam capitis tegumento agnoscuntur. Cf. VII G 5.

94. R. Dussaud, Syria V (1924) p. 212ss. cum tab. Patera aenea in vico Tafas trans Iordanem sito inventa, quae Romanorum temporibus in ipsa ea regione confecta videtur esse. Priapi herma in columna stat orgiis deae Syriae ex alto imminens. In sinistra parte vir tibiis canit, in dextra femina tympanum pulsat, in medio leo, quod illius deae sacrum est animal, ut cantum moduletur, sinistro pede scabellum premit, dextro pede elato (cf. S. Reinach, Mon. Piot IV (1897) p. 105ss.) capite ad feminam converso. Cf. VIII B 5.

95. W. Fröhner, Collection Auguste Dutuit, Paris. 1897 nr. 65 tab. LXI. Ad Priapi hermam basi impositum Pan capellam sacrificandam adducit, sinistra fistulam tenens. Post tergum Priapi panthera assidet Amori deum serto ornanti, dum alter Amor appropinquat, canistrum fructibus plenum tenens alteramque pantheram adducens. Arbor sacra inter hos duos Amores conspicitur cum donis Bacchicis; circumvolant aves nonnullae.

96. Mus. Borb. III 60; Fiorelli, Catalogo del museo nazionale di Napoli, Armi antiche, Neap. 1869 p. 15s. nr. 278. Galea aenea gladiatoria Pompeiana. Satyrus ante Priapi barbati simulacrum tibiis canit; Baccha quae sinistra taeniam tenet, dextra oenochoam attollit, libat ante alterum simulacrum Priapi imberbis.

97. Rostovtzeff, Mystic Italy p. 94ss. tab. XX. Cf. H. v. Rohden *Architektonische römische Tonreliefs der Kaiserzeit*, Berol. 1911 p. 58. Galea aenea gladiatoria Pompeiana, quae in museo Neapolitano (nr. 5672) asservatur. Argumentis Bacchicis adiuncta est imago mulieris Priapo sacrificantis.

98. Ectypum eburneum, quod in bibliotheca Vaticana asservatur: Ed. Gerhard *Antike Bildwerke* tab. CXI 5; Reinach, Rép. rel. III 389, 3. In fano Bacchico Pane inspectante Satyrus

Baccham temptat; ad sinistram columna est atque porta sacra, ad dextram prope pinum in saxo herma Priapi eversus.

99. Vascula Calena eiusdem argumenti complura: R. Pagenstecher *Die calenische Reliefkeramik*, Berol. 1909 p. 57 nr. 62 tab. 10. *Arch. Jahrb.* XXVII (1912) p. 151s. nr. 62; A. Minto, Boll. d'Arte VI (1912) p. 215. Exemplum Bonnense (quod a F. Leone museo provinciali donatum inde in museum academicum translatum est, inv. nr. 869) Paesti inventum K. Atilii nomine signatum est: III. vel II. a. Chr. n. saeculo videtur factum esse. Pan et Amor Venere inspectante luctantur prope hermam Priapi in rupe constitutum; de hoc argumento cf. O. Bie *Arch. Jahrb.* IV (1889) p. 129ss.; K. Wernicke, Rosch. s. v. Pan col. 1457s.; M. Bulard, Rev. étud. anc. XXVI (1924) p. 208ss. Exemplum Bonnense inspicienti dubium esse non potest, quin Priapi ille herma sit, non Panis, id quod ipse Leo, Bull. dell'Inst. 1874 p. 89, aliique crediderunt; Priapum primus Pagenstecher agnovit, postea tamen Minto l. c. rursus hermam Pani assignavit, Amoris autem adversarium phallum enormem avis pedibus incedentem esse praedicavit. Cf. p. 25s.

100. Vascula Calena eiusdem argumenti complura: Pagenstecher *Reliefkeramik* p. 37 nr. 25 tab. 7 et fig. 14; G. Leroux, Vases grecs et italo-grecs du musée arch. de Madrid, 1912 p. 318 nr. 635. Satyrus vinum ex amphora in crateram transfundit; astat sub arbore Priapi herma. Cf. p. 25s.

101. Vasculi Caleni fragmentum: R. Pagenstecher *Arch. Jahrb.* XXVII (1912) 166 fig. 16. Puella seminuda dextra manu porrecta ante hermam Priapi sedet. Cf. p. 25s.

102. H. v. Rohden *Architektonische römische Tonreliefs der Kaiserzeit*, Berol. 1911, tab. CXL 2 p. 157. 305s. Hauniae in glyptotheca Ny Carlsberg asservatur (similia indicat H. v. Rohden). Ad ripam Nili Priapus casam ex arundine textam custodit arcui impositus, per quem in hortum saepimento clausum aditus est; mulier in horto reclinata deo libat.

103. Vas vitreum[1] Heracleae ad Pontum inventum, quod

[1] Fragmentum vasculi vitrei caerulei (*orné d'un sujet en bas-relief, superposé en émail blanc*) J. J. Dubois, Description des antiques faisant partie des collections de M. le comte de Pourtalès-Gorgier, Par. 1841 p. 182 nr. 1346, sic describit: *Partie supérieure d'un adolescent, dont la jambe gauche était élevée, et qui porte la main droite vers sa bouche. Derrière ce personnage se voit un Terme de Priape élevé sur un piédestal entouré de plantes; et devant son visage subsiste encore un reste de feuillages.*

Pierpont Morgan Parisiis a. 1912 emit: S. Reinach, Rev. arch. 1912 II p. 172 s. Rép. rel. III 529,8. Ad Priapi hermam columnae impositum duae mulieres accedunt, quarum altera (ministra) sinistra canistrum fructibus plenum, dextra cyathum tenet, altera (matrona) deum adorat, cum modo face ignem in ara accendit monopodio imposita; a tergo Priapi ad arborem sacram asinus alligatus est, quo matrona illa advecta esse videtur; inter hanc autem arborem et columnam (cui ingens vas adstat) satyrus velum tendit, dum altera ministra ex corbe alterum velum profert.

Gemmae

104. Vasculum ex onyche factum, quod anno 1630 Mantuae in praedam militis Germani cessit: C. O. Müller *Handbuch*[3] p. 359; Gerhard *Antike Bildwerke* p. 400 s. tab. 310, 3. 4; Gnauth-Riegel *Das Kunsthandwerk* tab. 83—85; H. Brunn *SB Münch.* 1875 I p. 327 ss.; W. Gebhard *Arch. Zeit.* 1875 p. 128 ss.; Friederichs-Wolters *Gipsabgüsse* p. 785 s. nr. 2006; *Allg. Kunstchronik* 1895, fasc. 10; *Führer durch die Sammlungen des Herzogl. Museums*, Brunsv. 1897 p. 374 ss. nr. 300; Furtwängler *Antike Gemmen*, vol. III p. 338 s.; Reinach, Rép. rel. II 55, 1. Ceres Triptolemusque genio muliebri cum seminibus praevolante iunctis draconibus ex templo suo exeunt et ab hominibus varia dona ferentibus excipiuntur; pertinet hoc argumentum non tantum ad mysteria Eleusinia, sed etiam ad Bacchica sacra, ex quibus Priapus est ubertatis largitor, cuius herma ante sacellum quoddam Bacchicum (?) stat.

105. Cantharus hellenistica aetate ex sardonyche factus (quem a Mithradate vel Ptolemaeis nominare solent): M. Chabouillet, Catalogue général et raisonné des camées et pierres gravées de la bibliothèque impériale, Par. 1858 nr. 279; E. Babelon, Le cabinet des antiques à la bibliothèque nationale, Par. 1887 8 tab. XLV p. 145 ss. Catalogue des camées nr. 368 tab. 43; Furtwängler *Antike Gemmen* III p. 156 s. fig. 108 9. In fano Bacchico sub arboribus frondosis inter varias res sacras duae sunt mensae (cf. Studniczka *Das Symposion Ptolemaios II.* p. 163 s.) donis onustae, quarum alteri signum Cereris impositum est, alteri herma Priapi barbati.

106. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7435. Herma Priapi. Similes gemmae: Müller, Description nr. 428; Fossing, Catalogue nr. 784 tab. X. — Gisela M. A. Richter, Metropolitan Museum of art, Catalogue of engraved gems, New York 1920 nr. 176 tab. 46.

107. Furtwängler *Antike Gemmen* XXIV 68. Priapi herma thyrsum tenentis. Similis: Furtwängler *Beschreibung* nr. 7434.

108. Müller, Description nr. 429; Fossing, Catalogue nr. 785 tab. X. Priapi herma thyrsum tenentis.

109. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7433. Priapi herma pedum tenentis.

110. Walters, Catalogue nr. 2607. Gallus. pes humanus, cornucopiae, spica, Priapi herma. De vi apotropaea et fructifera huius imaginis cf. A. Blanchet, Rev. étud. anc. XXIII (1921) p. 48.

111. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7685 tab. 57. Artifex Priapi hermam dolat. Similes nr. 7686 et 7687; Fiedler *Antike erotische Bildwerke*, Veter. 1839 tab. IV 5.

112. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7691 tab. 57. Artifex calvus in opere versatur; adstat in alta columna herma Priapi.

113. Müller, Description nr. 1601; Fossing, Catalogue nr. 1744 tab. XX. Satyrus genibus nisus Priapi hermam statuit. Similis: Furtwängler *Beschreibung* nr. 7391. Cf. IV H 59. 59 a.

114. Lippert I 519, inde Furtwängler *Antike Gemmen* vol. III p. 292 fig. 153. Cf. W. Altmann *Die röm. Grabaltäre*, Berol. 1905 p. 274. Priapi herma ex flore assurgens.

115. Furtwängler *Beschreibung* nr. 6846 tab. 50. Sub arbore, quae in saxo est, Priapi herma stat.

116. P. Steiner *Xanten*, Francof. 1911 p. 132 nr. 140. Prope Castra Vetera inventa. Vir Priapi hermam veneratur columnae impositum.

117. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7640 tab. 56. Priapi herma in alta columna stat; ad sinistram mulier duabus facibus flammam in ara accendit, ad dextram vir tibiis canit.

118. Gori, Mus. Flor. I 95, 5; L. Stephani, Compte-rendu 1872 p. 166 n. 3; Reinach, Pierres gravées tab. 45; Dar.-Saglio s. v. aedicula fig. 130 p. 93. Satyrus haedum Priapo mactat, cuius herma in aedicula est saxo imposita.

119. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7645 tab. 56. Priapi(?) hermae in alta columna stanti vir haedum mactat; adstant ad s. mulier tympanum pulsans et vir tibiis canens.

120. Müller, Description nr. 1089; Fossing, Catalogue nr. 942 tab. XII. Iuxta altam columnam, cui sphinx imposita est, Priapus in aedicula stat, ad cuius aram adulescens arietem(?) mactat muliere cum cantharo adstante.

121. Stephani, Compte-rendu 1872 p. 165 ss. tab. III 15. Gemma Petropolitana a. 1871 Panticapaei empta. Vir Priapo capram sive arietem mactat, mulier vinum offert.

122. Gori, Mus. Flor. I 95, 7; L. Stephani, Compte-rendu 1863 p. 79; Reinach, Pierres gravées tab. 45. Priapo prope arborem in aedicula stanti mulier a puero comitata columbam (? cf. VII F 1 bγ) sacrificat.

123. Gori, Mus. Flor. I 94, 1; [H. H. Milman,] The works of Qu. Horatius Flaccus illustrated chiefly from the remains of ancient art, Lond. 1849, imago p. 10 ad carm. I 4; L. Stephani, Compte-rendu 1869 p. 67. 1872 p. 166 n. 3; Reinach, Pierres gravées tab. 45. Priapo columnae altae sub arbore imposito satyrus porcum sacrificaturus est, mulier haedum; alter satyrus tibiis canit, altera mulier lancem apportat.

124. v. Sacken-Kenner p. 437 nr. 473. Priapo a Baccha fructus cremantur, Silenus haedum immolaturus est.

125. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7630 tab. 56. Femina Priapo columnae satis altae imposito fructus in ara crematura est. Eiusdem argumenti sunt gemmae 7631—7635, similis gemma Florentina: Gori, Mus. Flor. I 95, 6; Reinach, Pierres gravées tab. 45 (tus in thymiaterio incenditur).

126. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7447 tab. 55. Amor Priapo columnae imposito fructus in ara cremat. Similes nr. 7446 et 7448.

127. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7450. Amor fructus Priapo sacrificat, qui in aedicula stat saxo imposita; a tergo Amoris columna conspicitur cum incerta quadam re. Cf. nr. 7449 (tab. 55), in qua gemma Priapi simulacrum in aedicula non conspicitur.

128. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3733 tab. 29. Post aram ardentem serto ornatam Priapi herma sub arbore conspicitur; a dextra qui appropinquavit Amor dextra manu vinum e cantharo flammis infundit, sinistra lancem fructuum plenam et taeniam tenet. Similes: Furtwängler *Antike Gemmen* XXIV 58, cf. vol. III p. 292; Walters, Catalogue nr. 1113 tab. XVI.

129. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7636 tab. 56. Mulier Priapo fructus sacrificat; adstat iuvenis thyrsum(?) tenens.

130. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2418 tab. 22. Vir thyrso ornatus et femina Priapo fructus sacrificaturi sunt, quos altera femina lance apportat.

131. Furtwängler *Beschreibung* nr. 8471. Priapo Baccha fructus in ara sacrificat, dum Amor tibiis canit.

132. E. Babelon, Catalogue des camées antiques et modernes de la Bibliothèque nationale, Paris. 1897 p. 53 nr. 98 tab. X. Duae mulieres Sileno tibiis canente Priapo sacrificant, cuius herma sub platano stat altae columnae impositus. Cf. gemmam p. CLs. commemoratam.

133. Ruesch, Guida p. 459. Gemma Neapolitana nr. 27665. Priapo (*sive Silvano*) mulier calathum florum plenum offert: adstant duae mulieres duoque musici, quorum alter tibiis, alter cornu (cf. VII F 1 bα) canit. Sub arbore Paniscus speculatur.

134. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3054. Amor Priapo sacrificat columnae imposito. Cf. v. Sacken-Kenner p. 438 nr. 531; Catalogue du Musée Fol II, Genavae 1875 p. 118 nr. 1761.

135. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3055. Psyche Priapo sacrificat columnae imposito.

136. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2960. Satyrus(?) Priapo sacrificaturus est.

137. Catalogue du Musée Fol II, Genavae 1875 p. 234 nr. 2429. Adulescens sacrificaturus arae Priapi columnae impositi appropinquat.

138. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2420 tab. 22. Baccha Priapo sacrificat sub arbore columnae imposito.

139. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7638 tab. 56. Mulier Priapo sacrificat: astat iuvenis tibiis canens. Similes: *Beschreibung* nr. 7644; Catalogue du Musée Fol II, Genavae 1875 p. 234 nr. 2426.

140. v. Sacken-Kenner p. 437 nr. 494. Mulier Priapo sacrificat Satyro et Pane tibiis canentibus.

141. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7451. Priapo sub arbore columnae imposito Amor sacrificat, dum alter Amor tibiis canit.

142. Catalogue du Musée Fol II, Genavae 1875 p. 236 nr. 2443. In luco Priapo sacrificatur.

143. Gori, Mus. Flor. I 95, 8; Reinach, Pierres gravées tab. 45. Priapi herma sub arbore in aedicula stat saxo imposita, cui insidet senex falcem sinistra attollens (quem ipsum Priapum esse Gorius putaverat); in ara tus accendit mulier, dum altera mulier tibiis canit.

144. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7653. Fragmentum. Priapo, qui in aedicula est saxo coronato imposita, mulier coronam floream dedicat.

145. Furtwängler *Beschreibung* nr. 3751. Amor Priapi hermam videtur corona ornare.

146. Fiedler *Antike erotische Bildwerke*, Veter. 1839 tab. IV 6. Gemma in Colonia Traiana inventa. Amor ramum hermae Priapi offert.

147. P. Steiner *Xanten*, Francof. 1911 p. 132 nr. 141. Gemma prope Castra Vetera (Fürstenberg) inventa. Satyrus taeniam Priapo offert columnae imposito.

148. Fiedler *Antike erotische Bildwerke*, Veter. 1839 tab. III 4. Gemma in Colonia Traiana inventa. Hermam Priapi mulier nuda complectitur, altera phallum ornat (sive manibus permulcet). Simile fragmentum gemmae Berol.: Furtwängler *Beschreibung* nr. 11267.

149. Furtwängler *Beschreibung* nr. 1102 tab. 13. *Antike Gemmen* XXXIII 32. Puella personam Bacchicam imberbem ante Priapi hermam in saxo ponit.

150. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7675 tab. 57. *Antike Gemmen* XLVI 5. Mulier seminuda sedens (Musa? cf. Th. Schreiber *Abhandl. Sächs. Ges. Wiss.* XXVII p. 770 n. 13) personam Bacchicam contemplatur ante Priapi hermam columnae impositum. Similis: *Beschreibung* nr. 7676.

151. Walters, Catalogue nr. 1201 tab. XVII. Fragmentum. Mulier magnam amphoram manu tenens ante Priapi hermam columnae impositum stat.

152. G. F. Gamurrini, Ann. dell'Inst. 1881 p. 59. Gemma Volsiniis inventa. Vir sedens Priapo columnae imposito amphoram libat.

153. Furtwängler *Beschreibung* nr. 6836 tab. 49. *Antike Gemmen* XLII 52. Satyrus sedens vinum ex utre in cantharum infundit; astat Priapi herma in saxo sub arbore. Similis: Müller, Description nr. 1600; Fossing, Catalogue nr. 823 tab. X; etiam Gori, Mus. Flor. I 95, 4; Reinach, Pierres gravées tab. 45.

154. R. Laur-Belart *Anz. f. schweiz. Altertumskunde* N. S. XXX (1928) p. 32 ss. fig. 9 b. Gemma I. a. Chr. n. saeculo facta Vindonissae reperta. Satyrus ex utre vinum in cantharum infundit; astat Priapi simulacrum in columna, apud quam amphora posita est. Similes: Cecil H. Smith et C. Amy Hutton, Catalogue of the collection of the late W. F. Cook, Lond. 1908 p. 32 nr. 131 tab. VI; Furtwängler *Beschreibung* nr. 7398.

155. Smith-Hutton l. c. (nr. 154) p. 33 nr. 136 tab. VI. Silenus potat saxo insidens, in cuius fastigio Priapus in aedicula est.

156. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7648 tab. 57. Ante Priapi aediculam saxo impositam sub arboris umbra Silenus ebrius in utre sedet a puella sustentatus.

157. Müller, Description nr. 355; Fossing, Catalogue nr. 802 tab. X. Silenum ebrium duo Satyri sublevare student, adstat Priapi herma in saxo sub arbore. Similes: Furtwängler *Beschreibung* nr. 3971 et 3972 tab. 30.

158. Furtwängler *Antike Gemmen* XLII 60. Gemma Petropolitana. Silenus lyra canit ante Priapi aediculam saxo impositam. Cf. similes gemmas: Furtwängler *Beschreibung* nr. 7400, 7401 tab. 55; Walters, Catalogue nr. 1584 tab. XXI; Fossing, Catalogue nr. 825 tab. X aliasque.

159. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7445 tab. 55. Amor lyra canit ante Priapi hermam columnae impositum.

160. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7639 tab. 56. Femina tibiis canit ante Priapi hermam (cum ara et arbore).

161. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7403 tab. 55. Satyrus cum tibiis in saxis sedet; ab eius tergo in columna Priapi herma est, in conspectu arbor, cui pedum ille apposuit.

162. Fossing, Catalogue nr. 824. Fragmentum. Satyrus ante hermam Priapi.

163. Furtwängler *Beschreibung* nr. 2412 tab. 22. Satyrus sub arbore sedet ante hermam Priapi, qui in alta columna sertis ornata stat.

164. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7405. Silenus cum thyrso ante Priapi hermam sedet.

165. Walters, Catalogue nr. 1562 tab. XXI. Silenus dextro bracchio herma quodam nisus ante minutum Priapi hermam basi rotundae impositum stat.

166. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7643 tab. 56. Priapi herma (non integer) in alta columna stat, cui arbor applicata est; adstat ara saxis exstructa; ad s. mulier faces duas tenens saltat, ad d. vir tibiis canit.

167. Furtwängler *Beschreibung* nr. 7641. Ante Priapi simulacrum puella tibiis canens saltat; assidet figura thyrsigeri non integra. Cf. nr. 7642.

168. v. Sacken-Kenner p. 437 nr. 495. Herma Priapi sub arbore adest Bacchanalibus.

169. Walters, Catalogue nr. 3641 fig. 75. Fragmentum. Mulier ante hermam Priapi, qui inter ramos arboris suae conspicitur.

170. Walters, Catalogue nr. 2892. Ante Priapi signum, quod in basi sub arbore est, Amor stat circumspectans.

171. Müller-Wieseler *Denkmäler* II[3] tab. 25, 272e; Furtwängler *Beschreibung* nr. 6766 tab. 49. *Antike Gemmen* XLIII 43. Venus Priapi herma nititur armis circumdato. (Phallus expressus non est.)

172. Müller, Description nr. 266; Fossing, Catalogue nr. 713 tab. IX. Ante Priapi signum columnae impositum Venus nuda stat columna nisa, in qua Amoris est signum minutum; dea speculo se contemplatur, dextra gladium vel cingulum protendere videtur, ad pedes eius crater (?) est. Cf. Walters, Catalogue nr. 3301.

173. Müller-Wieseler *Denkmäler der alten Kunst* II nr. 267; Bernoulli *Aphrodite* p. 132 et 135 s. Venus cippo nisa, cui herma Priapi impositus est, papilionem volantem face tentat, dum Amor alatus manus ad eam tollit.

174. Pierres d'Orléans II 58 (Reinach, Pierres gravées tab. 130); L. Stephani, Compte-rendu 1863 p. 138 n. 5; Furtwängler *Antike Gemmen* XLV 3. Petropoli asservatur. Taurus ex fonte bibit prope rupem, in qua Priapi aedicula cum arbore est; arae, quae paulo infra posita est, libamina canem allexisse videntur. Idem argumentum (canis tamen deest) habent hae gemmae: Furtwängler *Beschreibung* nr. 5513 (tab. 38), 5514; Walters, Catalogue nr. 2354 (tab. 28); Müller, Description nr. 1371 = Fossing, Catalogue nr. 1344 (tab. 16).

175. C. W. King, Antique gems and rings, Lond. 1872 vol. II tab. XXIX 10. Handbook of engraved gems[2], Lond. 1885 tab. LIX 5; Furtwängler *Antike Gemmen* XXX 12; Walters, Catalogue nr. 3340 tab. XXXII. Mulier nuda ex puteo, qui e saxo excisus est, aquam haurit. Saxo impositus est herma Priapi. Similis: Furtwängler *Beschreibung* nr. 7657 tab. 57.

176. Walters, Catalogue nr. 3343. Ante Priapi signum minutum, quod basi quadratae satis altae impositum sub arbore stat, mulier capram (?) mulget.

177. Müller, Description nr. 405; Fossing, Catalogue nr. 768 tab. X. Amor et Satyrus vindemiam agunt; adstat herma Priapi.

178. Furtwängler *Antike Gemmen* XLII 57. Priapi herma sub arbore saxo impositus in regione silvestri, in qua Amores venantur.

179. L. Stephani, Compte-rendu 1863 p. 236, cf. p. 234; Olck *PW* s. v. Esel col. 670. 675. Petropoli asservatur. Adulescens et maenas in asino sedent complexu venereo iuncti; adstat Priapi (nudi?) herma magnus.

Picturae

180. A. Mau, Bull. dell'Inst. 1875 p. 190; Sogliano nr. 227. Ante hermam Priapi (?) vir vestis genere ab ipso deo non ita diversus passis manibus stat.

181. A. Mau, Bull. dell'Inst. 1873 p. 245s. nr. 8. Mulier taeniam manibus tenens apud hermam Priapi stat, cuius basi fax sive thyrsus appositus est.

182. G. de Petra, Not. d. Scavi 1910 p. 143 tab. XI; H. Lechat, Rev. étud. anc. XIX 1917 p. 173s.; Reinach, Rép. peint. 237, 5; D. Comparetti, Le nozze di Bacco ed Arianna, Flor. [1921] p. 48; Spinazzola, Le arti decorative tab. 89; P. Marconi, La pittura dei Romani, Rom. 1929 fig. 41; Curtius *Wandmalerei* p. 372ss. fig. 204 et 205; Rizzo, La pittura ellenistico-romana tab. VI. Pictura prope Pompeios in villa Item detecta (in parvo conclavi iuxta oecum illum mysteriorum picturis insignem). Specus Priapi sacer, cuius herma ligneus in saxo fruticibus circumdato stat donis rusticis ornatus; velo, quod sacello praetentum erat, reiecto intraverunt Satyrus (?) cum face accensa atque Amor virgula porcum immolandum propellens. Cf. p. 26.

183. A. Mau, Bull. dell'Inst. 1881 p. 24. In litore prope varia aedificia Priapi simulacrum est, cui mulier sacrificat.

184. Mon. dell'Inst. XII tab. XXIX 2 (Ann. dell'Inst. 1885 p. 317s.); Rizzo, Dionysos Mystes p. 33s. [69s.] fig. 15; Reinach, Rép. peint. 330, 4; Rostovtzeff, Mystic Italy tab. XXII 2 p. 86s. 118. In cryptoporticu domus Tiberinae (cf. IV H 89) detecta. Mulieres caerimonias Bacchicas (revelationem?) exsequuntur; adstat herma Priapi in columna alta taenia ornata. Cf. p. 26.

185. Helbig nr. 574; P. Knapp *Jahrb. f. class. Phil.* 1881 p. 228s. Ante hermam Priapi furore divino instincti saltant, dum mulier in mulo sedens (fortasse etiam vir) lyra canit. Cf. VIII P 6.

186. E. Loewy *Festschrift zu Otto Hirschfelds 60. Geburtstage*, Berol. 1903 p. 420s. fig. 2; M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) p. 24 nr. e. In domo Tiberina. Aedificia sacra; ad dextr.

herma Priapi in saxo est. Velo hinc ad portam Fortunae sacram tento quidam hilare festum agunt.

187. A. Mau *Röm. Mitt.* V (1890) p. 240 nr. 3. Prope sacram q. d. portam sub arbore herma Priapi cum ara est; quos ad sin. pictos fuisse suspiceris adorantes nunc desiderantur.

188. A. Mau, Bull. dell'Inst. 1883 p. 80s. nr. 1. Ad rivulum prope sacellum aliquod arbor sacra est in saepto, cui appositus est herma Priapi manu rudi e ligno dolatus.

189. Mus. Borb. VI 55; Zahn III 48; Ed. Gerhard *Hyperboreisch-römische Studien* II 1852 p. 225; Jahn *Arch. Beiträge* p. 61 not.; Boux-Barré VIII tab. 24; Helbig nr. 1556; Reinach, Rép. peint. 386, 1. In regione montana templum est, cuius muro acclinatus est herma Priapi imberbis.

190. Bull. dell' Inst. 1873 p. 244; Sogliano nr. 684. In valle prope flumen ante sacellum deae cuiusdam, cui mulieres venerabundae appropinquant, simulacrum Priapi est.

191. Bull. dell'Inst. 1877 p. 134; Sogliano nr. 720. Duo cervi, ad d. herma Priapi basi impositus.

192. Helbig nr. 1585. In regione palustri varia animalia versantur; in medio prope columnam sub arbore taeniis ornata herma Priapi est.

193. H. Heydemann, Bull. dell'Inst. 1868 p. 45; Sogliano nr. 228. Prope rivulum arboribus umbrosum, ubi capri pascuntur, herma Priapi est et columna sacra vasculo coronata.

194. Helbig nr. 1356. Narcissus in fontem se proiecturus est; haud procul ad basim, in qua Bacchi signum est, herma Priapi applicatus est fructibus circumdatus.

195. A. Maiuri, Not. d. Scavi 1927 p. 24 cum fig. 6 (p. 25); Rizzo, Pitt. ellenistico-rom. p. 76 tab. CLXV. Polyphemus in saxo sub arbore columnaque sacra sedens syringis cantu intermisso Galateam respicit delphini dorso litori appropinquantem, dum procul Ulixis navis advehitur. Haud longe ab illa arbore ad ipsum mare Priapus in altissima columna est.

196. Helbig nr. 1183. *Untersuchungen* p. 103. Andromeda a Perseo liberatur; in saxo, cui virga apposita est, adstat Priapus.

197. Ed. Gerhard *Arch. Ztg.* 1843 col. 88s. tab. V 2; Zahn II 30; Jahn *Arch. Beiträge* p. 47ss., cf. p. 61 not. ad p. 60; Helbig nr. 340; Herrmann-Bruckmann tab. 52; Reinach, Rép. peint. 64, 2; Pfuhl *Malerei* § 913 fig. 669; Rizzo, Pitt. ellenistico-rom. tab. CXXIV; Marconi fig. 94. Adonis vulneratus in regione

silvestri a Venere et compluribus Amoribus curatur; in saxis herma Priapi, non procul arbor taeniis ornata, sub qua barbara illius regionis domina divina maesta sedet.

198. F. Matz *Arch. Ztg.* 1869 p. 53ss. tab. 21; Sogliano nr. 614; Reinach, Rép. peint. 194, 5. Lycurgus Bacchae vim affert; ad dextram arbor foliis nuda est, ad sinistram herma Priapi rudissimus. Cf. V B 1.

199. Sogliano nr. 596. Hermaphroditus cum Sileno et Baccha; in sin. parte herma Priapi est et ara fructibus onerata.

200. Inter hermas in zophoro quodam domus Tiberinae (cf. IV H 89) pictos (Mon. dell'Inst. XI 44—48; Chr. Huelsen, Ann. dell'Inst. 1882 p. 309ss.; Lessing-Mau tab. 9 et 10; Helbig *Führer*[3] nr. 1356; Reinach, Rép. peint. 321 ss.) unus fortasse Priapi est: Mon. tab. 46, 1; Lessing-Mau tab. 10, 1; Reinach 322, 5. Argumenta huius zophori fortasse aliqua ratione ad id genus quod nos Roman vocamus pertinent, cf. C. Robert *Herm.* XXXVI (1901) p. 364ss.; E. Loewy *Festschrift zu O. Hirschfelds 60. Geburtstage*, Berol. 1903 p. 419s.; R. Engelmann *Herm.* XXXIX (1904) p. 150ss.; M. Rosenblüth *Beiträge zur Quellenkunde von Petrons Satiren*, diss. Kil. 1909 p. 85s.; A. Hausrath *Neue Jahrb.* XVII (1914) p. 456ss.

201. Etiam inter picturas domus aureae Neronis Priapus fuit; certe Giuliano da San Gallo ad hoc exemplum inter symbola fecunditatis Priapi hermam delineavit, qui suo loco in cryptoporticu non remansit: F. Weege *Arch. Jahrb.* XXVIII (1913) p. 190ss. fig. 48 (p. 200), cf. fig. 36 (p. 191) et *Antike Denkmäler* III tab. XVI.

202. Ectypum marmoreum: Schreiber *Hell. Rel.* tab. 61; O. Crusius *Phil.* L (1891) p. 93ss. cum tab.; Roscher *Ephialtes* p. 36s.; G. Weicker *Der Seelenvogel*, Lips. 1902 p. 74 n. 3 et p. 181. Idem, Rosch. s. v. Seirenen col. 615s. fig. 8; Dar.-Saglio fig. 6472; Reinach, Rép. rel. II 301, 6; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 36. Siren libidinosa agricolam somno gravatum vexat. Iuxta quercum, a qua syrinx pendet, in saxo ara rustica malis onerata et herma Priapi.

203. Gemma: Müller, Description nr. 1510; Stephani, Compte-rendu 1877 p. 90; Furtwängler *Ant. Gemmen* XXIV 59; cf. vol. III p. 203. 264. 292; Cook, Zeus II p. 645 fig. 563; Fossing, Catalogue nr. 504 tab. VII. Non integra. Priapus semen apud puteum quendam effundit, in cuius margine pavo assidet; ad-

volat seminis avidus papilio. De hoc argumento, quod Furtwängler cum vasculo Berolinensi nr. 1684 comparavit, cf. G. Weicker *Der Seelenvogel* p. 2 n. 4. p. 30 n. 4; O. Waser *Arch. f. Religionswiss.* XVI (1913) p. 383 s.; O. Immisch *Glotta* VI (1915) p. 193 ss.; H. Güntert *Kalypso*, Hal. Sax. 1919 p. 219 s., infra VI D 3.

I.

Priapi caput vel superiorem corporis partem ab artificibus nonnumquam seorsum expressam esse consentaneum est, quamquam in huius modi operibus certa vix umquam appellatio est [1]; dubia plerumque etiam fragmenta minora sunt. Tamen nr. 1—6 propter tegumenti genus orisque lineamenta barbarorum similia recte Priapi nomini addici puto: nr. 7 facile agnoscitur, nr. 8 phallus servatus est. Cf. praeterea IV A 1. C 17—20.

1. Caput marmoreum: F. Poulsen, Tillæg til katalog over Ny Carlsberg Glyptoteks antike kunstværker, Haun. 1925 p. 82 s. nr. 470 b. Tillæg til billedtavler af antike kunstværker, ibd. 1915 tab. IX. Dubito de capite nr. 470 c.

2. Caput marmoreum ex exemplari aetatis hellenisticae satis antiquo expressum: Arndt-Amelung nr. 2040 41 (Amelung).

3. Capita marmorea Priapi et maenadis inter se coniuncta, quae olim in unius hermae formam exisse videntur: [Conze] *Beschreibung* nr. 249; Cook, Zeus II p. 392.

4. Pars superior corporis aenea: C. C. Edgar, Greek bronzes (Catal. gén. des ant. égypt. du musée du Caire XV), Le Caire

[1] Velut incerta sunt haec capita: Benndorf-Schöne nr. 542 (Jessen col. 2982; Arndt-Amelung nr. 2249); Ruesch, Guida p. 75 s. nr. 250; [R. Heberdey,] Forschungen in Ephesos I (Vindob. 1906) p. 180 fig. 126 cf. H. Winnefeld, Priene p. 344 fig. 403); Maionica *Führer* p. 51 nr. 23. p. 53 nr. 33 (Brusin p. 132 nr. 11); H. B. Walters, Catalogue of the silver plate in the British Museum, Lond. 1921 nr. 138 tab. XXII. Abstinui etiam ab hermis Arndt-Amelung nr. 1786 87 (E. Hübner *Die antiken Bildwerke in Madrid*, Berol. 1862 nr. 572; Jessen col. 2982); 1960; ser. XII col. 73 nr. 116 (Morelli-Fea-Visconti, La villa Albani descritta, Rom. 1869 p. 21 nr. 116), item ab hermis Berolinensibus [Conze] *Beschreibung* nr. 567 s. Cf. praeterea Jahn *Ber.* p. 239 n. 82; Friederichs *Kleinere Kunst* nr. 1485 s.; Walters, Catalogue of the engraved gems nr. 1656. Bacchi certe sunt haec capita: H. Stuart Jones, The sculptures of the Palazzo dei Conservatori, Oxon. 1926 p. 221 nr. 13 tab. 83; B. Ashmole, A catalogue of the ancient marbles at Ince Blundell Hall, Oxon. 1929 nr. 127 tab. 1; W. Helbig, La Collection Barracco, Mon. 1893 p. 49 tab. LXVI 2 ([G. Barracco,] Catalogo del museo di scultura antica, Fondazione Barracco, Rom. 1910 p. 34 nr. 177; S. Bocconi, Museo Barracco, Rom. 1928 p. 21 nr. 177; Jessen col. 2982).

1904 nr. 27826 tab. VII. Ornatus fuit hac imagine pes tripodis, ad quem Edgar etiam Panem nr. 27825 revocavit.

5. Fragmentum ectypi marmorei hellenistica aetate confecti: Gerhard *Antike Bildwerke* tab. 306, 1; W. Amelung *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums* vol. I (Berol. 1903) p. 357s. nr. 70 tab. 38. Cf. Furtwängler *Sammlung Sabouroff* ad tab. 127. Priapo Hermaphroditus(?) sub palma taeniis ornata speculum praebet.

6. W. Kubitschek et E. Loewy *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* III (1879) p. 167 nr. 14. Fragmentum simulacri ex lapide arenaceo facti, quod Zagrabiae in museo asservatur. Supersunt caput et pectus vestitum.

7. Rhyton figlinum Piraei anno 1884, ut Iac. Dragatses testatus est, in sacro Dionysiastarum (cf. W. Judeich *Topographie von Athen*,[2] Monac. 1931 p. 451) inventum ad phalli formam figuratum, ita quidem, ut glande nudata capitis calvities, praeputio corona (cf. V D 2), ea denique parte quae sub glande est facies Priapi repraesentetur: Keramopullos, *Ὁ ἀποτυμπανισμός* p. 128ss. fig. 21. Cf. J. de Witte, Description de la collection d'antiquités de M. le vicomte Beugnot, Par. 1840 p. 88 nr. 180.

8. Furtwängler *Beschreibung* nr. 6845 tab. 50. Fragmentum gemmae. Pars superior Priapi.

K. Priapus gallinaceus.

1. Ectypum marmoreum: Gerhard-Panofka p. 457 nr. 5; Famin tab. 54: Roux-Barré VIII tab. 25; Fiorelli, Racc. porn. p. 7 nr. 45; Helbig *Wandgemälde* nr. 1554; Reinach, Rép. peint. 367, 7; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 272. Hermam gallinacei ithyphallicum adorant tres aviculae feminae (pavo sive olor, anser, anas sive gallina Numidica), cf. VII F 4a. Iudicium Paridis derideri Welcker, Ann. dell'Inst. 1845 p. 194 = *Alte Denkmäler* V p. 418 (item J. Overbeck *Gallerie heroischer Bildwerke der alten Kunst* I (Brunsv. 1853) p. 247), putaverat; dubitavit L. Stephani, Compte-rendu 1863 p. 44. Rectius etsi severius Famin dixerat: *La pensée de l'artiste n'est pas difficile à saisir; elle découle de ce principe que tout dans la nature rend un hommage au pouvoir générateur.* Apparet religionem humanam derideri ad animalia libidinosa translatam (VII E 1); animalia hominum partes agentia Aegyptii iam pridem iocosis imaginibus proposuerant (Rubensohn *Arch. Anz.* 1929 col. 212ss., cf. etiam Allan Ball, Art and archaeology III (1916) p. 98ss. 153ss.). Cf. etiam Olck

PW s. v. *Ente* col. 2645. *Gans* col. 729; O. Keller *Die antike Tierwelt* II p. 138. 231.

2. Figura aenea: Beger, Thesaurus Brandenburgicus III 266; Friederichs *Kleinere Kunst* p. 422 nr. 1972b; O. Keller *Die antike Tierwelt* II 593 n. 113. Priapus, cuius caput ad gallinacei similitudinem redactum est, tintinnabulum sinistra tenuit (nunc deperditum), dextra marsupium habet phallis olim oneratum; ab ingenti membro ipsius qui suspensi erant minores phalli nunc desiderantur. Haec figura num genuina sit, Friederichs valde dubitat.

3. Caput aeneum ad galli similitudinem redactum ex simili figura Priapi reliquum: Friederichs *Kleinere Kunst* p. 422 nr. 1972.

4. Pars superior figurae aeneae: J. de Witte, Description de la collection de M. le vicomte Beugnot, Par. 1840 p. 121 nr. 354: *Priape ithyphallique, représenté à mi-corps, la tête surmontée d'une crête de coq. Ce bronze est muni d'une bélière.*

5. Braun, Bull. dell'Inst. 1845 p. 26: *In ultimo fu ammirata una testa priapea pure di pasta che imita una pietra in sardonica. Il carattere lascivo di questo capo è espresso mercè i bargigliani e la cresta di gallo.*

6. Daemona gallinaceum venereum in papyro magica depictum (Papyri Osloenses fasc. 1 Christ. 1925 ed. S. Eitrem col. III p. 7. 54s. tab. III; K. Preisendanz, Papyri graecae magicae II (Lips. et Berol. 1931) p. 165 tab. III 18) phallis instructum esse suspicatur K. Preisendanz *PhW* 1926, 403 (cf. *Deutsche Literaturztg.* 1925, 1707; E. Peterson *Theol. Literaturztg.* 1926, 509).

Non genuinus videtur Σωτῆρ κόσμου ille: Michaelis Angelus Causeus, Romanum Museum, Romae 1746, tom. II sectio VII tab. I p. 100 (in textu tab. II). Cf. IG XIV p. 13* nr. 116*.

V. De Priapi simulacris

A. De materiis simulacrorum.

Cf. p. 4s. 8s. 17. 28ss. 33.

1. Ut ex truncis arboreis olim Priapus originem duxit (cf. V B1), ita posterioribus temporibus simulacra eius saepe ex ligno fiebant, scilicet ea potissimum, quae ruri ponebantur: Priap. 6. 10. 25. 43. 56. 63, 12. 73. 83, 17. 84; Colum. X 31s.; Mart. VIII 40; Sidon. carm. 23, 156; IV D 75. Arbor *antiqua* (Colum. l. c.) ob eam rem maxime idonea videbatur, quod longis annis religio ei accesserat (cf. VII F5b); irridet Vergilius (cf. sub c).

Ligneus deus cum aliis (VII A 1), tum Horatio sat. I 8 risui fuit, quippe qui deus factus esset, cum scamnum fieri posset (cf. Priap. 10; V B 1):

> Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
> cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
> maluit esse deum. deus inde ego etc.

Facetias Horatianas in suum usum contulerunt Lactant. div. inst. II 4, 1 ss. et Hieron. comm. in Is. XII 44 (Patr. lat. ed. Migne vol. XXIV col. 437 s.); cf. B. de Borries, Quid veteres philosophi de idololatria senserint, diss. Gott. 1918, 102.[1]

a) Ut autem *non ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi* (Apul. apol. 43; cf. Iambl. vita Pyth. 34, 245 p. 171, 6 ss. N.), ita Priapus ex trunco ficulneo solet fieri: Hor. sat. I 8, 1 et 47; Theocrit. epigr. 4, 2; Incert. Anth. Plan. 86, 3; cf. Mart. VI 49 (Prinz *Martial* p. 17).

Prima huius rei causa, quam tempore longo oblitteratam esse nemo mirabitur, inde mihi repetenda videtur, quod fructus eius arboris fecunditatis erant pignus, cui mala repellendi vis inerat vetusque cum rebus venereis necessitudo intercedebat (cf. quae nuper de hac re testimonia collegit V. Gebhard *Die Pharmakoi in Ionien und die Sybakchoi in Athen*, diss. Mon. 1926, 69 s.); solent autem quae fructuum propria videntur, ad ipsas arbores transferri. Hac igitur de causa ut omnino ficum ad Bacchum pertinere putabant, ita nonnumquam etiam simulacra eius de ligno ficulneo dolabant (cf. Ath. III p. 78 C); maximi vero momenti est, quod phalli, quos quotannis novatos in pompis gerebant, aut ipsi ficulnei erant aut qui de corio erant facti hastilibus ficulneis praefigebantur (cf. Gruppe p. 786 n. 5; De dis Atticis p. 54). Facile igitur intellegitur, cur eandem materiam Priapo inde ab omni antiquitate convenisse dicamus. Accedebat tamen, ut lignum ficulneum, cum *in sculpturis facilitatem* haberet (Plin. nat. hist. XVI 209, cf. G. Zoega, De origine et usu obeliscorum 229 n. 16 et interpretes ad Horat. sat. I 8, 1 ss.), ad facultates rudium artificum accommodatissimum esset, quamobrem et antiquissimis temporibus id praecipue in usu fuisse haud temere conicias et postea etiam a pauperibus dei ficulnei parva impensa emebantur vel rudibus ipsorum manibus conficiebantur

[1] Similiter Graeci iam satis antiquis temporibus de simulacris deorum iudicaverunt, cf. et alios et J. Geffcken *Arch. f. Rel.* XIX (1916/19) 288 s.

(cf. V B 1 p. 167). Sane ob eam ipsam causam *inutile* fuit hoc lignum (cf. tamen H. Blümner *Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste* II (1879) 269), atenimvero Priapus ne eo contentus non esset nemo timebat, poetaeque hac ipsa re ansam iocandi nacti sunt. Ipse Maecenas sollemnem morem secutus quod in hortis suis ponere debebat simulacrum Priapi e trunco ficulneo fieri iussit, qui cum aliquando diffissus mane inventus esset, Horatius iocose quomodo id factum esset explicavit; simili aliquatenus ioco Priapei 48 auctor rorem sive pruinam matutinam, qua mentula maderet, obscaenius interpretatus est. Cf. etiam Priap. 26 (V B 2) et 76 (V D 2). Ligni aridi asperitatem nonnumquam artifices exprimunt, cf. praecipue IV II 59 a. 64.

b) Falcem salignam Verg. georg. 4, 110 eumque imitatus Copae auctor v. 23 Priapo dant nec tamen cetera de alia materia fieri fingunt. Salix, inferorum propria arbor atque a rebus venereis satis aliena (cf. et alios et Plin. nat. hist. XVI 110; Porphyr. de Styge ap. Stob. IV 36, 23), cum propius ad Priapum non pertinuerit, ob eam rem in simulacris eius dei fingendis videtur usurpata esse, quod eius lignum non minus quam lignum ficulneum *in sculpturis commodam praestabat tractabilitatem* (Vitruv. II 9, 9; Plin. nat. hist. XVI 209; Pallad. XII 15, 2) ideoque rusticis fabricis imprimis idoneum fuit (cf. Blümner l. c. p. 293 s.).

c) Materiam minimo pretio minimaque opera constare eorum intererat, qui ex populo arida (Verg. Priap. 85, 2) vel ex quercu arida (Verg. Priap. 86, 3) simulacra Priapi exsculpebant (cf. p. 163). Lignum enim populeum omnino cum saligno eodem loco numerabatur (cf. locos sub b commemoratos); de quercu (quam tamen aridam usui non fuisse consentaneum est) saepius simulacra deorum fiebant (Paus. VIII 17, 2, cf. Blümner l. c. p. 263). Etiam pirus, de qua deum sibi dolatum esse Flavianus gavisus est (carm. in Flavianum 48, cf. V B 1), artificibus idonea erat (cf. Blümner p. 250) eademque fecunda (cf. O. Gruppe *Arch. f. Rel.* XV (1912) 375 s.).

d) Praeter morem (falso Gruppe p. 788) de viva cupressu factus magnis verbis Priapus gloriatur apud Mart. VI 49, 1—6:

> Non sum de fragili dolatus ulmo,
> nec quae stat rigida supina vena
> de ligno mihi quolibet columna est,
> sed viva generata de cupressu:

quae nec saecula centiens peracta
nec longae cariem timet senectae.

Similiter apud eundem VI 73, 5—8:

Aspice quam certo videar non ligneus ore
nec devota focis inguinis arma geram,
sed mihi perpetua numquam moritura cupresso
Phidiaca rigeat mentula digna manu.

Lignum cupressi, cum odore excelleret atque per longum tempus duraret (*χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι* Theophr. hist. plant. V 4, 2), plurimi aestimabatur et ad deorum simulacra maxime erat idoneum, cf. V. Hehn *Kulturpflanzen und Haustiere* Berol. 1870, 192 ss. (^{8} 1911, 286 ss.); Blümner l. c. 257 s.; F. Boehm, De symbolis Pythagoreis, diss. Berol. 1905, 31 s. 35 s.; Gruppe 788 s. n. 6.

2. Fiebant simulacra Priapi etiam ex aliis materiis:

a) ex auro: IV E 67 (cf. etiam 35). VII B 2 k.

Hist. Apoll. reg. Tyr. 33: *habebat* (sc. *leno*) *Priapum aureum gemmis et auro reconditum*. Cf. recensionem alteram in editione Riesii infra repetitam: *Priapum aureum habebat et gemmis et unionibus paratum* (i. e. *ornatum*, cf. francogallice *parer*).

Verg. buc. 7, 35 s.:

nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu,
si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

Ceterum quanto pretiosior materia erat, tanto plus virium magicarum in ea esse credebant. Lenoni sane peculiaris ratio cum auro erat.

b) ex argento: IV D 18. 18 a, cf. E 19.

c) ex aere: Prudent. contra Symm. 1, 102. Cap. IV passim (etiam F 8). — ex aere inaurato: IV E 15.

d) ex marmore: Verg. buc. 7, 35; Mart. VI 72, 4. Cap. IV passim. Marmoris color apparet in herma, qui in pictura est IV E 49.

e) ex aliis lapidibus: IV D 12 etc.

f) ex argilla: Cap. IV passim.

g) ex osse: IV E 14.

h) ex vitro, ut potoriorum vicem obtinerent: Iuven. 2, 95. Hunc *vitreum Priapum* scholiasta et multi interpretes nostra aetate (cf. A. Kisa *Das Glas im Altertume*, Lips. 1908, III 771 s.) non bene penem intellegunt, nam ipsius Priapi imaginem talia potoria referre poterant, ita ut ex membro eius *quasi fellatores*

(Friedländer ad h. l., cf. Mart. XIV 70) vinum traherent (cf. etiam Priapum Vettiorum IV H 1); potuit tamen etiam vas ad phalli formam figuratum Priapi facie distinctum esse, quale est ξυτόν IV I 7. Cf. Keramopullos, Ὁ ἀποτυμπανισμός p. 128ss., etiam W. Deonna, Genava VI (1928) 71 nr. 44 cum n. 5. De *phallovitrobulis* q. d. imperatoris Commodi (Capitolin. vit. Pert. 8, 5) cf. E. Hohl in editione: S. Reinach, Amalthée II (1930) 162s.

i) ex siligine: Petron. 60, 4; Mart. XIV 70 (69).

De operibus pistoriis figuratis cf. Lobeck, Aglaophamus 1050ss.; F. Liebrecht *Zur Volkskunde*, Heilbronn 1879, 436ss.; L. Friedländer *Sittengeschichte*[9] I (1919) p. 290 n. 3; Stengel *Kultusaltertümer*[3] p. 99s. 232. 241; H. Diels *Zeitschr. f. vergl. Sprachforsch.* XLVII (1916) 193ss.; Orth *PW* s. v. Kuchen; E. Hammarstedt *Reallex. der Vorgesch.* s. v. Gebildbrot; F. Dölger *Antike und Christentum* I (1929) 130ss. (imprimis 138).

B. De universa simulacrorum facie.

Cf. p. 4s. 16. 22s. 31. 33.

1. Rude lignum, ex quo simulacra Priapi fiebant (Priap. 10, cf. 25; Colum. X 31s.; Mart. VIII 40), rudi artificio dolabatur: Priap. 10. 43, 4. 63, 10. 85, 1. 86, 3; Colum. X 31; Incert. Anth. Plan. 86, 3s., seu ipsi rustici (sive piscatores; Arch. Anth. Pal. X 8, 4) operam in hac re ponebant, qui omnibus temporibus libenter suorum deorum sibi ipsi finxerunt imagines (cf. Plat. Phil. 38C/D et quae ad hunc locum adnotavit Wilamowitz *Platon* II 416 n. 1), seu faber (IV H 111, cf. 112) exercitatiore manu, sed animo neglegentiore negotium conficiebat, velut Priapus ille Horatianus sat. I 8, 1—3 hoc modo de se ipse praedicat:

> Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
> cum faber, incertus scamnum faceretne Priapum,
> maluit esse deum.

Cf. Priap. 10 et quae de Virio Nicomacho Flaviano, qui sub Eugenio (annis 392—394) antiquam religionem summo ardore restituere conatus est (cf. p. 33), in carmine codicis Parisini 8084 v. 46ss. legimus (edd. Th. Mommsen [-M. Haupt-P. Krüger] *Herm.* IV (1870) 350ss., cf. Seefelder *Abhandlung über das carmen adversus Flavianum*, progr. Gmünd 1901; O. Barkowski, De carm. adv. Flav. anonymo [Diss. Regimont. 1912] 40ss.):

Sacratus vester urbi quid praestitit, oro?
qui hierium docuit sub terra quaerere solem;
cum sibi forte pirum fossor de rure dolasset,
diceret esse deum comitem Bacchique magistrum;
Sarapidis cultor, Etruscis semper amicus.

47 *quid* cod. corr. Krüger. *hierium* quid sit non satis certum. 48 *pyrum* cod. corr. Krüger. 49 *diceretque* cod. corr. Ellis; *que* servatur a Seefeldero (p. 44), sed facile irrepere potuit propter alterum *que*, quod ipsum tamen testimonio est scriptorem hanc voculam liberius a poetis collocari non ignoravisse; modus in enuntiatis relativis coordinatis aliis quoque locis variat (Seefelder p. 16). Falso Barkowski fossorem pro subiecto habuit. *bhaccique* (deleto *h* post *b*) cod. corr. Krüger.

Priapum v. 48 s. significari Haupt et M. Ihm *Mus. Rhen.* LII (1897) 210 n. 5 (etiam Gruppe 1413 n. 6), intellexerunt, quamquam ille iniuria Bacchi ministrum ex magistro fecit: hoc enim ex Petronio 133, 3 v. 5 (cf. v. 1) poeta sibi sumpsit (cf. III E 3. VIII G), quem diligenter legit (Ihm l. c. p. 210 s.; cf. imprimis v. 71); unde apparet Seefelderum p. 44 s. minime recte hos versus ad Mithrae cultum rettulisse, de quo cum v. 47 actum sit, v. 48 poeta (ut v. 50) novam rem aggreditur. Cf. VIII A 4. Ceterum priorem partem v. 49 ex Horat. sat. I 8, 3 expressam esse (Barkowski 42) magis credo quam ex Priap. 10 (Ihm l. c. p. 210 n. 5); Colum. X 31 poetam v. 48 imitatum esse haud probabile est (cf. Seefelder p. 45).

Talia igitur simulacra ridebantur ac nullius erant pretii, cf. Petron. 137, 6: *ecce duos aureos pono, unde possitis et deos et anseres emere* (sic recte editiones Pithoeana et Tornaesiana; *et duos anseres* cod. Scaligeranus Leid.). Iure igitur Priapus gloriatur apud Mart. VI 73, 1—2:

Non rudis indocta fecit me falce colonus:
dispensatoris nobile cernis opus.

Sane elegantioris artis monumenta inter imagines capite IV enumeratas non desideras, quamquam haud pauca incuriosius vel imperitius facta esse dicas; lignea vero simulacra, quae ruri sub love stabant, magis minusve rudia in ectypis picturisque ubique videmus et quibusdam figuris aeneis expressa invenimus (cf. p. 133. 170). Nonnumquam tamen etiam politiora vel pretiosiora simulacra sub divo videntur constituta esse (Mart. VI 72; IV E 49; cf. infra). Plerumque autem ruri fuerunt, qualia describuntur a Theocrito epigr. 4, 2 ss.:

σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον
τρισκελὲς αὐτόφλοιον ἀνούατον, ἀλλὰ φάλητι
παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.

Similis Priapus piscatorum apud Arch. Anth. Pal. X 8, 1—4 est:

Βαιὸς ἰδεῖν ὁ Πρίηπος ἐπαιγιαλίτιδα ναίων
χηλήν, αἰθυίαις οὔποτ' ἐναντίβιος,
φοξός, ἄπους, οἷόν κεν ἐρημαίῃσιν ἐπ' ἀκταῖς
ξέσσειαν μογερῶν νίέες ἰχθυβόλων.

Fuit igitur Priapus *truncus forte dolatus* (Colum. X 31, cf. carm. in Flavianum 48) vel *sacer stipes* (Sidon. carm. 23, 156) ut olim Vertumnus (Propert. IV 2, 59) atque Lares (Tibull. I 10, 17), antiquae simplicitatis posteriorum temporibus testis ex illis, quae *δαίδαλα* olim vocabant incondita prisca *ξόανα* (Paus. IX 3, 2), velut superstes (cf. p. 31): certo inter deos numerandus est *falce, non arte politos*, quos Culicis auctor v. 86 ruri significat coli (cf. etiam *truncum dolamine effigiatum* ap. Apul. flor. 1). Nimirum a rusticis non ea quae fabrorum propria fuit *σαίρη* (cf. Blümner *Technologie* II 213) exsculpebatur, sed falce rustica, quam etiam ab antiquis adhibitam esse sibi fingebant (Propert. l. c., cf. etiam Eur. Cycl. 394): Mart. VI 73, 1. Nec magis ad elegantiam artis idonea fuit *ποιμενικὴ ξοίς* apud poetam incertum Anth. Plan. 86, 4 aut *rustica securis* apud Verg. Priap. 86, 3. Quod autem a Theocrito describitur simulacrum modo perfectum adeo non expoliverant, ut *αὐτόφλοιον* relinquerent (cf. Philipp. Anth. Pal. VI 99, 1).

Neque trunci formam naturalem semper apte ad humanam similitudinem redigere poterant, quare Priapus *incerto ore* solet esse (cf. Mart. VI 73, 5); quin etiam *φοξός* apud Archiam est, *ἀνούατος* apud Theocritum — quamquam ut mentula (seu affixa seu ex ipso ligno enata vel edolata, cf. V C 3 p. 177 s.) satis conspiceretur, maxime omnibus erat curae (*ἀλλὰ φάλητι παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν*). Quam saepe ingentem finxerunt, cum ipsum Priapum tam minutum facere solerent, ut iuncus eius staturam superaret (Incert. Anth. Pal. X 9, 1): *βαιὸς ἰδεῖν* apud Archiam est, qualem videmus in imaginibus IV H 69. 80. 165. 176 aliisque multis; Theodoret. Graec. aff. cur. III 84 (cf. I 111) haud male deum Lampsacenum denotavit: *τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ζῴδιον, τὸν Πρίαπον* (*πρίαμον* B[1], *πρίηππον* V) *λέγω, μετὰ τοῦ μεγίστου καὶ τετιμένου μορίου τιμώμενον.* Apparet autem brevitatem simulacrorum vulgarium ad veterum temporum consuetudinem revocandam esse, cum apud Graecos inde a VII. saeculo exeunte quae sollemniter colebantur simulacra figura humana minora fere non fuerint (Val. Müller *PW* s. v. Kultbild vol. suppl. V col. 494. 496). Quantopere autem materiae formam manus rusti-

corum secuta sit, figura Gallica testimonio est, qua rude simulacrum ligneum videtur aere expressum esse (IV H 53)[1], et herma in imagine IV H 198 pictus. Etiam in theca Praenestina (IV H 92) truncus, cui phallus infixus est, facile agnoscitur, qua imagine mihi confirmari non videtur, quod Furtwängler *Kleine Schriften* I 164 posuit truncum e duobus lignis esse compositum, quibus tertium accederet lignum phalli loco insertum. Ceterum cf. quae p. 133 dixi. Haud temere igitur macies, qua nonnullae imagines Priapi conspicuae sunt (cf. V E 1), ab hac origine figurae eius derivari potest. Neque mirum quod eum semper fere stantem videmus (cf. Priap. 14, 8); Phyromachus tamen genibus nixum fecit (IV B). Quod vero Priap. 83, 6 ss. sub arboris coma ruber sedere cum rubente fascino solere dicitur, minus habitus dei quam desidiosa eius requies significari videtur; Wernicke p. 103 collato Priap. 63, 1 *sedere* interpretatus est *sedem figere*.[2]

Nativa autem ut ita dicam hermae forma deo fuit e trunco arboreo orto (cf. Ed. Gerhard *Hyperboreisch-römische Studien* II (Berol. 1852) 272 s. n. 148): εὐστόρθυγξ igitur a Crinag. Anth. Pal. VI 232, 7 (cf. M. Rubensohn, Crinagorae Mytilenaei epigrammata, Berol. 1888, 47) vocatur et μονοστόρθυγξ a Zona ibd. 22, 5 (quod vocabulum scholiasta quidam ita explicavit: ἐπὶ ἑνὶ ποδὶ ἱστάμενος et rursus: στόρθυγξ σημαίνει πᾶν τὸ εἰς ὀξὺ καταλῆγον· σημαίνει δὲ καὶ ἀκρωτήριον καὶ τὸν ὀδόντα καὶ τὸν

[1] Ceterum clavo hoc simulacrum defixum est, ut numen in eo detineretur, cf. Clotilde Mayer *Das Öl im Kultus der Griechen*, diss. Heidelb. 1917, 41; at clavi, qui in inscriptionibus Deliacis commemorantur, huc non pertinent, cf. R. Vallois, Bull. corr. hell. XLVI (1922) 101 s.

[2] Ad Priapum non certo referri possunt imagines ithyphallorum sedentium velut Reinach. Rép. stat. III 22, 7; cf. W. Deonna, Genava VI (1928) p. 70 nr. 34). Thordae *Priapus* q. d. inventus est hoc habitu insignis (J. F. Neigebaur *Dacien*, Kronstadt 1851 p. 209 nr. 75). Cf. IV B 3 p. 100 — Hoc loco commemorare liceat Gregorium Magistrum, qui XII. sive XIII saeculo mirabilia Romae conscripsit, puerum spinam pedi extrahentem pro Priapo habuisse, cum his verbis opus illud mirificum enarraret (ed. G. McN Rushforth, Journ. rom. stud. IX (1919) 49): *De ridiculoso simulachro Priapi. Est etiam aliud eneum simulacrum valde ridiculosum quod Pria⟨pum⟩ dicunt. qui dimisso capite velud spinam calcatam educturus de pede, asperam lesionem pacientis speciem representat. cui si dimisso capite velut quid agat exploraturus suspexeris, mire magnitudinis virilia videbis.* Apparet ne hunc quidem virum tanto artis antiquae studio incensum plane ab sua aetate alienum fuisse. Cf. Rushforth p. 23 s.; F. v. Bezold *Das Fortleben der antiken Götter im mittelalterlichen Humanismus*. Bonn. et Lips. 1922, 51; M, Manitius *Ph W* 1925, 939.

πόδα, ὡς ἐνταῦθα μονοσιόρθυγγα τὸν μονόπουν· οὕτως γὰρ κατεσκεύαζον τὸν Πρίηπον, cf. Meineke in editione Bucolicorum[3] Berol. 1856 p. 401): atque aptissima irrisione ab Archia *ἄκως* dicitur[1], quoniam minus consilio ac ratione quam insciti piscatorum pedes omissi videbantur. Sed haec ipsa hermae forma, quam ad rudimenta artis tam accommodatam fuisse apparet, ab artificibus paulatim mirifice exculta est, quin etiam eorum simulacrorum, quae ruri constituebantur, scapus haud raro ita edolabatur, ut commode admodum atque concinne attenuaretur sive etiam aequabilitate quadrata descenderet (IV D 94; cf. p. 134; nonnumquam etiam ornatus videtur (IV H 74) saepiusque basi impositus est affabre factae (VII B 1 h).

Tamen mox ut bracchia effingere et superiorem corporis partem magis exprimere conati sunt, ita infimam partem imaginis humanam similitudinem referre voluerunt: igitur priusquam elegantiorem statum componere discerent, pedes arte inter sese compressos fecerunt, ita ut per directum lineamenta corporis deorsum ducerentur (cf. V E 2). Sunt quidam hermae, quorum femina cruraque inter se distincta scapo finiuntur (IV E 81, cf. 47. 48. 58. H 51); figurae aeneae IV E 44 truncus in scapum abit, pedes tamen infra apparent. Videtur igitur *pede claudus utroque* (CLE 269, 1 cf. VI B 4a) deus non modo hermae specie figuratus dici potuisse (sic cum Buechelero Wissowa *Rosch.* s. v. Terminus 382), sed etiam tota figura expressus, quippe qui ne sic quidem loco se movere potuerit neque pedibus artissime inter se applicatis Daedaleae illius artis (Plat. Euthyphr. 11 B E) satis particeps fuisse videatur.

Τρισκελές vero cur Theocritus simulacrum Priapi dixisset, varie viri docti explicaverunt. Atque Meinekius quidem in editione Bucolicorum[3] Berol. 1856 p. 400 s., cum hoc vocabulum usitato sensu accipi posse negaret, nihil differre a *περισκελής*, *praedurus*, arbitratus est. Ceteri rectius tria *σκέλη* reperiri posse putaverunt: Wilamowitz igitur *Textgeschichte der Bukoliker* 199 n. 1, tripedi scabello simulacrum impositum esse putavit; G. Zoega autem, De origine et usu obeliscorum p. 229 cum n. 16, *figuram bifurcam* significari censet, scilicet *lignum bifurcum ad obscoenam humanae formae similitudinem inscite dolatum*, ita ut phallo truncique partibus et superiore et inferiore tria quasi *σκέλη* confi-

[1] Cf. Xenocrat. Anth. Plan. 186. Serio hoc vocabulum de hermis Cornut. 16 dicit, cf. e. g. Paus. IX 40, 3.

ciantur: similiter iudicavit Ad. Furtwängler, Ann. dell'Inst. XLIX (1877) 223 = *Kleine Schriften* I 164 (nisi quod truncum duobus lignis constare putavit, cf. p. 170).[1] At hac ratione cum tria *σκέλη* translate dicantur, non satis ioci verbo *τρισκελής* inesse mihi videtur: ergo in scapo duo *σκέλη* quae proprie dicuntur expressa fuisse putaverim. Quibus cum iam tertium *σκέλος* addendum esset, diu mecum reputavi, num forte phallus longe demissus tertio loco numerari posset; nunc vero id praestare mihi videtur, ut tertium *σκέλος* ioco ramum haberi arbitrer, quo simulacrum fulciebatur, cuiusmodi adminiculum natibus olim applicatum fuit figurae figlinae muliebris, quam Keramopullos, *Ὁ ἀποτυμπανισμός* p. 124 imagine 20 expressit.

2. Prisco more simulacra Priapi rubro colore illinebantur, cf. W. Schwartz *Zeitschr. für Ethnol.* VI (1874) 170; F. Liebrecht *Zur Volkskunde*, Heilbr. 1879, 395 s.; J. G. Frazer ad Paus. II 2, 6 (vol. III p. 20 ss.). The golden bough[3] I 2 Lond. 1911, 175 s.; H. Berkusky *Zeitschr. d. Ver. f. Volkskunde* XXIII (1913) 255; Eva Wunderlich *Die Bedeutung der roten Farbe im Kultus der Griechen und Römer*, RGVV XX 1, Giss. 1925, 62.

Vocatur igitur Priapus a poetis ruber (Priap. 1, 5. 26, 9; Tibull. I 1, 17; Ovid. fast. 1, 400. 415. 6, 333) vel rubicundus (Ovid. fast. 6, 319), ut pictus esse dicitur in imagine IV H 35. Neglectus vero inter arva iacens pallidus est (Priap. 83, 16), cf. Priap. 26, quo carmine iocose hic color explicatur (cf. V A 1 a p. 165).

Praecipue autem membrum rubrum dicitur (Hor. sat. I 8, 5) vel rubens (Priap. 83, 8) vel rubricatum (Priap. 72, 2).

Falso apud Ovid. fast. 1, 400 *quique rubro pavidas* (*qui rubroque avidas* D et al.) *inguine terret aves* scriptum est in codicibus deterioribus et manu recenti in A. Cf. III C 1 p. 80.

His testimoniis etsi probari non potest (quod voluit Wernicke p. 78, item Maggi p. XVI) saepius non totum simulacrum, sed mentulam solam coloratam esse, id tamen satis confirmatur in phalli rubore maximum fuisse momentum, sicut aliorum deorum facies potissimum illinebatur, imprimis Bacchi (Paus. II 2, 6. VII 26, 11. VIII 39, 6; cf. M. Mayer *Ath. Mitt.* XVII (1892) 446) atque asseclarum eius; hoc vero quoniam non modo apud Romanos,

[1] Hac ratione Preller explicare studuit, cur hymn. Hom. Merc. 530 virga furcillata Mercurii *τριπέτηλος* diceretur, cf. F. J. M. De Waele, The magic staff or rod in Graeco-Italian antiquity, diss. Noviomag. 1927, 48 s. 77. Revera proprio sensu hoc vocabulum accipiendum videtur.

verum etiam apud Graecos in more fuisse constat. Priapum quoque iam apud Graecos rubricatum fuisse haud temere concimus. Recte autem post alios E. Wunderlich rubro colore homines phalli divini potentiam augere voluisse putavit et positivam et negativam, ita ut uberius omnia procrearentur malique daemones efficacius terrerentur (cf. Frazer ad Ovidi fastos vol. II p. 170). Hanc autem ruboris vim magicam inde ortam esse puto, quod olim naturalem colorem phalli (sive universi corporis) imitari[1] atque imaginis aspectum vel supra naturam vividum reddere studuerunt, eo videlicet consilio, ut certiora et ampliora a deo quasi vivo exspectari possent munera. Ita quidem fit, ut apud gentes barbaras saltatores ithyphalli mentulam vel solam glandem gerant rubricatam (cf. K. Th. Preuß *Vorträge der Bibl. Warburg* 1927/28 p. 42 n. 3. 44 not. 60. 62; phalli Bacchici *ἐκ δερμάτων ἐρυθρῶν* facti a Suida s. v. *φαλλοί* 2 commemorantur, cf. Schol. Aristoph. ran. 308; fascinorum ingentium rubore eos, qui mimos spectabant, delectatos esse Arnob. VII 33 significat), atque colore faciei fucato, quo postea pulcritudinem floremque aetatis augeri vel conservari putarent (Wunderlich p. 89 ss.), olim corpus corroboratum iri speraverunt (Berkusky p. 250 ss.). Iam vero cum sanguine ruborem effici eodemque vitam viresque contineri intellegerent, sanguini non modo corpori incluso sed etiam effuso vim inesse magicam credebant, qua ratione eo adducebantur, ut potentiam vivacitatemque simulacrorum divinorum efficacissime sanguine hostiarum asperso confirmari renovarique arbitrarentur (poterant tamen etiam baetyli hac ratione curari, cf. Schwenn *Gebet und Opfer* 119). Conicias igitur Hellesponticos non tam quovis suco quam asinorum cruore robur Priapi refecisse, sicut etiam Romanorum temporibus, quibus animalium caede hic deus tam raro delectabatur, mentula potissimum sanguine conspergebatur (VII F 1 bα). Hoc modo qui antiquitus efficiebatur rubor, postea plerumque minio effectus esse videtur, velut agricolae festis quibusdam diebus minio suffundebantur (Dieterich *Pulcinella* 116 n. 2, cf. 137 n. 1; cf. Panem Verg. buc.

[1] Sic recte iam Gonsalius de Salas ad Petron. 138: *Indubie cum in modum effictum membrum illud, ut sic ad veritatem utcumque accederet.* Idem L. R. Farnell, The cults of the greek states V (Oxon. 1909) p. 242 s., sensit, cf. etiam Voss *Myth. Briefe* II² p. 349. Non bene negavit Wunderlich p. 62 n. 2. F. Altheim *Terra Mater* p. 80 s., Bacchi ruborem ad inferorum religionem referre voluit.

10, 27) interque deos Iovis Capitolini simulacri faciem diebus festis minio illini solitam esse Plin. nat. hist. 33, 111 s. (cf. 35, 157) auctor est: etenim huic mori sacram aliquam causam subesse Wunderlich p. 63 s. iniuria negasse mihi videtur, quamquam dubium esse non potest, quin tempore procedente id quoque magis magisque secuti sint consilium, ut simulacra vetusta conservarent. Sane Priapum custodem hortorum non minus quam assulas domus (Fur. Bibac. fr. 1 M., cf. VII A 5e) minio illito a tempestatum iniuriis defendi oportebat. Tamen prisca et vera ratio etiam posterioribus temporibus oblivione non tota obruta erat, nam ut aves rubore fortasse revera terrebantur (Ovid. fast. 1, 400, cf. Tibull. l. c.), ita etiam tum fures hoc modo efficacius repelli credebant (Hor. l. c.; Priap. 72, 2), siquidem e poetarum iocis de religione hominum simpliciorum concludere licet. Quid quod rubrum colorem simulacri ad corporis vires quasi vivi dei pertinere vult Priap. 26 auctor? Qui etsi prorsus suo ingenio iocatur, tamen hominum priscorum rationes quodam modo revocavit his verbis:

ipsi cernitis, effututus ut sim
confectusque macerque pallidusque.

C. De phallo. Cf. p. 4 ss. passim.

1. Priapi vis ac natura phallo designatur.

Priap. 48, 2:

(partem,) per quam significor Priapus esse.

Priap. 20:

Fulmina sub Iove sunt, Neptuni fuscina telum,
ense potens Mars est, hasta, Minerva, tua est,
sutilibus Liber committit proelia thyrsis,
fertur Apollinea missa sagitta manu,
Herculis armata est invicti dextera clava:
at me terribilem mentula tenta facit.

Similia Priap. 9. 36. 39.

Arma Priapi mentula vocatur Priap. 31, 3. 86, 15 et Mart. VI 73, 6: *tela* Priap. 9. 55, 4; *hasta* Priap. 43; cf. quod legimus CLE 193 *pene destricto* (O. Jahn, Specimen epigraphicum, Kil. 1841, 67). Omnino Priapea in variis appellationibus phalli ludunt, quas omnes hoc loco recensere supersedeo, cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 333; G. Kaibel, Ind. schol. aest. Gryph. 1885, 22.

De phallo sane in plerisque huius generis carminibus verba fiunt: Priapus enim, ut ita dicam, mentula *κατ' ἐξοχήν* est, quam nominat Mart. III 68, 7ss. (cf. VII G 1), cum de quavis mentula sermo esse possit: nonnumquam poetae, ubi ipsius dei mentionem exspectes, mentulam dicunt: Priap. 2, 8. 12, 7. 49, 4. 63, 15 (cf. K. Löschhorn *BPhW* 1920, 961): Ovid. met. IX 347: Mart. III 68, 7ss. VII 91, 4. Hominem autem *Hellespontiaco parem Priapo* quomodo vocet Sidon. carm. 23, 157, satis apparet (Buecheler. Petron. ed. mai. p. 207).

2. Praecipue autem notatur:

a) Magnitudo enormis: Eryc. Anth. Plan. 242: Priap. 6, 8. 11. 15. 18. 25. 28. 30. 31. 37. 39. 51, 4. 52. 69. 79: Copa 24: Mart. XI 51, 2. 72, 2: titulus Rubrii (V D 4): Cornut. 27: Schol. Lucian. Iup. trag. 6: Hieron. comment. in Os. 4, 14 (VIII B 3): Augustin. civ. dei VI 7: Theodoret. Graec. aff. cur. III 84. Cf. III B 1—3. 5. C 2.

Vocatur igitur:

τὴν αἰδῶ πολύς: Eustath. ad Il. 2, 381.

membrosior aequo: Priap. 1, 5.

πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικός: Lucian. dial. deor. 23, 1.

nimis masculus: Augustin. civ. dei VI 9 (Mutinum dicit).

Triphallus: Priap. 83, 9. Cf. CGIL II 200, 6 et 201, 22: trepallus *πριαπος*.

Naevii tamen et Varronis Triphallum Priapum non esse Jessen col. 2968 significavit (contrarius Triphallo Naeviano fuit Tribacelus, cf. E. Maaß *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) 473s.); ne Iuven. 6, 365[26] quidem deum hoc nomine designat (de hoc versu cf. Aem. Dralle, De fragmento Winstedtiano quod Iuvenali adscribitur, diss. Marp. 1922, 39). In Columellae versum X 32 hoc nomen interpolatione recentiorum codicum illatum est. Cf. etiam P. Burmann. Anth. Lat. II p. 560s.; Jahn *BJ* 53 n. 20. De Aristophanis comoedia, cui *Τριφαλης* nomen inscriptum fuit, cf. De dis Atticis 43s.

Ceterum potuit hoc nomen etiam numeri significatione servata intellegi: duplicem quidem phallum pictor Pompeianus Priapo tribuit (IV E 35: cf. etiam K 2, 6). De phallis multiplicatis cf. Jahn *Ber.* 76.

Ad magnitudinem phalli appellatio columnae spectat: Priap. 10, 8; Mart. VI 49, 3. XI 51.

Homines hoc nomine cum Priapo conferuntur: Antip. Thess. Anth. Pal. XI 224; Mart. XI 51. 72, 2 (cf. F. J. Brecht *Motiv- und Typengeschichte des griechischen Spottepigramms*, *Phil.* vol.

suppl. XXII 2 (1931) 56), imprimis Eunuchi: Iuven. 6, 375 s. (cf. Schol.); Claudian. in Eutrop. 1, 256, cf. Mart. I 35, 15. XI 72, 2.

Mensura autem phalli Priap. 11, 3 et 28, 3 *pedalis* dicitur, quam tot imaginibus probare potes. Schol. Lucian. dial. deor. 23, 1 praedicat *τὸ ὑπερμέγεθες τοῦ αἰδοίου ὑπὲρ ἡμιόλιον τῆς τοῦ λοιποῦ σώματος πηλικότητος ὄντος*, quod exscripserunt scholiastae recentiores: idem significat Priap. 37, 9: *parti, cuius tu, pater, ipse pars videris:* Priap. 30, 1: *falce minax et parte tui maiore;* Arnob. VI 25 extr.: *genitalibus propriis inferior Priapus.* Cf. praeterea Mart. XI 18, 21 s.: *et cum stet sine falce mentulaque, non est dimidio locus Priapo;* Theodoret. Graec. aff. cur. I 111: *σμικρῷ γε ὄντι ἐντίθεται μόριον ἐντεταμένον καὶ μέγιστον,* cf. III 84 (V B 1 p. 169). Cf. etiam Herodot. II 48 de neurospastis Aegyptiacis.

Artifices igitur (imprimis rustici) phallum nonnumquam tam grandem effinxerunt, ut usque ad caput (IV H 53. 67. 80) aut saltem ad pectus (IV E 54 a. H 22. 68. 79) ascenderet vel mirum quantum promineret (IV B 3). Haud raro languidus longe demittitur crassitudine et longitudine aeque conspicuus (III B 3 p. 73 n. 1. IV D 6. 19. 64. 76. 93. E 22. 36. 68. F 1. 3. H 54. 116; cf. Knight p. 72; Michaelis p. 88 cum n. 27; A. Minto, Boll. d'arte VI (1912) 214; VIII A 3, etiam p. 6). Cf. Priap. 73. Ubi vero magnitudine non excellit, erectus saltem est; raro admodum modestius expressus est seu pudoris causa seu casu quolibet (IV D 2. G 10). Cf. etiam Furtwängler *Sammlung Sabouroff* ad tab. 127 not. 3; infra p 179. 180, etiam IV H 2. 2 a.

Phallum expendit Priapus IV E 34.

b) Tentigo: Leon. Anth. Plan. 236. 261 (49. 48 G.); Antip. Thess. Anth. Pal. XI 224; Eryc. Anth. Plan. 242; Hor. sat. I 8, 5 (cf. Lactant. div. inst. II 4, 2); Priap. 6. 10. 20. 23. 27. 33. 46, 7. 52, 3. 63, 13 s. 68, 37. 79. 82, 6 (secundum lapidem). 85, 18; Ovid. fast. 1, 437; Mart. VI 49. 73. VII 91, 4; titulus Rubrii (V D 4); Arnob. III 10; Theodoret. Graec. aff. cur. I 111. III 84; Schol. Clem. Alex. Protr. 61, 1 (p. 314, 24 ss. St.). Adde locos II D 10 c enumeratos.

Vocatur igitur:

tentus: Priap. 81, 2; cf. 27, 6.

turpi nuditate distentus: Augustin. civ. dei IV 11 extr.

rigidus: Priap. 4, 1. 45, 1; Ovid. fast. 1, 391.

Hoc vocabulum Gierig et Peter quasi in usum Delphini explicaverunt; recte W. Kroll ad Catull. 56, 7.

Ceterum non semper columna *rigida rena supina stat* (Mart. VI 49, 2 s., etiam Verg. Priap. 85, 18: aliter Th. Birt *Philol.* 1923, 126), sed saepe etiam deorsum fertur (velut IV E 34. H 45. 89. 121, cf. p. 104; in obliquum in ectypis IV D 78. 79). Membro super nates erecto Priapum puerum foedatum fuisse fabulae Nonnianae (III B 2) auctor narravit Phanetis Orphici memor (cf. III B 3 α p. 72).

c) Nuditas: Eryc. Anth. Plan. 242: Priap. 1. 9. 14. 7 s. 29. 38, 2 (ambigue); CLE 193.

Vocatur igitur *turpi nuditate distentus* ab Augustino civ. dei IV 11 extr. Etiam quod *nudus* Priap. 16, 8 appellatur, maxime ad phallum spectare apparet.

Non virgineus igitur fuit locus, ubi Priapi simulacrum erat versusque procaces legebantur (Priap. 2. 5), atque pudicas puellas castasque matronas oculos avertere vel procul abire decebat (Priap. 8. 66; Mart. III 68, 10, cf. IV D 97 a), *coram Bruto* scilicet (Mart. XI 16, 10); sed phallicae imagines tam frequentes erant, ut aspectum earum mulieres non utique fugere possent: Aristoteles ipse facere non potuit, quin huiusmodi religionem consuetudini concederet (Pol. p. 1336 b 14 ss.), cf. Jahn *Ber.* 73. *BJ* 47; Michaelis 91. Sane ut talis venerationis origo non procacitati debebatur, ita omnibus temporibus Priapus severius coli potuit (VII A 2). Fuisse tamen, qui in forma eius *pube pudenda* (Auson. edyll. 6, 85) offenderent, mirum non est (cf. Jessen 2984): hoc ex fabulis de ortu Priapi fictis optime intellegitur (III B 1—3, etiam 5, cf. 7), imprimis vero scriptores Christiani hoc *monstrum* horrebant (Lactant. div. inst. I 21, 30) atque *ἀσχημοσύνην* eius indignabantur (Niceph. Call. hist. eccl. XIV 48, cf. infra. Schol. Clem. Alex. l. c.). Cf. sub 3 p. 179. Fuerunt etiam multi, quibus forma Priapi ridicula videretur (Antist. Anth. Plan. 243; Incert. ibd. 86; Priap. 10; Auson. edyll. 6, 86: Augustin. civ. dei VI 7: cf. etiam III C 1), Christianique cum contemptu acerbissime eum irridebant velut Lactant. div. inst. I 21, 29. Gregor. Naz. invect. II 32 (*γελῶ σου τὸν Πᾶνα καὶ τὸν Ἡριάπον καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον* etc.), Niceph. Callist. eccl. hist. XIV 48 (Migne vol. CXLVI col. 1229), qui Priapum cum irrisione sermonis gentilium (VI B 1 d) *τῷ παρὰ φύσιν ἀσχήμονι μορίῳ χαριέντως τιμώμενον* dicit.

3. A rusticis phallus e trunco arboreo cum ceteris membris edolari potuit, nisi ramus natura prominebat, qua ratione totus Priapus *μονοστόρθυγξ* evasit; saepius tamen phalli loco alterum

lignum trunco infigebatur, quo facilius membrum dei maxime proprium magnitudine ingenti excurreret. Hoc Priapeis 55 et 85, 20 s. cum Birtio *Erklärung des Catalepton* p. 34 (cf. Cumont p. 646; Galletier p. 140; Maggi p. XVI et 8)[1] non satis confirmari potest, quoniam *revelli* poterat etiam lignum trunco enatum sive edolatum — testatur tamen Prudent. contra Symm. I 115: turpiter *adfixo* pudeat quem visere ramo; advocandus etiam Hor. sat. I 8, 5, qui hoc sensu aptissime rubrum ab inguinibus palum porrectum esse dixit (cf. etiam Priap. 11, 3, ubi membrum contus vocatur), denique quomodo res se habeat satis perspicitur ex imaginibus nonnullis, imprimis IV H 92 (cf. p. 170. 172). Eadem fuit figulorum ratio, maxime Aegyptiorum, in quorum figuris saepe foramen est inserendo phallo, qui nunc plerumque desideratur (IV C, cf. E 65).

Testiculos ab antiquis semper una cum phallo e ligno exsculptos esse verisimile non videtur; ea quidem simulacra rustica, quae in ectypis picturisve expressa sunt, scroto saepe carent (velut III B 3c. IV B 3; cf. figuras Aegyptiacas, quibus phalli separati inserebantur), id quod eo minus casui vel indiligentiae artificum vel imaginum exiguitati tribuas, quod non modo in huius generis monumentis (velut IV H 22), sed etiam in maioribus figuris haud paucis (velut IV E 3) scrotum mensura aliquanto minore expressum est quam pro phalli magnitudine. Minoris nimirum momenti antiquis videbatur quam phallus ipse; C. F. Hermanni igitur regula, qua postulatur *nullus phallus sine testiculis* (cf. Jahn *Ber.* p. 73 n. 170. 74 n. 181), neque phallis singularibus (cf. A. Körte *Ath. Mitt.* XXIV (1899) 8 ss.) neque Priapi imaginibus ita confirmatur, ut omnino rata esse videatur. Sunt tamen plurimae figurae, quarum scrotum pro sua portione cum phallo crevit (velut IV D 14. 19. 64. 68. H 38. 44—46); lusus causa etiam Priap. 15, 7 *testes* magni dicuntur, sicut etiam Priap. 50, 6 et 54 iocose scroti ratio habetur (Buecheler *Kleine Schriften* I 345. 348 s.).

Ipse tamen phallus utique summi momenti fuit, quoniam in eo potentia dei posita erat: quae cum ad fertilitatem potissimum pertineret, membrum aut magnitudine enormi debebat esse aut rigidum aut utraque re insigne, ita quidem ut procreandi vis semper appareret (cf. Jahn *Ber.* p. 73 s.), ex qua negativam vim apotropaeam tempore procedente ortam esse satis certo concludi

[1] Apud Sidon. carm. 23, 156 *sacer stipes* totus Priapus intellegendus est, non phallus solus, ut Birt *Ph* W 1925 col. 96 censet (cf. V B 1 p. 169).

potest. Nonnumquam mentulam verecundius repraesentatam esse miraris (cf. V C 2 a. 5), deesse tamen hoc signum dei praecipuum non facile potuit: exiguitate spatii factum est, ut in ectypo Monacensi omitteretur (IV H 62) atque in multis gemmis non satis exprimeretur (velut IV H 171), inscitia artificis, ut in imaginibus IV D 41. H 20 desideretur; materiae rationem haberi oportebat IV H 104. Figurae in mulieris sepulcro inventae (IV D 70) phallum pudoris causa sublatum esse Espérandieu iniuria negasse mihi videtur; posterioribus temporibus saepe a male pudicis phallus libenter deletus est (cf. etiam IV H 87. VII C 5), tota imago Priapea ectypi IV H 59 gypso oblita novissime detecta est. In ectypis autem et picturis artifices, sive ut membrum certius et distinctius efficerent sive ut operi facilius sufficerent, simulacra Priapi latere aut dextro aut sinistro ostendere solebant; quid quod monetarii Lampsaceni etiam in aedibus ex obliquo positam imaginem dei fecerunt (IV A 2 fα, cf. VII B 2 p. p. 255)?

4. Iam vero ut caerimoniae sacrae ad phallum potissimum spectabant (VII G 4, cf. VII E 4. F 1 bα), ita artifices ut satis perspiceretur quid in eo membro esset momenti cum magna cura providebant. Itaque non modo nudum deum exhibuerunt, sed etiam eo habitu, quem *λόρδωσιν* appellabant, officia eius significabant (V E 2). Aptissime autem huc conveniebat vetus ille gestus numinum fecunditatis potentium et masculorum et muliebrium, quae membro manu tacto vim suam atque naturam significant potentiamque amplificant; sunt tamen non multae eo genere figurae (IV C 16 b. E 33. 64. H 25. 35? 36? 49; cf. D 78. E 35), ut hoc gestu Priapus genitor designetur, qui semine suo sive deam feminam (cf. IV C 21—24) sive terram ipsam fecundet: quod ut in gemmis IV E 31. H 203 serio effictum videmus, ita iocose artifex quidam in domo Vettiorum (IV H 1) aquam per phallum dei emitti fecit. Hac sane ratione Priapus masturbator evadere potuit (VI C 2). Quid quod a compluribus artificibus effictus est vasculum (sive alabastrum sive cornu) manu tenens, ex quo sucum aliquem fecundum membro infundere videtur (IV D 63. E 13. 39? 44. H 3. 42. 43. 65. 71, cf. etiam VIII P 3). Fortasse primo terrae hic sucus debebatur, quo postea membri vim excitari putabant: certe flori infusum videmus IV E 31 (cf. D 63). De satyrio, quam herbam etiam priapiscum vocabant (cf. II D 1 b et 4 d), viri docti Neapolitani cogitaverunt, Bronzi di Ercolano vol. II p. 376 n. 5. Cf. O. Jahn *Arch. Zeit.* 1867 col. 79 n. 11; Jessen col. 2989 s.

5. Qui vero vestitum deum finxerunt, plerique neque altiore causa[1] ducti videntur neque pudicitiam servaverunt, quippe qui mentulam tegere adeo non studuerint, ut ingenti vestis tumore etiam magis redderent notabilem. Nec tamen fortasse defuerunt, qui turpissima re aliquatenus recondita pudori parcere vellent (IV F 9, cf. Priap. 1, 7 s.), sicut nonnulli fructibus gremio effusis vel alia ratione phallum totum fere velaverunt (cf. p. 104. 114 s.) figurae archaisticae IV G 10 membrum ruga vestis indicatur, quae eadem mensura in aliis signis non modo virilibus, sed etiam muliebribus ab huius generis artificibus effingi solet.

At primitus ea potius ratione Priapus veste indutus est, ut ea manibus sublata naturam ostenderet suam (IV D. E. G; Eryc. Anth. Plan. 242, cf. etiam VIII P 1 not.). Hic gestus, qui Graece *ἀνάσυρμα* dicitur, Aegyptiorum religioni iam pridem familiaris fuit: apud eos enim mulieres sacra caerimonia fecunditatis causa pudenda detexisse Herodot. II 60 et Diodor. I 85, 3 testes sunt, atque multae inveniuntur mulierum (sive deae alicuius) figurae figlinae hoc gestu insignes.[2] Tamen Alexandrinorum demum aetate ab artificibus eum gestum ad Priapum translatum esse hinc mihi verisimile non videtur, sed eum iam inter Lampsacenorum ritus fuisse (cf. VII G 4) non modo propter nummos (IV A 2) conicio, sed etiam ideo, quod alibi quoque apud Graecos aliosque populos in eodem gestu magicam sive religiosam vim fuisse constat. Velut in mysteriis Orphicis eum alicuius momenti fuisse ex fabula aetiologica intellegitur, quam Orphici de Baubone narraverunt (fr. 52 K.). Alioquin mulieres mala avertendi causa membra nudabant, nisi ignavos per contemptionem notare volebant aut petulantius quiddam faciebant. (Cf. sanniones qualem exhibet [A. Cartault,] Collection C. Lecuyer, Terres cuites antiques trouvées en Grèce et en Asie-mineure, Par. 1882 tab. I 5 nr. 6). Accedit etiam necessitudo quaedam cum imaginibus Attidis, cuius vestem ita componere solebant, ut membrum in aperto esset. Ab ipso Priapo tamen *ἀνάσυρμα* artifices ad Hermaphroditum transtulerunt (quem docti nonnumquam falso Priapum nominaverunt, cf. VIII F)[3], ad Silenum (P. Per-

[1] Velut L. Pignorius, Mensa Isiaca, Amstel. 1669 p. 24, *occultam et latentem esse in Natura gignendi vim* significari putabat.

[2] Maspero. Marseille ad nr. 1023; Weber p. 119 s. n. 5; Kaufmann p. 107 ss.; E. Breccia. Alexandrea ad Aegyptum, Bergomi 1914 p. 268; Perdrizet p. 54 ss.; Vogt p. 47 s.; Deonna p. 117. (Libros accuratius indicavi p. 101.)

[3] Cf. Ed. Gerhard *Hyperbor.-röm. Studien* II (1852) p. 280 n. 163; Jahn

drizet, Les terres cuites grecques d'Égypte de la collection Fouquet 1921 tab. LXXXVIII nr. 437: figurae opere albario factae fragmentum Dresd. 2600 B 13), ad Fauniscum (Collections de J. P. Lambros et de G. Dattari, Paris. 1912 nr. 516 tab. LVI: praeterea cf. figuras, quas p. 101 n. 1 et p. 115 n. 1 commemoravi), ad hominum denique, qui pene laborabant, figuras prope Augustomagum (Senlis) numini cuidam medenti votas (Espérandieu, Recueil V nr. 3876 p. 130 s.), cuius opem illi sine dubio nudato membro in templo imploraverant. Sinu vestis manibus sublatae fructus Priapi exemplo genii pueriles saepe gerunt, cf. [Conze] *Beschreibung* nr. 534; Matz-v. Duhn nr. 509 (P. Mingazzini, Arndt-Amelung ser. X col. 59), cf. 302—316; R. Kekulé *Die antiken Bildwerke im Theseion zu Athen*, Lips. 1869 nr. 111: Reinach, Rép. stat. II 432, 5—7. IV 268, 2. 269, 7. V 178, 1. 222, 7 etc.; R. Thouvenot, Catalogue des figurines et objets de bronze du musée arch. de Madrid, Burdig. 1927 nr. 17 cf. 18 tab. III (Reinach, Rev. arch. 1929 II p. 82 nr. 4 = Rép. stat. VI 100, 4); Collezione A. De Sanctis Mangelli, Rom. 1923 nr. 218 tab. XII (Reinach, Rép. stat. V 501, 5 cf. 8); Furtwängler *Samml. Sabouroff* II tab. 122; V. Schmidt, De græsk-ægyptiske terrakotter i Ny Carlsberg Glyptothek, Haun. 1911 tab. 38 fig. 96; Barclay V. Head, Catalogue of the greek coins of Lydia, Lond. 1901 p. 147 nr. 59 tab. XVI 6

BJ p. 55 n. 25; P. Herrmann *Rosch.* s. v. Hermaphroditos col. 2320. cf. 2340; S. Reinach, Rev. arch. 1898 I p. 327. 328 s. = Cultes, mythes et religions II p. 325. 327. 328 s.; Jessen *PW* s. v. Hermaphroditos col. 720. Cf. praeterea has imagines: F. Winter *Altertümer von Pergamon* VII 2, Berol. 1908 p. 220 s. nr. 257 (Reinach, Rép. stat. IV 331, 4; cf. supra p. 19); Arndt-Amelung nr. 604 b (Reinach, Rép. stat. II 806, 5; cf. etiam 806, 6); C. Robert, Ann. d. Inst. 1884 p. 88 s. tab. L (Catalogo del museo di scult. ant., Fondazione Barracco, Rom. 1910 nr. 183); Not. d. Scavi 1905 p. 276 (Reinach, Rép. stat. IV 331, 6); Matz-v. Duhn I nr. 843 (cf. IV E 5); L. v. Sybel *Katalog* nr. 2758; Reinach, Rép. stat. II 526, 1. 791, 8; P. Perdrizet, Bronzes grecs d'Égypte de la collection Fouquet, Paris. 1911 p. 6 ss. tab. II—IV (Reinach, Rép. stat. V 79, 3—5); Winter *Typen* II 359, 9; Laumonier, Terres cuites de Madrid nr. 777 tab. 86, 3; *Arch. Anz.* 1899 p. 75; Chr. Schuchardt (-Friedländer) *Goethe's Kunstsammlungen* II (Jenae 1848) p. 4 nr. 14. Huc etiam opus marmoreum Argis emptum addas (cuius simile Parisiis esse dicitur): [Conze] *Beschreibung* nr. 17 (Reinach, Rép. stat. II 378, 8; cf. Ed. Gerhard *Ges. akad. Abhandl.* II p. 559 tab. LV 2: Jahn *BJ* p. 54 s. n. 25. *Arch. Zeit.* 1858 col. 233; Michaelis p. 88; E. Anthes *Westd. Zeitschr.* XIII (1894) p. 25); Hermaphroditus enim, non Priapus in eo antro stat, iuxta quod Venus est (Amoris pedum vestigia supra servata sunt), cf. p. 182 n. 1. Ceterum etiam earum imaginum, quas IV F enumeravi, habitus ad Hermaphroditum translatus est, cf. VIII F not.

Jahn *Ber.* p. 241 n. 91). Cf. pueros fructibus carentes: E. Breccia, La necropoli di Sciatbi. Le Caire 1912 (Mus. d'Alexandrie, Catal. gén. des ant. égypt. vol. LXIII) p. 145 nr. 465 tab. LXXIV 227. Alexandrea ad Aegyptum, Berg. 1914 p. 316; Vogt *Expedition Sieglin* II 2 tab. LXXX 4.

De anasyrmate in universum cf. Lobeck, Aglaophamus p. 825 s. cum n. l; Jahn *Ber.* p. 93 s. *BJ* p. 54 ss.; Sittl *Gebärden* p. 100 s. 104. 366 s.; Gruppe p. 896 n. 1; H. Diels, Miscellanea Salinas, Panorm 1907 p. 3 ss.; S. Seligmann *Der böse Blick* II Berol. 1910 p. 203 s.; J. Heckenbach, De nuditate sacra, Gissae 1911 [RGVV IX 3] p. 54 ss.; P. Perdrizet, Bronzes grecs d'Égypte de la collection Fouquet. Paris. 1911 p. 41 ss.; S. Reinach, Cultes, mythes et religions IV Par. 1912 p. 115 ss. (cf. Altheim *Terra Mater* p. 145 s.); W. Weber *Die ägyptisch-griechischen Terrakotten*, Berol. 1914 p. 119 s. n. 5; Keramopullos, *Ὁ ἀποτυμπανισμός* p. 123 n. 4. 125 n. 2; R. Zahn, *Κτῶ χρῶ*, 81. Berl. Winckelmannsprogr. 1923 p. 13; huius commentationis p. 8 et 20.

D. De capite. Cf. p. 5. 8. 20 s.

1. Fere semper Priapus barbatus figuratur (Tibull. I 4, 4; Priap. 63, 6. 76, 2), ut iam satis aetatis atque roboris habere aut etiam longius videatur annis esse provectus (Priap. 76). Fortasse etiam propter eam rem, quam Aristoteles confirmavit (cf. sub 2), barbam ad indolem eius quadrare existimaverunt. Tamen nonnumquam imberbis fingitur (IV D 39. 63. 68. 69. 78. 96—98. E 16. 17. 63. 89. H 1. 22. 24. 36. 40? 53. 55. 58. 61. 88a. 89a. 93? 96. 189, cf. Michaelis p. 88 s.: E. Anthes *Westdeutsche Zeitschr.* XIII (1894) 22 ss.; K. Rhomaios, *Ἐφ. ἀρχ.* 1905, 138 s.)[1] atque adeo puer, ut *Priapiscus* (II D 1 a) vocari possit[2] (IV E 10. G 12); apud Aegyptios Hori vicem gerens sese offert (IV C 13. 14; VIII A 1). Res eius in pueritia gestae serie imaginum III B 3 ante oculos nobis proponuntur: in pompa Ptolemaei Philadelphi qui eum una cum

[1] Deus imberbis in antro stans cum Venere et Amore coniunctus (*Beschreibung der antiken Skulpturen in Berlin* nr. 17) Hermaphroditus melius appellatur quam Priapus, cf. p. 181 not. Priapi signum IV F 2 Michaelis p. 89 n. 28 suo iure omisit, cum imago eius signi in libro Pignorii delineata maxime caput spectantibus multas dubitationes faceret. Denique figura IV D 4 in censum non venit, cum caput imberbe pinea corona ornatum ab ipsa figura alienum sit (Matz-v. Duhn nr. 508).

[2] Puer divinus, qui sinu tunicae allevatae tamquam Priapus fructus gestat (p. 181 s.), tamen huius dei nomine appellari non potest, praesertim cum signo eius proprio careat.

patre Baccho a Iunone vexatum effinxit (III B 4), primam aetatem nondum egressum eum facere debuit (F. G. Welcker *Alte Denkmäler* IV 15). Quod apud Suid. s. v. *Πρίαπος* 3 legitur (*τὸ δὲ ἀφίδρυμα αὐτοῦ ἐστι παιδίον μόριον ἔχον μέγα καὶ ἐντεταμένον*), ad fabulam antea narratam (III B 2) referendum est.[1]

Canam barbam putasse antiquos (Priap. 76, 2. cf. sub 2. monumentis confirmari non potest: fulvum tamen barbae cum mystace criniumque colorem bene servavit figura IV H 20. Id vero quod Tibull. I 4, 4 dicit barbam non nituisse, multis imaginibus illustratur (velut IV D 36a. 41. 74. E 34. 39. 57. 58. H 54. 104): quasi spinis videtur horrere IV H 92, rudiusque edolatam videmus in simulacris rusticis velut IV H 59a. Sed quae in his imaginibus immissa atque hirsuta rustico deo digna videtur barba, ad Bacchi similitudinem compta esse debebat: in nummis Lampsacenorum (IV A) et in aliis monumentis (IV D 1. 18a. 65. E 37. 38. 77. 81. H 81. I 2, cf. VIII A 3) antiquo exemplo in cincinnos diligenter divisa est. Figurae IV D 1 mystacis partes extremae unguento adhibito, ut videtur, sursum inflexae sunt (Helbig *Führer*[2] nr. 150). Saepius villorum turba magis minusve inculta pendet, ut veterum cincinnos paulatim ad feritatem quandam redactos esse intellegas (IV D 19. E 51. 55. 68—70. 79. G 7. 8. H 48. 49). Ut autem omnino dei tam mollis barba nonnumquam non satis plena videtur (IV F 9. I 1. 5), ita villos circa mentum tantummodo natos videmus (IV D 24. 25; satis breves: IV I 3). Quo minor autem villorum numerus est, eo magis etiam barbarorum reminiscimur, nec dubium esse potest, quin etiam Besae exemplum aliquid valuerit (cf. VIII A 3 et p. 186 n. 1). Paucis igitur quasi fimbriis barba in pectus descendit, ita ut medius cincinnus e mento oriatur, duobus aliis barba superiori labro adiecta continuetur, quam *μύσταχα* Graeci vocaverunt (cf. IV E 37), sunt autem tres numero cincinni (IV E 65) vel sex (IV I 7) sive quattuor, ita ut *μύσταξ* in duos interiores desinat cincinnos, mentum vacuum relinquatur (IV G 3. H 2. 56); duos villorum quasi cuneos habes IV D 62. G 4. H 44—46. Cf. praeterea D 35a. Denique haud

[1] Ergo hoc testimonio adduci non possumus, ut cum viris doctis antiquioribus atque etiam Jessenio col. 2987 Priapi nomini addicamus figuras nanorum magno phallo instructorum (Hes. et Suid. s. v. *νάνος*), ex quo genere figura aenea est Herculanei inventa (Bronzi di Ercolano II tab. 91, 2. 3 p. 364 s.; Gerhard-Panofka p. 468 nr. 14, cf. 13; Famin tab. 14; Roux-Barré VIII tab. 41; Fiorelli, Racc. porn. p. 9 nr. 66, cf. 67 et 68; Reinach, Rép. stat. II 565, 6); multas alias enumerare longum est.

raro hircino modo barba in acutum prominet (IV B 3. E 19. 47. G 13. H 3. 59. 60. 62. 63. 67. 68. 73. 146), quam formam ex σφηνοπωγώνων illorum temporibus relictam (De dis Atticis p. 17; cf. IV D 22. 28. 40. 70. F 3. 4. I 4) ad libidinem moresque inconditos Priapi non minus quadrare iudicaverunt quam ad lenonum comicorum procacitatem (Plaut. Pseud. 967, cf. etiam Hieron. epist. 22, 28, 1).[1] Tamen hanc formam ad rusticorum artem maxime accommodatam fuisse monendum est.

2. Haud raro calvus fingitur (III B 3 c. IVC 3. 9. 15. 23. 24. D 18 a. 40. 44—47. 81. E 53. 54. 86. 88. H 48. I 7), qua re non solum aetas, sed etiam nimia libido notari potest, cf. Aristot. hist. an. III 11 p. 518 b 24 ss.: ῥέουσι δὲ μᾶλλον αἱ τρίχες τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς αἱ συγγενεῖς· αἱ δ' ὑστερογενεῖς γίγνονται θᾶττον (cf. gen. an. V 3 p. 783 b 26 ss.: Knight p. 71; supra p. 182). Prima tamen causa haud dubie a rudium artificum facultatibus repetenda est: notandum ab elegantioribus Priapum calvum fere non fingi, quamquam saepe tegumento sive corona calvities celari potuit. Lenonis comici exemplo eum non semper toto capite calvum sed etiam ἀναφαλαντίαν (cf. O. Navarre, Rev. étud. anc. XVI (1914) 10) sive recalvum (Plaut. rud. 317) fuisse Keramopullos, Ὁ ἀποτυμπανισμός p. 131, putavit, sed certum exemplum inter imagines non inveni; vasculi IV I 7 quidem artifex praeputio non comarum reliquias infimas, sed coronam significare voluit, cf. etiam IV E 61. 85. 87; p. 193 n. 2.

Saepius tamen capillatus fingitur (Priap. 63, 5. 83, 10), sed haud raro capilli omnes sive magnam partem tegumento capitis velantur. Cana dicitur coma Priap. 76 (ad pruinam alludi Buecheler *Kleine Schriften* I 359 putat), fulvam tamen habemus IV H 20. In multis monumentis inculta (Tibull. I 4, 4) atque horrida caesaries apparet (cf. e. g. IV D 36 a. 58. E 56. H 56), sed ut barba ita crines non raro diligentius compositi sunt (IV D 1. 28. 48. 65. E 37. 38. 81. F 4. H 2. 81. I 5), ita potissimum, ut in nodum religentur (IV D 25. 84. 85. E 47. 77. G 3. H 49. I 2)[2] atque etiam

[1] Cf. F. Marx ad Plaut. rud. 125. 769. 1303. Leno, qui aeque atque Λυκομήδειος ille μακρογένειος fuit (Pollux IV 145 p. 244 B.), sine dubio facile etiam hircina barba longe demissa instrui potuit. Contra C. Robertum *Die Masken der neueren attischen Komödie*, 25. Hall. Winckelmannsprogr. 1911 p. 55 et 76, non bene mihi O. Navarre, Rev. étud. anc. XVI (1914) 12, hircorum similitudinem non ad formam barbae, sed ad spurcitiam tantummodo aspectumque incultum videtur rettulisse.

[2] Cf. praeterea figuram aeneam, quae sub IV D enumeranda erat: W. Froehner,

pluribus cirris colligantur (IV A. D 23. 50? cf. I 3): Bacchi propinquitatem non minus sentimus quam mollitiam dei ipsius (cf. etiam IV F 9). Saepissime corona (cf. VII F 2 cα) caput ornatum est (IV D 66. 68. E 28. F 7. H 9. I 7 etc.), imprimis hederacea (III B 3 p. 73 n. 1. B 4. IV A. D 78. E 23. 24: Theocrit. epigr. 3, 4) vel pampinea (IV D 1. 23. 60. 67. E 37. 38. F 6. G 12: Priap. 83, 7; cum floribus: D 44—47), etiam pinea (IV D 26. H 87?); ulva coronatus est herma in pictura IV E 90 caerefolio caput IV C 17. Coronae taenia saepe accedit, qua tamen etiam sola deus redimitus est (IV I 2, cf. p. 196). Cf. Diodor. VI 4 apud Tertullian. de coron. 13 (ex Claudio Saturnino, cf. E. Schwarz *Jahrb. f. cl. Phil.* vol. suppl. XVI (1888) p. 434).

3. Faciem Priapi non aliter atque comam barbamque ab initio ad Bacchi similitudinem effinxerunt: satis pulchra igitur in nummis Lampsacenorum est (imprimis IV A 1 a), placida quadam dignitate illustris dicitur figura IV D 43; *ἱμερτὸν χρᾶτα* laudat Theocrit. epigr. 3, 4. At quod in scholio ad Theocrit. idyll. 1, 81 *διὰ τὸ κάλλος* Veneris filius habitus esse dicitur, recentiorem interpretem Wilamowitz suo iure erroris arguit (III E 2 p. 93): neque primo quidem obtutu maiore fide dignus videtur Probus ille personatus, qui haec ad Verg. georg. 4, 110 s. adnotavit (App. Serv. p. 387 H.): *In Hellesponto est Lampsacum oppidum, in quo Priapus formosissimus dicitur esse, quem cives eius colunt ut deum.* Quo loco si per scripturam errorem commissum esse putabimus, melius ita corrigemus, ut *famosissimus* evadat Priapus, quam ut *formidolosissimus* Hageno auctore dicatur, quam coniecturam improbabilem iudicavit Ida Kapp in Thes. Lat. s. v. col. 1112, 36. At nescio an integrum vocabulum illud sit relinquendum; intellegi enim potest de simulacro Priapi eadem ratione, qua Verg. buc. 7, 35 s. Schol. Bern. p. 810 H. explicavit his verbis: *marmoreum formosum*, et rursus (item Filarg. ad v. 36 p. 135 H.): *aureus esto | formosior.*

Nimirum plerumque de facie ipsius dei non minus quam de toto corpore valet, quod Priap. 39, 5 ipse concedit: *me pulcra fateor carere forma.* A Bacchi enim similitudine ita recedit, ut barbaries quaedam in facie appareat, nonnumquam ex Orientalium exemplis tam apte expressa, ut facile Asiaticam eius originem sentiamus (cf. IV G 13. H 1. I 1. 4): imprimis conspicua

Collection Auguste Dutuit, Bronzes antiques, 2e série, Paris. 1901 nr. 149 tab. 137: Reinach, Rép. stat. III 22, 6.

est turgida quaedam forma labrorum (IV F 3. I 1. 2; cf. Helbig *Führer*[2] nr. 150) et nasus aduncus (IV D 81. H 1. 104. I 5, cf. etiam P. Wolters *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) p. 264 n. 1), quamquam σιμότης hominum luxuriosorum magis propria solet esse (Ps.-Aristot. physiognom. p. 811 a/b), quae in figura IV I 4 aliisque apparet. Eodem pertinet, quod mollis et libidinosus vultu designari solet (cf. imprimis IV F 9. I 2), quin etiam cupiditate quasi ebrius (IV D 44). Vocatur igitur θῆλυ κατιλλώπτων ab Hedylo Anth. Pal. V 199, 3, quae verba quid sibi velint, Priapus ille Florentinus (IV H 54) demonstrat, qui Veneris bracchium capite sustinens quasi furtim oculos ad tantam pulchritudinem attollit. Cf. etiam Ael. Dionys. et Paus. fr. 209 Schw. etc. (Script. physiognom. ed. R. Foerster II p. 280 s.); Adamant. phys. I 23 (ibd. I p. 346 s.). Herculis autem miseriis arridet velut leno τὰ χείλη ὑποσειρώς (IV G 13, cf. D 24. 36 a), Amores ludentes benigne cum gaudio contemplatur (IV G 8). Etiam suum ipsius phallum varie animo affectus despicit (IV C 2 a. 6 c. 7 a. 10. 11. D 93. E 55. 68. H 41. 49. 56 etc.), ut omnino saepe oculos delicatius demittit vel ad dextram sinistramve convertit (velut IV D 24. 28. 70. 92. E 54. F 4. G 4. H 2. 41. I 4; suspicit tamen IV D 29. 41. F 3): quin etiam speculo faciem contemplatur ut Hermaphroditus in tot monumentis (V G 8). Raro admodum *tortis superciliis contracta fronte* fingitur (sicut leno, cf. Marx ad Plaut. rud. 125), id quod custodi terribili conveniebat (IV G 9. I 7), raro difficilis et morosus designatur (IV D 19. 67. E 56) vel maestitia quadam languere videtur (IV H 2) vel in cogitatione defixus est (cf. p. 190 s. n. 3), sed bono solet esse animo atque adeo ineptus existimari potest (IV I 2). Igitur Sileni nonnumquam fit admodum similis (IV D 61. 93. E 53. 54. 57—60; cf. VIII A 3).[1] Fuerunt tamen etiam, qui apertius ferinam naturam Satyrorum vel Panum similitudine significarent, quamquam numquam eo processerunt, ut caudam adderent (quam in gemma Berolinensi IV H 115 Furtwängler indicavit non dispicio); aures tamen haud ita raro in

[1] Furtwängler *Sammlung Sabouroff* tab. 127 fundamento non satis firmo nisus (cf. p. 130; De dis Att. p. 18) artifices hellenistica aetate, antequam Priapum barbarum ore designare coepissent, Sileni eum similem fecisse contendit; at enimvero cum iam pridem a Baccho exemplum sumpsissent, postea Sileni similitudo numquam in frequentem usum venit. Neque rectius in universum Besam exemplo fuisse L. Heuzey, Bull. corr. hell. VIII (1884) 162, contendit, quamquam in Aegypto figuli eius figuram imitati sunt (VIII A 3), sed cf. V D 1 p. 183.

acutum surgunt aut etiam praeter humanam naturam dilatantur (IV D 25. E 14. 53. 56. H 1. 10. 11. 44—46. 48. 58). Nonnumquam etiam cornibus Priapum videmus instructum arietis, animalis imprimis phallici (S. Eitrem *Beiträge zur griechischen Religionsgeschichte* I, Christ. Vid.-Selsk. Forhandlinger 1910, 4, quae a deis Bacchicis eum mutuatum esse puto, nisi forte ab antiquioribus deis phallicis relicta habebat (IV H 10—18).[1] At in nummis Lampsacenorum cornua dispici non posse videntur (IV A 1 p. 96). Linguae magnitudine Priapum modo natum foedatum fuisse Schol. Lucian. Iup. trag. 6 test. 3 p. 36 s. (fortasse allegoriae causa) tradidit.

4. Priapum agrorum custodem ad Iani exemplum bifrontem in Sicilia prope Catinam fecit homo Samius. Fragmentum tituli bilinguis in marmore incisi in praedio Casalotto prope Acireale inventum ediderunt atque explicaverunt V. Casagrandi, Archivio storico per la Sicilia orientale XVIII (1921) 185 ss.; G. Libertini, Not. Scavi 1922, 493 ss.; R. Sabbadini (et C. O. Zuretti), Boll. fil. class. XXX (1923) 19 s.; W. Croenert in Hondii Suppl. Epigr. II (1925) p. 95 s. nr. 533; Fr. Ribezzo, Riv. Indo-greco-ital. IX (1925) 65 s.; F. C. Wick, Athenaeum N. S. IV (1926) 167 ss. (*Ph W* 1927, 93; Suppl. Epigr. IV (1929) p. 10 nr. 59).

[Ῥούβριος Σάμιός]
μ' ἀνέθη]κεν ἔνθα καὶ ἔν[θα βλέποντα,
ἀπέχεσ]θαι τοὺς ἀπ' ἄστεω[ς κελεύων,
ἀπέχ]εσθαι τοὺς ἀπ' Ἀκιδ[ος τοῦ
συλᾶν] αὐτῶ(ι) καρπὸν, ὡς ὀρ[θὸν φαίνο
τὸ πέος] τοῦτο τὸ παχὺ τοῖς σ[υλῶσιν.
posuit] me Samius utroque in[tuentem
hunc en]ormem penem ut osten[derem.
Rubri · Sami · fil

Titulus non ante III. p. Chr. n. saec. inscriptus est.[2] Versionem latinam in brevius contractam esse apparet (*stringatissimo compendio del testo greco* Sabbadini). Graeca non satis accurate reddita esse ex carmine tetrametro catalectico rustice condito Croenert dispicere sibi visus est, quem Wick satis aegre secutus

[1] Accedit figura, quam commemoravit [H. Willers] *Beschreibung römischer Altertümer gesammelt von C. A. Niessen*, Colon. 1911 p. 217 nr. 4186.

[2] Erroris gravissimi E. Lommatzsch benigne me coarguit, qui in Mus. Rhen. LXXVI (1927) 419 cum Croenerto III. (sive II.) a. Chr. n. saeculo hunc titulum ascripserim.

est, ut probabilior videretur eiusdem Croenerti sententia Saturnios in versione Latina agnoscentis. Sed ut Lommatzsch me monuit, III. p. Chr. n. saec. barbatorum illorum versus non exspectes: malo igitur et Latina et Graeca verba soluta oratione scripta esse credere.

Nomen dedicantis, quod iam Libertini desideraverat, restituit Sabbadini, qui intellexit patrem imaginem Priapi dedicare voluisse, filium vota eius solvisse. Ribezzo cum supra lineam 1 litterarum vestigia non exstare vidisset, *Σάμιός μ' ἀνέθηκεν* in ipsa linea 1 supplevit et hoc modo eo pervenit, ut plures litteras singularum linearum initiis deesse crederet novaque supplementa tentaret; quae tamen cum parum probabilia viderentur, equidem ad priorum supplementa redii, nomen Rubrii Samii ita praepositum fuisse arbitratus, ut latiore spatio intermisso l. 1 sequeretur, sicut subscriptio filii ab extrema linea spatio paulo maiore disiuncta est.

l. 1 rest. Sabbadini (*ἀνέθη]κεν* Libertini). 2 rest. Sabb. (*ἄστεω[ς Κατάνης* tentaverat Lib., sed nomen inutile, cum nullam aliam urbem in censum venire ipse intellexerit. 3 rest. Sabb. (*τῶ* Croenert). *Ἄκιδ[ος τὸ μὴ?* 4 *συλᾶν*] *αὐτῶ(ι)* Sabb. *αἰτῶ* dorice Croen. (et Ribezzo). *ὡς[θὸν φαίνω* Cr. (*ὡ. δηλῶ* Sabb.). *ὡς* causale (*ὡς φαίνω* = ut ostendo, *‚così come mostro' se non addirittura ‚com' è vero che mostro'* Wick): finale putavit Sabb., quo sensu hanc vocem intermissis verbis *ἀπέχεσθαι — κωμάζ* molestissime intellegi duco, quamquam neglectis his verbis in latina versione *ut* facile in vim finalem abibat (cf. Wick p. 169). 5 rest. Sabb. 6 *posuit* Sabb. (*fecit* sive etiam *posuit* Lib.) *posivit* Wick metri causa. *in[tuentem* Sabb. (*in[spicientem* seu *in[vigilantem* Lib.). 7 *hunc en]ormem* Sabb. (*en]ormem* Lib. *istunc en]ormem* falso Wick). *osten[dam* Lib. *osten[derem* Sabb. *osten[derem orbi* Cr. *osten[do* (sive etiam sensu finali *osten[dam*) *tentum* (sive *furibus*) Wick.

Is igitur Priapus, cui hic titulus dedicatus fuit, *ἔνθα καὶ ἔνθα βλέπων* sive utroque intuens ad Iani similitudinem biceps fuit, non quo duos agros conterminos tueretur (id quod Libertini p. 496 putavit), sed quod et Catinam versus speculari debebat et Acin versus. *Οἱ ἀπ' ἄστεως* et *οἱ ἀπ' Ἄκιδος* non *incolae* urbis sive Acidis sunt, ut interpretatur Sabbadini, sed viatores huc vel illuc migrantes, cf. Bull. Soc. arch. Bulg. VII (1919/20) 88: *πάντας ὅσοι στείχουσιν ἀπ' ἄστεως ἠδὲ πρὸς ἄστυ λεύσσων εἰσορόω.* Priapus igitur, dum custodis munere fungitur, facile itineris index evadit, cf. VI B 4 *cβ*.

E. De corporis habitu. Cf. p. 5. 21.

1. Mollitia quaedam saepe per totum corpus, imprimis in pectore et cruribus feminibusque, conspicua est (IV D 5. G 1. 2 etc.), qua Priapi non minus quam Bacchi naturam tam apte designari artifices putaverunt, ut ne veste quidem eam tegi voluerint (IV F 3). Quin etiam obesitate nonnullae figurae conspiciuntur,

hominum orientem versus incolentium propria atque ad libidinem denotandam accommodatissima (III B 1. 2. 3, etiam p. 73 n. 1. IV E 17. 18. H 20, cf. imprimis VIII A 3). Sed forma vere muliebri Priapus numquam fuit, cf. VIII F. Primae aetatis teneritas apparet IV D 68.

Haud raro tamen non modo tenuis, sed etiam macer effingitur (IV E 2. 3. 11. 34. H 1. 107) atque adeo ad extremam exilitatem redactus (IV H 10—19, cf. etiam daemona Thebanum ap. Furtwängler *Ant. Gemmen*, vol. III p. 143 fig. 100), qua re quid significari potuerit, Priap. 26, 7 s. docet, quamquam etiam ipsa per se risui esse poterat. Sed cum illas figuras exiles rudium artificum more fictas esse appareat, dubium nobis esse non potest, quin huius maciei causa prima ex truncorum arboreorum forma deducenda sit. Cf. V B 1 p. 170.

2. Habitus corporis resupinus ad Venerem paratus, quem λόρδωσιν Graeci vocant, Priapi ita proprius est, ut in aliorum deorum figuris numquam fere inveniri videatur.[1] Hac nota hermae non facile carent, qui saepe ne recto quidem statu solo immittebantur (cf. VII B 1 h); signa si recensemus nobiliora, nonnumquam desideramus vel minus miramur. Sed etiam hermae nudi nonnulli obscaeno hoc habitu haud ita conspicui sunt (velut IV H 44—46. 59), saepe vero fabri naturae modum aliquantum egressi sunt (velut IV H 90. 114), nonnumquam ita, ut figura dei paene recto angulo inflexa sit (IV H 63. 111. 112. 125). Idoneus igitur Priapus fuit ad ansas ornandas (IV E 61. H 4. 12 etc.). Huius autem habitus species libidinosa ut magis exprimeretur, superiorem corporis partem saepe ita obliquaverunt, ut deus aliquantulum dextro latere retorto sinistrum latus proiceret, caput autem, quod libenter eum ad phalli conspectum demittere supra explicavi (sub D 3), dextrorsus converteret (cf. imprimis IV C 6a. E 69. G 3. H 56; versa partium vice: D 18. 36. E 37. 38. H 58). Habitu haud ita dissimili effingi potuit arbori sive pilae laxius acclinis (IV D 68. E 34. H 2. 36) vel Veneris onere oppressus (IV H 54, cf. p. 191 n. 2).

Nates hermarum ita solent esse proiectae, ut antiquitus cum naturae formas primo nisi augendo iuste apteque non exprimi credidissent, mox vim aliquam apotropaeam in natium amplitudine inesse homines animum induxisse videantur, quamquam

[1] Caveas tamen, ne ob hanc causam Priapum Lordonem voces, qui deus a comicis fictus revera numquam fuit, cf. III B 3 p. 72.

posteriores minus serio in ea re versatos esse consentaneum est; Peloponnesiorum illorum daemonum [1] facile reminiscaris, imprimis autem Λαιχάζων [2] (E. Pernice *Festschrift für Otto Benndorf*, Vindob. 1898, 75 ss.; *Antike Denkmäler* II tab. XXXIX 12; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 161 n. 2) cum alias ob causas tum propter hanc rem Priapi simillimus videtur. In ventre tamen nota Priapi propria non est, qua re non tantum ab his daemonibus differt, sed etiam a Sileni figuris, quas Furtwängler ad Priapum rettulit (cf. p. 130).

Ad λόρδωσιν id quoque apte convenit, quod Priapus sicut Min deus Aegyptiorum (VIII A 2) crus cruri, pedem pedi quam artissime applicat (IV C 9. 10. 13—16. D 19. 20. 30. 31. 50—52. 54. 73. 78. 89. E 2. 11. 55. 58—60. G 3. 12. H 3. 6. 19. 20. 22), nonnumquam in digitos erectus (IV D 84. 85. E 31. 54 a. 62. H 1) aut etiam genibus magis minusve flexus (IV C 6. 21—23. E 17. H 21), ita ut denique humi procumbat (IV B). Sunt tamen figurae quaedam rudes, quarum femina atque crura, cum paululum inter se discesserint, infra conveniunt (IV E 53. 56. H 10—18). Praeter morem fit, ut pedes divaricentur (IV D 41. E 53) et femina cruraque inter se distent (IV D 21. 40. E 57. H 22 a). Qui vero elegantiora faciebant simulacra, a consuetudine omnino recedebant deumque quasi vinculis solvebant, ut progredi videretur (IV D 22. 43—47. 63. 66 etc.) vel gradu facto utroque pede firmiter insisteret (antiquorum artificum more IV G 10) sive altero pede nisus alterius suspensum poneret vestigium (velut IV D 1—6 etc.).

Iam vero qui bracchia exprimebant, primo corpori artissime applicaverunt (IV D 52. H 19. 20 etc.), postea porrectis sive sublatis (cf. IV B 3 p. 100. VIII A 1 c) manibus [3] plerumque varias res tenentem

[1] Ceterum quos inter numina prius viri docti rettulerant, nunc homines putant esse compotores L. Curtius *Festschrift Paul Arndt*, Mon. 1925, 41; A. Greifenhagen *Eine attische schwarzfigurige Vasengattung und die Darstellung des Komos im VI. Jahrhundert*, diss. Regimont. 1929 (imprimis p. 57 ss.); Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 200 s. Equidem universe de his imaginibus in neutram partem decerni posse putem; utique humanorum saltatorum habitus cum veteribus numinibus aliquo modo coniungendus est, neque demonstrari posse mihi videtur figuram divini illius figulorum patroni (et Taraxippi) a saltatoribus plane alienam esse. Cf. etiam E. Buschor *Ath. Mitt.* LIII (1928) 105 s.

[2] Hoc nomen si recte restitutum sive intellectum (cf. Wilamowitz l. c.) est, vocabulum λαιχάζειν extra Atticam saltem non solum *fellare* (id quod A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 408 s. n. 2 affirmavit, cf. W. Heraeus *Mus. Rhen.* LXX (1915) 38 s. n. 1), sed etiam *scortari* sonuisse verisimile est.

[3] Dextrae manus digito indice ad sinistram faciei partem porrecto Priapus

deum fecerunt (de Hor. sat. I 8, 4 cf. V G 3) aut altera sive duabus manibus vestem sublevantem, cf. IV D. E. F. G. Sed etiam habitum venereum manuum motu magis conspicuum reddere poterant: namque ut nonnumquam suum phallum comprehendere Priapum videmus (V C 4), ita huius dei sicut aliorum eiusdem generis numinum priscorum id maxime erat proprium, ut manus lateribus quasi impingeret (IV E 56. H 6. 10—18. 22a. 40? 41. 80), quem gestum W. Deonna, Rev. de l'hist. relig. XL tom. 80 (1919) 77 ss., decentius ex altero illo gestu mutatum esse censet (cf. J. Bayet, Mél. d'arch. et d'hist. XL (1923) 84)[1]; sed primo id unum artifices spectasse puto, ut facilius bracchia e ligno edolarent (cf. p. 292 n. 1). Saepius tamen altera tantum manus lateri inhaeret (etiam ita, ut simul vestem sublevet: IV E 44), altera quocumque modo occupata est vel vacua porrigitur[2] (IV C 8. 12. E 32. 69. 70. F 5. H 3. 3a. 5. 7. 9. 21. 31. 32. 42—47. 54. 56. 59. 71. 80. 100. 105. 107. 108. 128. 186).

Iam vero ut hermarum scapos plerumque non minus curvari videmus quam ipsum quoad e ligno edolabatur corpus, ita dubium esse non potest, quin eius habitus causa olim in ramorum forma fuerit, qui natura curvi esse soleant; atque nescio an praecipue ii rami, qui nodo erant inflexi, priscis artificibus idonei sint visi, quibus eo ipso loco alter ramus pro phallo infigeretur (cf. V C 3): igitur mirum non est *λόρδωσιν* nonnumquam ad rectum fere angulum auctam esse. Eum autem Priapi statum, quo compressis inter

---

mitrae laciniam (IV F 3) vel barbam (IV F 4) leviter tangit delicatius in cogitatione defixus. Cf. figuram digitum labro apponentem a L. Stephani, Compte-rendu 1869 p. 146, publicatam (Sittl *Gebärden* 101 n. 7). At sibilat sannio nudus ithyphallicus, quem saepe (fortasse recte) Priapum nominaverunt (Jessen col. 2987), cuius has novi imagines aeneas: Bronzi di Ercol. II p. 379 s. tab. 94 (Gerhard-Panofka p. 467 nr. 28; Famin tab. XIX; Roux-Barré VIII tab. 37; Fiorelli, Racc. porn. p. 9 nr. 65; Reinach, Rép. stat. II 49, 4). Gori, Mus. Etr. I 59, 1 (Reinach, Rép. stat. II 73, 4). G. Vorberg *Über das Geschlechtsleben im Altertum*, Stuttg. 1925 tab. 18.

[1] Non sileo, quomodo Bruno Brehm *Der lachende Gott*, Monac. 1928, 9, hunc gestum acceperit: *und sie sehen, daß es kein Stiel ist, was so mächtig aus den Lenden des grünen Männleins aufragt, daß dieses, um nicht vornüberzufallen, die beiden Arme in die Hüften stemmen muß.*

[2] Herma Florentinus IV H 54, quo Venus nititur, manum sinistram solito more lateri applicat, dextram capiti imponit, ut onus melius sustineat: eadem de causa superiorem corporis partem sinistrorsum reclinat et caput ipsum quoque sinistrorsum conversum pectori affigit (cf. p. 189). Simili habitu Priapus etiam in patera IV H 22 effictus est, quamquam Venus eo non nititur, sed paulum ab eo abscessit.

se pedibus fieri solebat, ex origine imaginum iam supra V B 1 p. 171 repetivi.[1]

F. De vestitu.

Cf. p. 8. 20 s.

1. Priapus ut antiquissimis temporibus nudus e ligno edolabatur, ita postea saepissime nudus repraesentatus est (IV H; Tibull. I 4, 5 s.; Priap. 16, 8; Augustin. civ. dei IV 11 extr.; cf. C 2 c p. 177), quamquam haud raro monumentis (iis potissimum signis, quae elegantiore arte confecta sunt) vestitus ante oculos proponitur (IV D—G. I 4—6). Exemplo fuit Bacchus (E. Thraemer *Rosch.* s. v. Dionysos, imprimis col. 1140; L. A. Milani, Mus. Ital. III (1890) 773 ss.; M. Bieber *Arch. Jahrb.* XXXII (1917) 15 ss.), sed hoc habitu etiam barbariem mollitiamque Priapi designare voluerunt (cf. Jahn *BJ* p. 50 ss.; Helbig *Untersuchungen* p. 178 s.; Usener *Tychon* p. 24). Ceterum cum Priapo Ithyphallos conferas in theatrum procedentes, quorum ornatum *muliebrem* Semus Delius fr. 2 (Tresp *RGVV* XV 1 p. 201 ss.) apud Ath. XIV p. 622 B (cf. Hesych. Phot. Suid. s. v. *Ἰθύφαλλοι*) descripsit (cf. Amelung *PW* s. v. *χειριδωτὸς χιτών* col. 2212; De dis Atticis p. 50 ss. 55).

Solita igitur Priapo haec est vestis: tunica (cf. Priap. 1, 7) talaris (sive etiam ad genua demissa: IV D 39. 76) plerumque alte cincta (cingulo geminato: IV F 9) ab utroque humero nexa aut ipsa manicata aut alteri tunicae manicatae superinduta (IV D 1. 2. 5. 18. 18a. 28. 43—47. 51. 52. 55. 62. 67. E 2. 32. 40. 42. 44. 47. 48. F 5. G 4. 7. 8. I 4?; humeris non tectis: IV F 9). Praeterea haud raro veste amictus est plerumque usque ad pedes late defluente — sive id *ἱμάτιον* est sive *χλαῖνα* (Ps.-Mosch. 3, 17) sive *χλαμύς* (Eryc. Anth. Plan. 242, 6); inspicias imagines: IV D 13. 15. 19. 77. E 39. 41. F 3. 6. 7. G 1. 3. 9—13. Bracchio iniectum vestimentum IV E 13. 34. H 2 a. 38. 65 (vasculo: IV H 1). Nonnumquam tunicati aperta sunt bracchia (IV C 2. 15. D 3. 4. 8. 9. 23. 60. 91. 96. E 13. F 1. G 5); in imaginibus haud paucis manicae non satis dispiciuntur (IV D 20. 21. 24. 25. 29. 34. 35. 36 a. 48. 54. 57. 58. 66. 73. 74. E 4. 8. 20). In aliis rursus tunicam ita compositam invenimus, ut lacerti quasi manicis non iustis tegantur (IV C 3—5. 24. D 6. 22. 39. 64. 65. E 35. 37. 38. G 2). Alterum humerum tunica delapsa nudatum

[1] In Bacchi imaginibus archaisticis consuetudinem ita valuisse, ut feminum crurumque habitu Bacchi illius *Περικιονίου* memoria retineretur, Ed. Schmidt *Archaistische Kunst in Griechenland und Rom*, Mon. 1922, 50 s., demonstravit.

artifices IV C 5. 13. 14. D 96. F 4. G 5 (cf. D 97a) fecerunt, id quod in mulierum imaginibus usu venit. Saepe Priapus solito artificum more quovis vestimento ita amictus est, ut tunica aut desit aut saltem non conspiciatur (III B 3 p. 73 n. 1. IV A 2. C 6—12. 21—23. D 7. 12. 14. 50. 68. 70. 78—82. 86. 89. 90. 92. 97 ab. E 1. 10. 21—26. 31. 33. 36. 45. 46. 51—90. I 5). Ceterum cf. quae de imaginum IV D—G generibus in universum disputavi.

Veste cucullata indutae sunt figurae IV D 56. 63. 97a (?). E 16. 33(?). Quam vestem a Telesphoro Priapum mutuatum esse probabile mihi non videtur, cum necessitudinem ei cum hoc puero divino intercessisse confirmari non possit: figurae tres obscaenae adulescentis sive senioris cucullati, cuius partem superiorem cum sustulisti phallus apparet (J. Schmidt *Rosch.* s. v. Telesphoros col. 317 s. 324; cf. Jahn *Ber.* 72 s.; P. Wolters *Bonn. Jahrb.* CXVIII 1909, 266 s. n. 3. Arndt-Amelung ser. X col. 70; W. Deonna, Genava VI (1928) p. 70 nr. 34 cum n. 2), neque ad Telesphorum neque ad Priapum certo referri possunt; reminisceris adulterorum, qui cucullo caput velabant, ne agnoscerentur (Mau *PW* s. v. cucullus col. 1739). Cf. etiam ithyphallos quales publici iuris fecerunt L. Stephani, Compte-rendu 1868 p. 68 tab. III 4; J. v. Bersa *Öst. Jahresh.* III 1900 *Beiblatt* col. 218 fig. 46. 7 (Reinach, Rép. stat. III 22, 4. 5)[1]. Priapus agricolarum potius exemplo hoc vestimenti genere uti videtur, id quod iam J. B. Casalius, De antiquis Romanorum ritibus cap. XII, intellexit (inspexi editionem Francof. et Hannov. anno 1681 publicatam p. 82)[2]. Puerili vero cucullo (violaceo: Maspero nr. 1061) Priapiscus ille sive Horus (IV C 13. 14) indutus est (VIII A 1c), cf. etiam puerum apud Kaufmannum tab. 47 nr. 415.

Interdum Priapus pellem — seu *νεβρίδα* seu *παρδαλῆν* — nonnumquam fructibus plenam aut vesti (IV E 37. 38. G 10) aut corpori nudo (IV D 93. 98 ab. H 71. 105, cf. 108) circumdatam habet, cf. V G 1. VII F 3 n. Gorgoneo vestis in pectore insignis est figurae IV E 4, cf. VI E 1.

---

[1] Eiusdem generis figurae Augustoduni (Reinach, Rép. stat. IV 351, 7) et in vico Bertrich ad Mosellam asservantur. Cf. etiam S. Loeschcke *Lampen aus Vindonissa*, Tur. 1919, 384; G. Vorberg, Glossarium eroticum p. 500.

[2] Cf. quomodo p. 81s. simulacrum Priapi (generis IV D) cucullati describat: *Ego penes me habeo simulacrum Priapi antiquissimum ex lapide albo . . . induitur vestimentis hodie monachorum nempe Scapulari, Cucullo seu capitio, et patientia, ut ajunt, ac etiam caput rasum instar coronae, seu tonsurae.* Cf. p. 184.

In solito autem Priapi vestitu complures res notandae sunt, quibus artifices naturam eius significare voluerunt. Inter quas res manicae maxime conspiciuntur, quibus Bieber l. c. p. 64 minus barbariem designari existimat quam rusticitatem Bacchique similitudinem. At non raro (*gelegentlich*), sed sollemni more Priapus tunica manicata indutus erat eis ipsis temporibus, quibus Bacchus praeter morem ab iis potissimum artificibus, qui antiqua simulacra imitatione exprimebant, manicatus effingebatur. Ergo tunc hic habitus Priapi magis proprius videbatur quam Bacchi, a quo ille eum mutuatus erat. Fortasse igitur hominum agrestium exemplum (Bieber p. 103 s.) aliquid valuit, sed praecipue barbariem eandemque mollitiam artifices designare voluisse eo probabilius videtur, quod eodem consilio eos faciem a Graecis satis abhorrentem fecisse et capiti tegumentum ab eorum more alienum imposuisse apparet (V D. F 2). De manicis cf. praeterea W. Amelung *PW* s. v. *χειριδωτὸς χιτών* (imprimis col. 2215); E. Saglio, Dar.-Saglio s. v. manica 1; L. Heuzey, Histoire du costume antique, Par. 1922, 82 ss.; M. Bieber *Griechische Kleidung*, Berol. et Lips. 1928, 20 s. 46. 52. Eodem spectat tunicae alte cinctae longitudo, quae veterum Ionum *ἑλκεχιτώνων* et barbarorum propria iudicabatur (Clidem. in schol. Callim. Aet. fr. 4, 17 ss. Pf., cf. Wilamowitz *SB Berl.* 1912, 547), cum in mulierum vestitu atque etiam in virorum sollemniore habitu nihil mirum haberet; *φαιδρὰ ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν τρυφὴν καθειμένη* in Ps.-Luciani Amor. 3 commemoratur. Romani de manicatis et talaribus tunicis non aliter iudicaverunt atque Graeci, velut Cic. Cat. II 22 Catilinarios quosdam sic describit: *quos pexo capillo nitidos aut imberbis aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis, quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.* Cf. praeterea Hor. sat. I 2, 25; Quint. inst. or. XI 3, 138; Gell. VI 12 etc. Id quoque praetermittendum non videtur, quod tunica non raro tam tenuis est, ut sicut *ταραντινίδιον* vel *ἀμόργινον* muliebre formam corporis vix velet vel multis rugis quasi crispetur (IV F 3. 4. 9. G 1. 10). Reminiscimur Ithyphallorum, qui *περιέζωνται ταραντῖνον καλύπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν*, vel Bacchi, cuius *κροκωτὸς διαφανής* commemoratur a Callix. ap. Ath. V 198 C. Denique colorum varietas quaedam minime severa et ad delicatiorum atque etiam barbarorum ingenia idonea Priapi non minus propria fuit quam Bacchi: testantur Eryc. Anth. Plan. 242, 6; Cornut. 27 (VI B 1 a);

Cassiodor. var. VI 21, 2 (III B 7), cuius aetate *geniatus indutus, vestis gratiosa* Priapi cum chlamyde rectoris provinciae purpureis clavis intexta comparari potuit. Accedunt imagines nonnullae, in quibus amictum caeruleo (IV C 13. 21. E 59. G 10. 13) vel purpureo (III B 3 p. 73 n. 1. IV C 8. E 34. 77) colore pictum videmus, tunicam caeruleo (IV E 35) vel purpureo (IV G 10; cum παρυφῇ caerulea: IV G 13) vel croceo (IV E 34 cum manicis viridibus) vel viridi (IV F 9 cum manicis croceis). Vestis purpurea imprimis Bacchi eiusque asseclarum propria erat (cf. Amelung *PW* s. v. χιτών col. 2331; E. Wunderlich *Die Bedeutung der roten Farbe*, RGVV XX 1, Giss. 1925, 83 etc.), croceum colorem viros non decuisse satis notum est; de crocota cf. F. Wieseler *Das Satyrspiel*, Gott. 1848, 149; Thraemer *Rosch.* s. v. Dionysos 1108 s.; Ioannes Boehlau, Quaestiones de re vestiaria Graecorum, Wimar. 1884, 5 ss.; R. Schmidt, De Hymenaeo, diss. Kil. 1886, 36 ss.; Gualth. Mueller, Quaestiones vestiariae, diss. Gott. 1890, 32 ss.; E. Pottier, Dar.-Saglio s. v. crocota; Amelung *PW* s. v. χιτών col. 2324. Lugentes vero *Priapi* μελάγχλαινοι a Ps.-Moscho 3, 27 dicuntur.

Maxime ad Priapi naturam denotandam capitis tegumentum valet.

2. Saepe enim caput (etiam nudi ceteris corporis partibus dei) panno quodam tectum est (IV D 19. 20. 22. 64. 65. 67. 70. 74. 80. 82. 84. 85. 95—97. 102. E 6. 14. 46. 49. 54a. 60. 66. 71. 84. G 13. H 2a. 5. 7. 21. 40—43. 55. 60. 62. 67. 68. 71. 77. 93. 95. 105. 115. 171. I 8. VIII P 6), qui variis admodum formis ab artificibus figuratus est. Atque plerumque quidem sicut κρήδεμνον per occipitium in cervices vel super humeros effunditur (velut IV D 2. 25. 36 a. E 10. 33? 41. 48. 55. F 5. 9. H 3. 59 a. I 4; cf. A. Michaelis *Arch. Jahrb.* XII (1897) 51) aut κεκρυφάλου sive σάκκου exemplo artius crines cohibet (velut IV D 24. 29. 35. G 3. H 2. I 2. 3). Haud ita raro tamen galerum potius agnoscas sive pileum (IV D 23. E 36. 63. 69. 70. H 22 a. 29. 47. 50. 66. 69 bcd. 70; margine replicato: IV H 1, aut etiam umbrae causa longius prominente: IV H 38); nonnumquam pileum in acumen fastigatum invenis (IV C 22. H 10), bis Phrygium (sive Mysium, cf. Aristophan. Acharn. 439) vel tiaram, quamquam mento numquam subnectitur (IV E 34. 72). Maxime vero insignis atque Priapi proprius videtur pannus non simpliciter impositus, sed circum caput complicatus, ita ut coma aut tota obvolvatur (IV D 61. 62. 92. F 3. 4. G 3. 4. H 63. 65. 104. I 5)

aut velut taenia cingatur (IV D 18a. 28. 44—47. 50. E 20. 57 G 7. 8. I 1, corona plerumque insuper religata; partes extremas panni super aures pendentes vides, cf. IV F 3. H 56. 114). De cucullo cf. supra p. 193.

Haec autem cuiusvis formae tegumenta colorata fuisse consentaneum est: versicolorem videmus pannum caerulea virga cinctum in imagine IV G 13, purpureo colore pictum viridique redimiculo ornatum IV E 34, croceum IV F 9; cf. etiam quae Mau de signo Vettiorum IV H 1 refert: *cuffia, con tracce di color rosso, dal margine rivoltato. Dall' estremità posteriore di questo margine una larga striscia si dirige in su e finiva in una punta ora mancante.*

Capitis tegumento mulierum proprio mollitiam Priapi denotari Jahn *Ber.* p. 238s. *BJ* p. 46 (cf. *Arch. Beitr.* p. 204s. 335s. 356 not.) iam pridem intellexit; neque vero eum (*BJ* p. 56) latuit (quod iam viri docti Herculanenses, Bronzi di Ercolano II p. 375 n. 2, animadverterunt) barbarorum quoque orientalium memoriam eo revocari, quos aperto capite incedere non consuevisse notum est, cf. Ad. Michaelis *Arch. Jahrb.* XII (1897) 51s.; L. Speleers, Le vêtement en Asie antérieure ancienne, Ann. Soc. d'arch. Bruxelles XXXI (1923) 168s. 171s. Nomen igitur quaerentibus, quo in universum hoc insigne capiti impositum dicamus, opportune mitrae appellatio nobis occurrit, qua Graeci et Romani varia barbarorum tegumenta comprehenderunt: *mitrati* enim Indi (Strab. XV p. 712. 719; cf. Curt. VIII 9, 21; Arrian. Ind. 16, 2), Arabes (Plin. nat. hist. VI 162, inde Solin. 33, 16; Claudian. cons. Stilich. I 156; cf. W. Fol, Catalogue du musée Fol, vol. I p. 288 ad nr. 1319), Cissii (Herodot. VII 62), Babylonii (Herodot. I 195), Lydi sive Phryges (Alcman. fr. 1, 67s. D.; Pind. Nem. 8, 15, cf. Isthm. 5, 62; Diogen. trag. fr. ap. Ath. XIV p. 636 A. Trag. Graec. Fragm. rec. Nauck[2] p. 776s.; Verg. Aen. IV 216. IX 616, cf. Schol. Dan. ad priorem locum et Isidor. orig. XIX 31, 4s.; Propert. III 17, 30. IV 7, 62). Apud ipsos autem Graecos Romanosque mitra praecipue fascia dicebatur sive taenia latior, semper ut videtur colorata, qua coma redimiri vel saepius circumplicata tota obvolvi poterat (etiam subiecto κεκρυφάλῳ: Aristoph. Thesm. 257, cf. v. Netoliczka *PW* s. v. Kekryphalos col. 127): utebantur autem mitra imprimis anus atque meretrices, ceterae mulieres fere numquam nisi noctu. Ergo adulescentes Athenienses, ut Megarenses deciperent, cum mulierum habitu mitras sumpsisse dicuntur (Plut. Sol. 8, 5), Tlepolemus

mitella textili contecto capite milites sese effugisse narrat mulierem putantes asinariam (Apul. met. VII 8), Vertumnus anum adsimulans *picta redimitus tempora mitra* describitur ab Ovidio met. XIV 654, Iupiter Liberum parturiens a Ctesilocho depictus erat *mitratus et muliebriter ingemiscens inter obstetricia deorum* (Plin. nat. hist. XXXV 140; non plane recte H. Heydemann *10. Hall. Winckelmannsprogr.* 1885 p. 5 s.), Hercules Omphalae servitio effeminatus *ausus est hirsutos mitra redimire capillos* (Ovid her. 9, 63, cf. Herculis Coi sacerdotis ornatum muliebrem descriptum a Plut. quaest. Graec. 58 p. 304 C). Inter viros igitur (cf. Aristoph. Thesm. 163: *ἐμιτροφόρουν τε καχλίδων Ἰωνικῶς*) neque minus inter deos mitra luxuriae et mollitiae fuit argumentum, velut Hermaphroditum Polycles huiusmodi capitis tegumento insignivit (Jessen *PW* s. v. Hermaphroditos col. 720 s.). Etiam Bacchus *θηλυμίτρης* fuit (Lucian. dial. deor. 18, 1. Bacch. 3 cf. 2; Studemund, Anecd. I p. 268. 275. 282)[1], nam *μιτροῦσθαι Διονυσιακόν* esse Strab. XV p. 712 secundum Megasthenem pronuntiat ex mente philosophorum Indorum, qui Bacchum in sua terra natum contendebant (quamquam eius coma non tota solebat mitra involvi). Iam vero si servus, cui nomen erat *Φρύξ*, iocose *θηλυμίτρης* (CIG 3346) vocari potuit (Fick-Bechtel *Die griechischen Personennamen*, Gott. 1894, 6, cf. M. Lambertz *Glotta* IV (1913) 120), eadem mitra et barbariem et mollitiam muliebrem denotari potuisse apparet. Ut autem mitrae vocabulo barbarorum diversa *εἴδη* tegumentorum comprehendi poterant, ita artifices qui Priapum fingebant non eam tantum formam retinebant, quae in Graecorum vestitu hoc vocabulo dici solebat, sed variis formis, quales apud barbaros solitae erant, ingenium eius dei designabant. Quae formae cum omnes fere, etsi aliis nominibus appellabantur, muliebri cultui respondeant, *κυνῆ* et *πῖλος* magis ad agricolarum et nautarum sive piscatorum mores spectant; pileis acutis in Aegypto hellenistica aetate qui opus sub sole faciebant atque etiam saltatores phallici tegebantur, cf. R. Zahn *Amtl. Berichte* XXXV (1913/14) 301 ss.

De mitra cf. W. A. Becker *Charikles*[2], Lips. 1854, III 247 s.: A. Rich *Wörterbuch der römischen Altertümer* s. v. mitella et mitra; Hermann-Blümner *Griech. Privataltertümer*[3] 194; Perdrizet, Bronzes Fouquet 15; Bremer *PW* VII col. 2133 s.; A. De Ridder, Dar.-Saglio s. v. mitra 2; W. Kroll ad Catull. 64, 63: G. Perrotta,

[1] De Sileno cf. III E 3 p. 94.

Studi Ital. N. S. IV (1925) 48; A. Hähnle, *Γνωρίσματα*, diss. Tub. 1929, 93 ss.

Saepe Priapus calatho sive modio, fecunditatis signo, ornatus est, mitrae interdum superposito (IV D 12. 18a. 48—53. 57. 75. E 10. 22. 42. 58. 59? 64. 76. 81. H 6. 35. 42. 43. 56. I 4; etiam cum corona radiata: IV D 54. 55, cf. VIII H 3), quem cum in plerisque figuris Aegyptiacis inveniamus, a Sarapide sumptum esse verisimile videtur, cf. VIII A 4.

3. Pedes nisi nudi sunt, calceis talos attingentibus undique solent tecti esse, quos Graeci, cum a barbaris mutuati essent, *Περσικάς* vocaverunt, cf. K. Erbacher *Griechisches Schuhwerk*, diss. Herbipol. 1914. 45 ss. Qui quamquam inde a V. saeculo in frequentem usum venerunt, apud deos tamen vetus consuetudo ita permansit, ut barbaricae originis vel mollitiae essent argumentum: ergo praeter Venerem et Amorem Bacchus et numina Bacchica hoc calceamenti genere insigniebantur, ante omnes sollemni more Priapus (IV C pass. D 20. 23—25. 28. 29. 31. 36a. 42—51. 54. 59. 61—63. 67. 73. 77. E 19. 44. F 6. 9. G 1—3. 13. H 11). Concinnae sane videntur Persicae eius (cf. IV D 67. G 1) et pictae (IV F 9. G 13). Haud raro tamen calceamenta supra talos ascendentia cum Baccho communia habet (IV D 1. 2. 39. 41. E 23. 24. 33—35. G 10), seu molles *κοθόρνους* seu humiliores *ἐμβάδας*, quae non modo ad delicatorum usum accommodatae, sed etiam Asianorum calceatus similes videri poterant (cf. W. Amelung *PW* s. v. Embas col. 2483): violaceo colore pinxit artifex IV E 34. *Ἐνδρομίδες*, quibus Priapi figura IV G 10 induta est, minus aptae ad eius mores videntur (nisi forte custodiae munus iis designatur); mutuari potuit a Baccho, sed omnino *ἐνδρομίδες* atque *ἐμβάδες* non semper satis diligenter inter se dinoscuntur. Soleis indutus fingitur IV F 3. G 9, in qua re nihil momenti ad eius vim ac naturam inest.

4. Ornamentis pretiosis aures, collum, bracchia ornata esse figurae IV E 34 mulierum ritu atque Orientalium (cf. etiam Herculis effeminati ornatum ap. Ovid. her. 9, 57 ss.) mirum non est. Inaures Priapus etiam IV F 9. G 13 gerit, armillas IV F 4.

G. De rebus quibusdam, quas Priapo naturae eius denotandae causa attribuerunt.

1. Fructus varios sinu vestis gestare solet (III B 3*γ*. IV C 1. 13. 15. 15a. D. F 2. 4. 6. 7. G 1—3. 9. 11—13. H 88f. VII C 9; cf. VII F 2*cγ*), rarissime ritu Satyrorum et Silvani nebride (IV D 93. 98 a b), nonnumquam etiam corbe sive lance (IV C 23. D 4? 60. 68.

97 a. G 11, cf. H 74). Quod autem Iustin. gnost. ap. Hippolyt. ref. V 26, 33 p. 132, 6 W. (cf. VIII L) dicit: *ἐν ταῖς ὁδοῖς βασιάζων τὰς ὀπώρας ἐπάνω αὐτοῦ*, explicatur figura IV D 18a (cf. 44—47), cuius capiti impositus est calathus fructibus abundans. De coronis cf. V D 2. VII F 5 a κ. Fructus sertos a dextro humero figurae IV G 10 descendisse Mariani suspicatus est. Maxime autem cornucopiae, quod in hellenisticae aetatis monumentis imprimis Alexandrinis tam crebro invenitur, ad Priapi naturam quadrasse consentaneum est; quod saepe eum manu tenentem videmus (IV B 3. D 8? 61. 62. 79. E 21. 72. 73. 73 a. 78. H 48. 56. 65, cf. 110). Nonnumquam tamen fructus ipsos manu tenet (IV H 9), velut malum (IV D 87), tres spicas (IV H 24, cf. E 24), frondem lauream (IV E 47), palmam (IV H 36?), uvas (IV H 3a. 83, cf. etiam figuram figlinam mutilam Cumis repertam, quam VII C 4 commemoravi). Terram loco Priapi sacro largiter sua munera procreare videmus IV E 47. H 74, cf. E 15. H 110. 182 et p. 150 n. 1; ipse dei herma ex flore sive calyce assurgit IV D 96. H 114. I 4; palmes hermae scapo se circumvolvit IV E 37. Cf. VIII A 1 c. 2.

2. Haedum bracchio sinistro fovet pecorum tutor IV G 10; alioqui animalia diversa circum hunc deum versantur, cf. VII F 4. Etiam aves quod nonnumquam non satis ab eo terreri videmus (VI B 3 d), seria olim causa suberat, cf. VII F 4 b.

3. Falx saepissime Priapo attribuitur: Verg. georg. 4, 110 cum scholio cod. Bern. 165 (G. Funaioli, Riv. indo-greco-ital. III (1919) 216. Esegesi Virgiliana antica, Mediol. 1930 p. 187): Tibull. I 1, 18. 4, 8; Hor. sat. I 8, 4; Ovid. met. XIV 640; Priap. 6, 2. 11, 2. 30, 1. 33, 6. 55; Copa 23; Colum. X 34; Mart. VI 16, 1. XI 18, 21; Cornut. 27; Lactant. inst. div. II 4, 2. Accedunt imagines: IV D 65 (cf. 64). 80. 82. 86. 91(?). E 29. H 74 (cf. 143).

Falx quid significet, Cornutus explicare studet tribus rationibus propositis, quarum primam etiam Schol. Vergilianus profert: *cum falce enim depingitur Priapus, quia falce herbae et flores metuntur.* Neque dubium esse potest, quin hac ratione cur Priapo antiquissimi cultores eam dederint optime intellegamus: nimirum idem instrumentum quod homines hortulani divinus hortorum tutor habere debebat. Eodem tamen aves atque etiam fures terreri mox sibi finxerunt (Cornut. l. c.: *ἐπεὶ κατὰ τὸν ιηρυῆντά τί ἐστι και καθωπλίσθαι πρὸς ἀσφαλειαν αὐτοῦ*, cf. J. G. Frazer in commentario Ovidi fastorum, Lond. 1929, II 170), id quod in ridiculum facile verti potuit (cf. VI B 3). Dextra Priapum falcem

tenuisse et consentaneum est et imaginibus atque Horati Cornutique testimoniis confirmatur: erraverunt, qui dextra vacua porrecta (cf. V E 2) fures terrere deum ab Horatio dici crediderunt (E. Braun *Bonn. Jahrb.* XXV (1857) 56; Sittl *Gebärden* 319; recte iam Lactantius Horati verba intellexit), cf. etiam sub 4. Falx ut ipse Priapus plerumque lignea fuit (Priap. 6, 2; saligna: Verg. georg. 4. 110. inde Copa 23); tamen eam, quam fures surripuerunt (Priap. 55), veram falcem fuisse putaveris. Ceterum quamquam solos apud Romanos de his armis Priapi mentio fit, apud Graecos Priapum eis nondum instructum fuisse concludendum non est: Silvanus igitur, nisi iam pridem ea gesserat, a Priapo mutuatus est (A. Reifferscheid, Ann. dell'Inst. XXXVIII (1866) 217; Jessen 2973; R. Peter *Rosch.* s. v. Silvanus 835; Klotz *PW* s. v. 118).

4. Fustis Priapo attribuitur Priap. 11, 1. 63, 9 (qui versus numeris non plenus est, cf. VI B 3c). Falso (cf. Wernicke p. 79 s.) Pseudacron ad Horat. sat. I 8, 4 adnotavit: *quia fustem tenens figuratur.*

Fuste non minus quam falce Priapus fures caesurus est sicut Pan ap. Nicarch. Anth. Pal. IX 330; pastores fuste contra feras magis utuntur quam contra homines. In artis monumentis Priapum plerumque curvum pedum (*λαγωβόλον*) tenentem videmus, arma pastoris (sive venatoris) huius dei naturae non minus apta quam Panis et Silvani (cf. A. Furtwängler, Ann. dell'Inst. XLIX (1877) 212 ss. *Kleine Schriften* I 156 s.): IV D 98a. E 34. 65? 85a. 88. H 35. 109. 115. I 8. Baculum quodvis tenent figurae IV D 91 (?). E 45. 85 b. F 5 (?). H 38. 184; baculo nititur figura IV H 9; sceptrum aut thyrsum tenuisse videtur figura IV G 10, cf. E 36. De sceptro Priapi Aegyptii sive Hori cf. VIII A 1 a. Ceryceum habet figura IV D 88. Strigilem tenere dicitur IV H 4.

5. Horat. sat. I 8, 6 s.:

> Ast importunas volucres in vertice arundo
> terret fixa vetatque novis considere in hortis.

Figurae IV D 81. E 90 (?). F 8. H 36 (?) arundinem manu tenent; figura in imagine IV H 39 picta duas arundines in capite habet, manu tenet arundinem fissam.

Arundine vento agitata aves terrentur, ne in agris considant; fissa igitur videtur fuisse, ut mota creparet (Kießling-Heinze ad Hor. l. c.). Sed arundo in vertice fixa simul obeliscorum (sive meniscorum) pretiosiorum locum tenebat, quibus ne ipsis simu-

lacris insiderent aves prohibebantur, cf. A. Trendelenburg *Arch. Anz.* 1898, 230 ss. *Woch. f. klass. Phil.* 1899. 134 ss.; E. Petersen *Arch. Jahrb.* XXVI (1911) 48 s.

6. A Baccho Priapus mutuatus est thyrsum taeniis ornatum (III B 3 p. 73 n. 1. IV A 2. E 20. 34. 48. 62. 85 c. 86. 87. F 6. H 29. 107. 108. 124) et cantharum (III B 3 p. 73 n. 1. IV E 45. 49. I 8), ex quo libat (IV A 2. E 21. 25. 32). Cf. p. 8. Scyphum utraque manu attollit IV H 72. Cornu tenet sive levat IV D 97 b. E 36. 39 (?), ut bibat (IV D 98 b. H 38); libat sive vinum effluere sinit IV H 105. De alabastro sive cornu, ex quo sucum fecundantem effundit, cf. V C 4. Pateram tenet IV E 39. 49. H 47 (cf. VII D 4).

7. Tintinnabula, quae homines, ut sonitu mala repellerentur, aut collo aut manu gestabant, Priapus IV H 68 (cf. K 2) phallo habet suspensa sicut multae figurae ithyphallicae nobis servatae. Sed etiam manu porrecta eum sonare videmus IV H 44—46. De tintinnabulis cf. Bronzi di Ercolano II p. 391 s. n. 8 s. (non plane recte p. 376 n. 5); Jahn *Ber.* 79; L. Stephani, Compte-rendu 1865, 173 ss.; A. Stanley Pease, Harv. Stud. XV (1904) 29 ss.; P. Wolters *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) 262. 267 etc.; Espérandieu, Dar.-Saglio s. v. tintinnabulum; R. Zahn *Amtl. Ber.* XXXV (1913/14) 86 s.; Ed. Stemplinger *Antiker Aberglaube in modernen Ausstrahlungen*, Lips. 1922, 86; Keramopullos, *Ὁ ἀποτροπαϊσμός* 77 s.; Not. d. Scavi 1924, 187 s. Etiam ad Bacchi religionem pertinebant, cf. F. J. Dölger *Antike und Christentum* I (1929) 184 s.

8. Speculo faciem suam contemplatur IV D 88. E 30. Hermaphrodito speculum praebet IV F 9 (vice versa IV I 5?), Veneri IV H 28, cf. E 22. H 172.

9. Marsupium tenet figura IV K 2, cf. IV E 34 (VI E 2 d).

VI. De Priapi officiis

A. 1. Universa Priapi vis ac natura his cognominibus indicatur (quae tamen saepe non satis serio ei imponuntur):

sanctus: Priap. 40, 3. 82, 3; Petron. 133, 3 v. 14; Mart. VI 73, 9; Hymn. Tiburt. CLE 1504, 1. 12. 18. 22. 32. 38. 52; Caes. Bass. p. 260, 36 K.

pater: Priap. 37, 9.

Veteres Romani videlicet omnes deos (indigenas) patres dicebant (Serv. auct. Verg. Aen. 1, 155; cf. A. Zinzow *Der Vaterbegriff bei den römischen Gottheiten*, Pyritz 1887; A. Dieterich *Eine Mithrasliturgie*[3], Lips. 1923, 142; F. Marx ad Lucil. 19 ss.; Wissowa *Rel. der Römer*[2] p. 26 s.; E. Bickel *Der altrömische Gottesbegriff*, Lips. 1921, 89; H. J. Rose, The Roman questions of Plutarch, Oxon. 1924, 82 s.; K. Latte *Arch. f. Religionswiss.* XXIV (1926) 246 s.; F. Schwenn *Gebet und Opfer*, Heidelb. 1927, 66 s.), unde Priapei illius scriptor ioco quodam id cognomen ad Priapum transtulit. Alia est hymni Tiburtini condicio, quo hic deus tamquam Pantheus universique creator mundi (VI E 3 a) celebratur; in hoc hymno igitur appellatur:

sanctus pater rerum: v. 1. 18. 22; (eodemque scilicet sensu in versu intercalari) sanctus pater: v. 12. 32. 52.

potens pollens invictus: inscr. (cf. VIII P 3).

potens amicus: v. 33. 47.

Eodem pertinet cognomen ἄναξ: hymn. Orph. 6, 9.

[εὐεργέτ]ης καὶ παρασιάτης Priapus ab Artemidoro IG XII 3, 1335 appellatur (cf. VI E 2 a).

Haec duo cognomina aetate hellenistica saepius deis imposita sunt; de priore cognomine, quod, cum proprie hominibus magis aptum esset, iam a Pindaro Pyth. 5, 44 Apollini datum est, vide Jessen *PW* s. v. Euergetes 1; Preuschen-Bauer *Griechisch-deutsches Wörterbuch zu den Schriften des Neuen Testaments*, Gissae 1928 col. 499; A. D. Nock, Harv. Stud. XLI (1930) 53 s. n. 3. De altero cognomine, quod in ipso cultu nonnullorum deorum satis antiquum videtur esse (cf. etiam Xen. Cyr. III 3, 21), vide Eisele et Hoefer *Rosch.* s. v.; L. Weniger *Klio* VII (1907) 172 n. 3; Preller-Robert II 642 n. 7; De dis Atticis p. 11; Kern *Rel. der Griech.* I 124.

2. Fuit autem Priapus, cum τὸ γόνιμον proprium eius esset (VIII H 1), ut uno verbo officia eius complectar, fecunditatis deus (cf. p. 5 ss.), id quod optime intellegitur ex loco, quo in eum invehitur Augustinus, de consensu evang. I 25 (p. 37, 12 ss. W.):

Quae ista inter eos (sc. deos gentium) est tam foeda consensio, ut nec Diana virgo casta coli prohibeat non dicam Venerem, sed Priapum? nam si unus homo et venator et agricola esse voluerit, servus erit amborum, quibus tamen vel vicina templa fabricare erubescit, sed interpretentur Dianam virtutem quam volunt, interpretentur et Priapum fecunditatis deum, ita sane ut in

fetandis feminis pudeat Iunonem talem habere adiutorem, dicant quod placet, interpretentur quod sapiunt, dum tamen omnia eorum argumenta perturbet deus Israhel.

Ergo ut Priapus duplici officio et rura curabat et amoribus providebat, ita Prudent. contra Symm. 1, 102 ss. (cf. p. 33) eos secutus, qui hominem Graecum sive civem Lampsacenum eum fuisse dicebant (III B 5. VII A 4), rusticum libidinosum sibi finxit:

Ecce deum in numero formatus et aeneus adstat
Graius homo augustaque Numae praefulget in arce.
strenuus exculti dominus quidam fuit agri
hortorumque opibus memorabilis: hic tamen idem
scortator nimius multaque libidine suetus
rusticulas vexare lupas interque salicta
et densas saepes obscena cubilia inire;
indomitum intendens animum semperque paratum
ad facinus numquam calidis dabat otia venis.
hic deus e patrio praenobilis Hellesponto
venit ad usque Italos sacris cum turpibus hortos,
sinum lactis et haec votorum liba quotannis
accipit ac ruris servat vineta Sabini,
turpiter adfixo pudeat quem visere ramo.

B. De Priapo deo rustico sive terreno.

Cf. p. 5 ss. 13. 16 s. 28 ss.

1. a) Schol. Theocrit. idyll. 1, 81 a: *Ἀγροικικὸς γὰρ ἦν ὁ Πρίηπος* (III E 2). Inter *rusticorum monstra deum* Priapi a Prudent. peristeph. X 241 s. numerantur (VII A 5 b). In universum de hac officiorum parte Priapi disputat Cornut. theol. comp. 27 p. 50 s. L.: *Ἴσως δ' ἂν οὗτος* (sc. *ὅλος κόσμος*) *καὶ ὁ Πρίαπος εἴη, καθ' ὃν πρόεισιν εἰς φῶς πάντα, τῶν ἀρχαίων δεισιδαιμόνως καὶ ἀδρῶς διὰ τούτων ἃ ἐφρόνουν περὶ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως παριστάντων. ἐμφαίνει γοῦν τὸ μέγεθος τῶν αἰδοίων τὴν πλεονάζουσαν ἐν τῷ θεῷ σπερματικὴν δύναμιν· ἡ δ' ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ παγ-* 5
καρπία τὴν δαψίλειαν τῶν ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἐντὸς τοῦ κόλπου φυομένων καὶ ἀναδεικνυμένων καρπῶν. παρεισάγεται δὲ καὶ αὐτὸς φύλαξ τῶν τε κήπων καὶ τῶν ἀμπέλων, ἐπειδὴ κατὰ τὸν γεν- 10
νῶντά ἐστι καὶ τὸ σῴζειν ἃ γεννᾷ, καὶ τοῦ Διὸς εντεῦθεν σωτῆρος εἶναι λεγομένου, καὶ τὸ μὲν πολύφορον καὶ καθαρὸν αἱ ἄμπελοι παριστᾶσι, μάλιστα δὲ τὸ ποικίλον καὶ ἐπιτερπὲς καὶ ῥᾳδίαν τὴν γένεσιν ποιούμενον οἱ κῆποι, τοιαύτην ὡς ἐπίπαν αὐτοῦ καὶ τὴν

ἐσθῆτα ἔχοντος. δρέπανον δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ προτείνει πότερον ἐπὶ τούτῳ χρῶνται πρὸς τὴν κάθαρσιν τῶν ἀμπέλων ἢ ἐπεὶ κατὰ τὸν τιμιώτατόν τί ἐστι καὶ καθωπλίσθαι πρὸς ἀσφάλειαν αὐτοῦ ἢ ὡς τῆς αὐτῆς δεινάμεως μετὰ τὸ ἐνεγκεῖν τὰ ὄντα ἐκτεμνούσης αὐτὰ καὶ φθειρούσης.

8 διὰ τούτου corruptum, fortasse διὰ τούτων. 9 10 καὶ τοῦ Διὸς — λεγο- uncis secl. Lang. cf. III A 3 e. 12 τοιαύτην i. e. ποικίλην (vel ἀνθηράν); bene emiravit Osann cap. 30 p. 59, 15 ss. L.: καὶ τὸ μὲν τῆς ἐσθῆτος ἀνθηρὸν τὴν ποικίλην ἐκφαίνει τῆς ὥρας (de Bacchо haec verba fiunt). cf. Br. Schmidt, Diss. Hal. XXI (1913) 78. De Apollodoro Cornuti auctore cf. VI E 3 cγ.

b) Appellatur igitur:

ἀγροιώτης: Zonas Anth. Pal. VI 22, 5.

ruricola: Ovid. trist. I 10, 26.

pusilla culti ruris numina: Priap. 14, 6 s.

Bacchi rustica proles: Tibull. I 4, 7.

Priapum a Tibullo I 1, 14 *deum agricolam* dici non satis probabile est cf. I 5, 27): Ed. Wölfflin *Arch. f. lat. Lexikogr.* XIV (1906) 220, Haasium secutus non recte v. 13 s. post v. 18 poni iussit, cf. O. Weinreich *Hermes* LVI (1921) 343 s.

c) A deo rustico ager Trallianus apte nominatus est *Πριάπιον* (cf. II D 5 b p. 57): item metrum Priapeum posterioribus temporibus a quibusdam nominatum est *bucolicum* (cf. II D 4 c p. 56).

Agricolarum deum Priapum esse etiam in Culice v. 86 significatur. *Ignari* igitur ii agricolae vocantur, qui suum ipsorum patronum temere tamquam lignum vile comburunt: Verg. Priap. 84, 4, cf. Birt *Erklärung des Catalepton* p. 23.

d) Ut ab artificibus natura Priapi incondito corporis cultu significatur, ita a poetis rustica quaedam indoles animo eius tribuitur, sicut apud Babr. 2, 6 s. omnes dei agrestes *εὐήθεις* dicuntur (Usener *Götternamen* p. 247. *Tychon* p. 20): crassa enim Minerva eius est apud Ovid. Priap. 3, 10, atque Homericam suam doctrinam ita excusat Priap. 68, 1—4 (cf. J. Balogh *Phil.* LXXXII (1927) 102):

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
da veniam: libros non lego, poma lego.
sed rudis hic dominum totiens audire legentem
cogor Homereas edidicique notas.

Rusticus igitur est sermo Priapi apud Theocr. idyll. 1, 81 ss. (III E 2; cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 192); minus autem eius proprium genus illud doctum Tibullianum (I 4) est (cf. W. S. Teuffel *Studien und Charakteristiken zur griech. und röm.*

Litteraturgeschichte, Lips. 1889, 478). A Mich. Psello, encom. in Monomachum ed. Sathas, *Μεσ. Βιβλ.* V (1876) 126, rudes homines dicuntur (*εἰδότες*) *ἄττειν καὶὰ τῆς χλόης ἀγροικικὰ μετὰ Πανὸς ἢ Πριήπου καὶ εἴ τίς ἐστι δαίμων ἕτερος τούτου τοῦ κόμματος.*

Sed ut ex Theocriti idyll. 1 apparet, bonum eius ingenium atque tractabile est (cf. Mart. X 92, 13), plane contrarium Panis iracundiae (cf. VI C 3 d): *χαρίεις* appellatur apud Theocrit. epigr. 4, 13 et Satyr. Anth. Pal. X 6, 7 (cf. V C 2. VI C 3), quamquam *ὀξὺ δεδορκώς* officiis custodiae fungitur (Argent. Anth. Plan. 241, 3) atque *ὀργίλον* se praebet furantibus (Philipp. ibd. 240, 3), haud ita serio scilicet (cf. VII A 1). Cf. V D 3 p. 186. In Priapeis *fere semper Priapus de se loquens, ut decet viriliorem, singulari utitur*, non plurali q. d. modestiae (R. Ellis *Mus. Rhen.* XLIII (1888) 265). De iocis q. d. Priapi cf. VI C 2.

e) Mandantur autem curae Priapi non modo agri, sed etiam

α) silvae. Petron. 133, 3 v. 1 s.:

> Nympharum Bacchique comes, quem pulchra Dione
> divitibus silvis numen dedit.

Cf. VII B 1 c.

β) vineae. Ad vinum potissimum vim Priapi pertinere Strabo XIII 1, 12 p. 587 Apollodorum secutus (test. 1 p. 35) putavit: *ἐπώνυμος δ' ἐστὶ (Πρίαπος ἡ πόλις) τοῦ Πριάπου τιμωμένου παρ' αὐτοῖς, εἴτ' ἐξ Ὀρνεῶν τῶν περὶ Κόρινθον μετενηνεγμένου τοῦ ἱεροῦ, εἴτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τὸν Θεὸν ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ σφόδρα εὐάμπελός ἐστιν ἡ χώρα καὶ αὕτη καὶ ἐφεξῆς ὅμορος ἥ τε τῶν Παριανῶν καὶ ἡ τῶν Λαμψακηνῶν· ὁ γοῦν Ξέρξης τῷ Θεμιστοκλεῖ εἰς οἶνον ἔδωκε τὴν Λάμψακον.* Item Ath. I 54 de vinis disputans Lampsaci Themistoclisque mentione iniecta cultum Priapi commemorat. Denique cf. Steph. Byz. s. v. *Λάμψακος*: *ἔστι δ' εὔοινος· ὅθεν Θεμιστοκλεῖ παρὰ τοῦ τῶν Περσῶν ἐδόθη βασιλέως εἰς οἶνον. Δημοσθένης δὲ διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησί, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου.*

Vindemiae fiunt Priapo inspectante: IV E 21. 45. 47. H 177. Cf. IV H 76. VIII G.

Cf. VII B 1 b.

γ) imprimis horti[1]:

[1] Etiam aevo Carolino Walahfridus Strabus culturam hortorum ad Priapi curas rettulit (Mon. Germ. hist. Poet. lat. medii aevi II p. 335). Carmen Anth. Lat. 885 lusum novicium esse Buechelerus intellexit.

Schol. Bern. Verg. buc. 7, 33 p. 810 H.: Priapus hortis praeesse dicitur.

Prudent. contra Symm. 1, 112 (cf. 105): venit (Priapus) ad usque Italos . . . hortos.

Nemes. buc. 2, 51: poma (amat) Priapus. Cf. etiam Priap. 68, 2. Pomonae et Florae aptus amator est, cf. III D 3. 4.

Cf. VII B 1 a.

Appellatur igitur:

κηπουρός: Incert. Anth. Pal. VI 21, 9 (corr. Jacobs).

numen hortorum: Serv. Verg. georg. 4, 111.

deus hortorum: Isid. etym. VIII 11, 24 (Gloss. Ansil. Pr 1196 p. 460 ed. Brit.). CGIL V 325, 45: Priapus g⟨raece⟩ deus oratorum; 383, 21: Priapus deus oratorum, i. e. hortorum (G. Goetz, Thes. gloss. emend. II p. 129).

hortorum decus et tutela: Ov. fast. 1, 415.

f) Etiam pecora Priapo curae sunt. Paus. IX 31, 2: *τούτῳ τιμαὶ τῷ θεῷ δέδονται μὲν καὶ ἄλλοθι, ἔνθα εἰσὶν αἰγῶν νομαὶ καὶ προβάτων ἢ καὶ ἑσμοὶ μελισσῶν.*

ἄλλως codd. corr. Herwerden et Hitzig.

Cf. imagines IV D 90. H 62. 63. 174. 176. 193.

De apibus cf. VI B 3 e. VII F 4 g.

2. Positive ut ita dicam terrae pecorisque fecunditatem dabat.

Secundum fabulam Nonnianam (III B 2) pastor Priapum infantem suscepit *ὡς πρὸς εὐκαρπίαν τῆς γῆς καὶ τῶν κτηνῶν καὶ τετραπόδων νομίσας εἶναι τὸ ἐκείνῳ ὑπάρχον πάθος.*

Apud Bithynos is mensis Priapo fuit dicatus, quo uberrimi erant terrae proventus (II D 5 c, cf. Usener *Tychon* p. 26).

a) Verg. Priap. 86, 1 ss.:

hunc ego, o iuvenes, locum villulamque palustrem
tectam vimine iunceo caricisque maniplis
quercus arida rustica fo[r]mitata securi
nutrior: magis et magis fit beata quotannis.

Serv. Verg. georg. 4, 111 (inde Myth. Vat. I 126. II 38. III 6, 26): dicitur autem praeesse hortis propter eorum fecunditatem: nam cum alia terra semel aliquid creet, horti numquam sine fructu sunt. Cf. III B 5.

Appellatur igitur frugifer apud Colum. X 108 s.:

et quae frugifero seritur vicina Priapo,
excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

Risus inest Priap. 60 et 61.

Cf. IV H 74 (ipse videtur fructus desecare). V C 4. G 1. VII F 5.

b) Verg. buc. 7, 35 s. Thyrsis Priapum appellat:

nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

Verg. Priap. 85, 10 ss. (cf. IV H 62):

meis capella delicata pascuis
in urbem adulta lacte portat ubera,
meisque pinguis agnus ex ovilibus
gravem domum remittit aere dexteram,
teneraque matre mugiente vaccula
deum profundit ante templa sanguinem.

Cf. V G 2.

3. Negative ut ita dicam rura tuta reddebat ut olim ab omnibus malis, ita posterioribus temporibus praecipue a *furibus tam volantibus quam ambulantibus* (Broukhus. ad Tibull. I 1, 21).

Ad hunc igitur deum (etsi non solum) pertinent verba Plinii nat. hist. XIX 50: horto et foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus in remedio saturica signa quamquam hortos tutelae Veneris assignante Plauto.

a) Appellatur igitur:

custos furum atque avium: Verg. georg. 4, 110.

furum aviumque maxima formido: Hor. sat. I 8, 3 s.

πιστός: Leon. Tar. 48, 3 (Anth. Plan. 261, 3), cf. Paul. Sil. Anth. Pal. X 15, 7.

ἀγρυπνῶν: Leon. Tar. 49, 1 (Anth. Plan. 236, 1).

ἀγροφύλαξ: Antist. Anth. Plan. 243, 1.

custos ruris: Ovid. fast. I 391; cf. Priap. 82, 4.

rusticus custos: Priap. 81, 1.

Multos omitto locos, quibus Priapus custos (*φύλαξ* Leon. Tar. 48, 1 [Anth. Plan. 261, 1]) dicitur non nominis vel cognominis sive epitheti q. d. ornantis loco, sed simpliciter officia eius designandi causa.

ὀπωροφύλαξ τῶν ἀμπελώνων καὶ τῶν κήπων: Diodor. IV 6, 4.

φύλαξ τῶν τε κήπων καὶ τῶν ἀμπέλων: Cornut. 27.

custos vitis et horti: Iuven. 6, 375.

hortis et vineis custos: Schol. Dan. Verg. georg. 4, 111, cf. Serv. ad h. l.

ὁ ἐμ πρασιῇ φύλαξ: Anon. Anth. Plan. 86, 1.

(ruber) hortorum custos: Priap. 1, 5; Ovid. fast. 6, 333.

hortorum decus et tutela: Ovid. fast. 1, 415 satis iocose (cf. III C 1 adnot. crit. p. 80).

cucurbitarum ligneus vocor custos: Priap. 63, 12 (cum despectu ita se nominari queritur Priapus).

deus qui hortos tuetur: Serv. Verg. buc. 7, 33.

b) Tit. Halicarn. (IV B 2) v. 5s.:

αὐτοι καὶ μ' ἐκάμοντο τὸν ἐν γονάτεσσι Πρίηπον
ἔργα τε καὶ βωμοὺς συγγενέων ἐφορᾶν.

ἔργα agros, non *ἔργα* (i. e. dona) *συγγενέων* (*θεῶν*), ut Hirschfeld putavit.

Hor. sat. I 8, 4ss. (cf. 17s.):

nam fures dextra coercet
obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus,
ast importunas volucris in vertice arundo
terret fixa vetatque novis considere in hortis.

Dextra falce armata, cf. V G 3.

Prob. q. d. Verg. georg. 4, 110s.: Is (sc. Priapus) autem in horto ponitur, ut avibus formidini sit, itemque noctu furibus, quod interdiu custos videtur stare.

c) Copa 23s.:

est tuguri custos, armatus falce saligna,
sed non et vasto est inguine terribilis.

Explicavit ex veterum interpretum complurium sententia F. Buecheler *Mus. Rhen.* XLV (1890) 323: *sit falce terribilis custos, non item est inguine:* cf. F. Leo in editione Culicis ad h. l. Alibi vero *terribilis* membro est, cf. imprimis Priap. 20, 6. 56, 4; Col. X 33 (fuste: Priap. 63, 9). Cf. etiam VII B 4b.

Priap. 30, 1: falce minax et parte tui maiore, Priape.

Ovid. met. XIV 640:

quique deus fures vel falce vel inguine terret.

Colum. X 31ss.:

truncum forte dolatum
arboris antiquae numen venerare Priapi
terribilis membro, medio qui semper in horto
inguinibus puero, praedoni falce minetur.

membro codd. corr. Gronovius.

Mart. VI 16:

tu qui pene viros terres et falce cinaedos.

Titulus Rubrii Samii, cf. V D 4.

Dominus sacello dedicato cum Priapo paciscitur, ut diligenter custodiat: Priap. 82: tale argumentum fortasse Catullus Priapeo carmine persecutus erat, siquidem Baehrens fr. 2 M. (II D 4 b β) recte explevit: ‚⟨*arce fures, quis male, de meo ligurrire libidost*', qua ratione ex eodem carmine haec excerpta esse dixeris atque fr. 1 M. (magis tamen credo verba fr. 2 ex ipsius Priapi persona dicta fuisse, cf. infra). Gravibus autem minis ap. Mart. VIII 40 dominus deum permovere studet, ne officium suum deserat. Lenioribus verbis usus est, qui Priap. 72 priorem partem scripsit, sed acerbum tulit responsum a deo, id est ab alio poeta parietario.

Plerisque vero Priapeis ipse deus loquens inducitur (cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 329; Edw. Flinck, De singulari quadam epigrammatum antiquorum forma, Ann. Acad. scient. Fenn. ser. B tom. XVI 2, Helsingf. 1922/23 p. 17; etiam VI B 1 d) atque fures ut ab agris suae curae mandatis (cf. VII D 2) manus abstineant monet (Mart. VI 73, fortasse etiam Catull. fr. 2; cf. praeterea V D 3. VI B 1 d), graves autem minitatur poenas (Priap. 71; Anon. Anth. Plan. 86), quas si quis a falce vel fuste exspectat (cf. locos supra exscriptos et V G 3. 4), vehementer errat (Priap. 11); accuratius enim, quibus poenis fures pressurus sit, describere gaudet deus libidinosus, velut Priap. 22 (similiter 13 et 74):

Femina si furtum faciet mihi virve puerve,
haec cunnum, caput hic praebeat, ille nates.

In iisdem rebus versatur ap. Leon. 49. Anth. Plan. 236 (= Priap. 24); Tymn. ibd. 237; Priap. 6. 15. 25. 28. 30. 31. 35. 44. 52. 59. 67. 69 (cf. A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 404 s.). 70. 72. 76. [82 (dominus loquitur).] 85; Mart. VI 49; Argent. Anth. Plan. 241; Antist. ibd. 243; Anon. ibd. 260. Tales poenas revera a furibus deprensis per vilicos phallo dei revulso (cf. V C 3) repetitas esse Birt, Catalepton p. 34, credit; verisimilius tamen mero ioco obscaena illa primo prolata esse, cf. p. 17.

Saepe tamen fures verbis minacibus adeo non deterret, ut amore potius poenae illi furatum veniant (Priap. 51. 64; cf. 26, 3 ss.). *Viri* sane pene fugantur, falce in cinaedos opus est (Mart. VI 16, 1); de his enim Priapus ambigue dicere potest: *de meo ligurrire libido est* (Catull. fr. 2 M., cf. Ellis in commentario² p. 504; sed vide etiam supra). Si quis igitur solitam Priapi poenam non reformidat, a domino ipso repellatur necesse est (Verg. Priap. 85; cf. K. Prinz *BPhW*

1914 col. 1020 ss., qui bene Jacobsium secutus epigramma Nicarchi Anth. Pal. IX 330 confert). At vero ipse Priapus nonnumquam non tantummodo neglegens est (Verg. Priap. 86, 20), sed etiam tam luxuriosus, ut quasi pactione facta ea condicione ut poenam patiantur furibus, ipsis quoque plerumque non minus lascivis, poma permittat (Philipp. Anth. Plan. 240, cf. Argent. ibd. 241; Priap. 5, 38; Mart. VII 91, cf. Prinz *Martial* p. 10 s.) vel eos, qui fures ad eum venire prohibent, increpet (Priap. 17, 77). Gratius igitur is facit Priapo, qui ei, si agellum tueatur, optat, ut non vetuli fures, sed pueri puellaeque in pomaria intrent (Mart. VI 16, cf. E. Pertsch, De Valerio Martiale Graecorum poetarum imitatore, diss. Berol. 1911 p. 50). Semel tamen officiis adeo fatigatum se esse confitetur, ut vires se deficiant (Priap. 26).

Ergo custodia magno ei labori est (Hor. sat. I 8, 17 ss.), tempestatisque iniurias deus queritur (Priap. 63, cf. Tibull. I 4, 5 s.), cum non tantum hiems,[1] sed etiam caniculae aestus ferri non possint (Priap. 62, cf. F. Vollmer *SB Münch.* 1918, 4 p. 26). Quid quod tanti labores irriti videntur taediumque eum capit incommodorum (Priap. 63)? Tantum enim abest, ut ligneus deus, qui ipse se debilem esse profitetur (VI B 4 a), iustam poenam persequatur (cf. Lactant. div. inst. II 4, 2), ut alia supplicia in fures detestetur (Priap. 23, 58) vel domino ultionem mandet (Priap. 56); ipso igitur dei lignei membro revulso vilicus clavam nactus furem pathicum verberibus pellit eaque quae vana ille de se praedicavit coarguit (Verg. Priap. 85). Neque qui Priapum ad fructus servandos in horto posuit, saepimento carere potest (Priap. 77; Col. X 27 ss.; infra p. 211. 250): nam custodem terribilem fures adeo non timent, ut falcem ei surripiant (Priap. 55), quin etiam ipsum deum auferant (Mart. VI 72; Lucian. q. d.[2] Anth. Plan. 238, cf. F. J. Brecht *Motiv- und Typengeschichte des griechischen Spottepigramms*, *Phil.* vol. suppl. XXII 2, Lips. 1930 p. 69 s.). Non igitur mirum deum tam impotentem timore non vacare: ubi nihil custodit, quo manus rapaces alliciantur, sibi confidit (Mart. III 58, 47); Canidiam vero Saganamque per tenebras nocturnas magicas artes atrociter exercentes tanto cum horrore spectavit, ut ingenti sonitu penderet atque hoc ipso modo

[1] Lepide Perdrizet Priapum IV C 11 algore mentum vesti arte applicatae inseruisse censet. De Priap. 76 cf. V D 2.

[2] Lucillii revera hoc epigramma esse verisimillimum est, cf. G. Setti, Riv. fil. XX (1892) 207; J. Geffcken *PW* s. v. Lukillios 1779 s.; A. Linnenkugel, De Lucillo Tarrhaeo, Paderb. 1926, 17.

furias illas fugaret (Hor. sat. I 8). Quod autem dicta asseveratione maxima confirmaturus haec eloquitur v. 37—39:

> mentior at si quid, merdis caput inquiner albis
> corvorum atque in me veniat mictum atque cacatum
> Iulius et fragilis Pediatia furque Voranus —

hoc indicio est homines importunos, ut in sepulcra cacatum currebant (Petron. 71, 8) atque ne Pudicitiae quidem arae parcebant (Iuven. 6, 308 ss.), ita a Priapi simulacris non abstinuisse, quamquam is (ut Hecata, cf. Jahn *Ber.* p. 88) eos depellere debebat; quin etiam ligneus Priapus hieme ignem agricolis praebebat (Verg. Priap. 84; cf. Mart. VI 73, 6. VIII 40), quae extrema et miserrima sors est lignorum (cf. Ovid. met. 9, 374), vel neglectus inter arva iacebat (Priap. 83, 16 ss.). Cf. VII B 1 h.

Atque ut potentiam huius dei non satis timebant, ita ne innocentiam quidem; is enim, qui venditori de Sacra via pomorum tantam copiam surripuerat, ut onere opprimeretur, quae vires excedebant, Priapo ponebat precatus, ne se ille indicio proderet (Priap. 21)[1]; quod non miramur, cum ipsum Priapum pueris furacibus suadentem audimus, ut ipsius agello relicto ex copiis sumant vicini Priapi divitis et neglegentis (Priap. 86, cf. O. Weinreich *Genethliakon W. Schmid*, Stuttg. 1929 p. 187 ss.).

Nec melius a feris quam ab hominibus se defendere valet (Horat. sat. I 8, 17 s.), atque canes quae ei consecrata sunt cibaria comedunt (Priap. 70. IV H 174 cf. 65). Porcus autem furax, quem repellere non potuit, victima ei caeditur, sed dominus, ne omni pecore privetur, ab eo petit, ut postea ianua clausa sit horti (Priap. 65); etiam Colum. X 27 ss. praecipit, ut hortum qui colat non solum numen Priapi veneretur, sed etiam

> talis humus vel parietibus vel saepibus hirtis
> claudatur, ne sit pecori neu pervia furi.

Cf. etiam Priap. 83, 17 s.

[1] Hac ratione cum Buechelerus *Kleine Schriften* I 337 huius carminis argumentum explicavisset, nuper A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 402 s, exposuit dominum horti libidinosissimum, cum furibus, ut sui copiam facerent. poma concessisset, ista *copia* in tantam inopiam adductum esse, ut emptis pomis Priapum muneraretur. Ita carmen aut magis perspicuum aut venustius esse factum vix credam: quid enim in Priapi persona iam ridiculi potest esse, cum dominus susceperit quae illius partes esse soleant (Mart. VII 91, cf. p. 210; aliter Priap. 56. 85)? Quem vero ne Priapi indicio prodatur timentem videamus, crimen celari, non pudori parci velle intellegimus.

d) Imprimis ab avibus Priapus rura defendebat: Ovid. fast. I 400 (cf. III C 1 adnot. crit. p. 80 et 172):

qui(que) ruber pavidas inguine terret aves.

Tibull. I 1, 18:

terreat ut saeva falce Priapus aves.

Hoc ut melius efficeret, harundo saepe in capite eius fixa erat (Hor. sat. I 8, 6 s., cf. supra V G 5). Tamen figuram dei volucres adeo non timuerunt, ut sacrum caput merdis inquinarent (Hor. l. c. 37 s.) vel ore ferirent (Priap. 83, 11 ss.); cf. Lactant. div. inst. II 4, 2: Fures enim tam stulti sunt, ut Priapi tentiginem timeant, cum aves ipsae, quas terrore falcis aut inguinis abigi existimant, simulacris fabre factis id est hominum plane similibus insidant nidificent inquinent (cf. B. de Borries, Quid veteres philosophi de idololatria senserint, diss. Gott. 1918 p. 96 s.). Etiam artifices in hanc rem iocati sunt: fructus enim, quos Priapus IV D 57—59 (adde figuram Cumis repertam, quam VII C 4 commemorabo) sinu gestat, aves rostris tundunt (cf. pavonem fructus tundentem, quos Amor portat: O. Jahn *Arch. Beiträge* p. 175, similesque sunt complures aliae imagines); cf. VII F 4 b. In litore vero deserto apud Hellespontum avibus infestum se esse negat apud Arch. Anth. Pal. X 8, 2: *αἰθυίαις οὔποτ' ἐναντίβιος* (*αἰθυίας οὔποτε ἀντιβίας* cod. Pal. [*ἀντιβίης* Plan.] corr. Brunck et G. Hermann, recte explicavit Jacobs).

e) Priapus non modo rura tuebatur, sed etiam pecora; appellatur igitur custos bovum a Schol. Bern. Verg. buc. 7, 33 p. 810 H., quamquam ne hi quidem potentia eius satis defendi videntur, cum inspectante eo taurus a leone devoretur (IV H 87). Imprimis apium tutelam gerebat, quae prope hortum eius sedes habebant vel inde mel petebant, cf. Verg. georg. 4, 109 ss.:

invitent croceis halantes floribus horti (sc. apes),
et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.

Ceterum *hortos* pro obiecto supplevisse videtur Servius, cum haec scriberet (similiter Gaudentius schol. Bern. p. 961 s. H.): non dicit Priapum illic esse debere, sed praecipit tales esse hortos, ut mereantur deum habere custodem.

f) Ceterum Priapus non modo terrae proventum vel pecora custodiebat, sed simul ipsas agricolarum domos (Verg. Priap. 85, 4. 86, 1; Antist. Anth. Plan. 243; IV E 34). Villam illam *palustrem*

(Priap. 86) ad ripas Mincii sitam fuisse et Vergilium hoc carmine patriae territorium spectare Birt *Erklärung des Catalepton* p. 16 et 38 s. suspicatus est, cf. *Mus. Rhen.* LXXV (1926) 115 n. 1; E. Maaß, ibd. LXXIV (1925) 239.

De tugurio in carmine, quod Copa inscribitur, v. 23 commemorato cf. VII B 4 b.

g) Aras Gratiarum una cum agris tueri dicitur in titulo Halicarnassensi v. 5 s. (IV B 2). Fanorum custos quasi *Προπύλαιος* in compluribus imaginibus conspicitur (IV H 33. 72. 88. 89 a. 188–190; cf. 62. 104. 194). Sed etiam apud privatos homines Priapi simulacrum eodem loco esse poterat atque phalli imago, qua prohibebant, ne quid intraret mali (cf. O. Weinreich *Arch. f. Religionswiss.* XVIII (1915) p. 15; cf. p. 9 n. 4). Cf. IV E 34. H 102. De urbium custodia cf. VI E 2 a.

4. a) Termini vice Priapum, cum custodiae causa praecipue in limite poneretur (cf. VII B 1 d), facile fungi potuisse consentaneum est, quamquam certo testimonio in hac re non utimur (cf. C. F. Hermann, Disputatio de terminis eorumque religione apud Graecos, progr. Gott. 1846 p. 34). Cf. p. 6.

Felix terminus in herma ithyphallico est (CIL III 14064), cuius pars superior desideratur; quem hermam Priapi esse arbitratur M. Abramić *Poetovio*, Vindob. 1925 p. 56 nr. 35, sicut aliorum deorum hermae terminis imponebantur (cf. G. Wissowa *Rosch.* s. v. Terminus col. 381 s.).

Epigramma CLE 269 Buechelero iudice in Terminum deum conscriptum Priapeorum id genus redolet, quo Priapus loquens inducitur; certe vetus religio, qua *sacer deo* fuit, qui aratro terminum summoverat (cf. Wissowa *Rel. der Römer*[2] 138 n. 3; E. Samter *Arch. f. Rel.* XVI (1913) 142 n. 2), ad facetias quasdam translata est. Neque improbabile videtur, quod Edw. Flinck. De singulari quadam epigrammatum antiquorum forma, Helsingf. 1922 (Ann. Acad. scient. Fenn. ser. B tom. XVI 2) p. 29, ipsi Priapo id scriptum habet, cum is horti sit custos, numquam Terminus:

. . . . . man]eo pede claudus utroque
hort]i div[itis. a]t procul hinc rege plaustra, bubulce.
quod si forte tuus non me vitaverit axis,
excutiere rotis et tractus ut Hector Home[ri
debilior nobis inter tua plaustra iacebis.

v. 1 *custos hic rigidus man*]*eo* exempli gratia restituit Flinck. *Terminus hic custos man*]*eo* suppl. Buecheler.

b) Idoneus etiam fuit Priapi herma (prope pontem Aurelium ex Tiberim inventus), in quo longitudo porticus in horto aliquo exstructae (sive quod magis credo ipsius horti ambitus) his verbis indicaretur (R. Lanciani, Bull. d. comm. arch. 1885 p. 100 nr. 1019; G. B. De Rossi, ibd. 1889 p. 356 [*Röm. Mitt.* IV (1889) p. 268 n. 2]; H. Jordan-Chr. Huelsen *Topographie der Stadt Rom* I 3 (1907) p. 495 s. n. 66):

spatia X in circuitu efficiunt passus mille pede[s quinquies mille].

Scilicet qui decies circumiit, mille passus meavit. De Rossi huius inscriptionis genus ab inscriptione porticus triumphi, quae Romae fuit, pendere existimat.

c) Viatorum igitur patronum Priapum exstitisse non mirum (cf. p. 6).

a) Appellatur a Philippo Anth. Pal. VI 102, 7 *φιλοδίτης*, quod cognomen A. Hecker, Commentationis criticae de Anth. Graeca pars I. Lugd. Bat. 1852 p. 352 (cf. p. 164), et A. Ludwich *Ztschr. f. d. öst. Gymn.* XXXII (1881) 14, iniuria mutare voluerunt.

Optime igitur Artemidorus Pergaeus imaginem Priapi cum Hecata (Trivia) coniunxit haud procul a porta oppidi Theraeorum (VI E 2 a).

β) Iam vero cum in divortiis statuebatur, idoneus erat, qui custodis munere functus simul viatoribus iter indicaret. Testimonio epigramma Halicarnassense (IV B 2) est; eiusdem rei in Rubrii Samii titulo (V D 4) vestigium apparet. Talium autem epigrammatum exemplo usus Priap. 30 qui fecit sordibus studuit (cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 105 s.):

,Falce minax et parte tui maiore, Priape,
ad fontem, quaeso, dic mihi qua sit iter.'
,vade per has vites, quarum si carpseris uvam,
cur aliter sumas, hospes, habebis aquam.'

De sordidiore illo usu aquae cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 338; P. Brandt ad Ovid. art. amat. 3, 96. 620. amor. III 7, 84.

Item horum epigrammatum argumentum epigrammati Theocriteo 4 immixtum esse Wilamowitz *Textgeschichte der griech. Bukoliker* 199 ss. (cf. Ph. E. Legrand, Bucoliques grecs, Par. 1927 vol. II p. 124 s., qui epigr. 781 Kaibel [supra p. 99] confert), explicavit, quamquam non Priapus ipse iter indicat, sed pastor amans caprario ostendit, qua via ad Priapi simulacrum perventurus sit (cf. VII E 3).

Denique cf. Verg. Priap. 86, 21.

γ) Latronum insidias a viatoribus arcebat (cum ne desertis quidem locis simulacra eius deessent):

Hymn. Tiburt. CLE 1504 v. 23ss.:

nam malos arcens homines cruentos
ire per silvas dat ille vobis
perque opaca silentia incruenta.

5. a) Fontium liquores servare dicitur in hymno Tiburtino CLE 1504 v. 26ss.:

ille fontibus arcet et scelestos,
improbo pede qui sacros liquores
transeunt faciuntque turbulentos
qui lavantque manus nec ante multa
invocant prece vos, deae puellae.

Idem officium et Mercurius tuetur (cf. Geffcken *Jahrb. f. class. Phil.* vol. suppl. XXIII (1896) 82 n. 1) et Pan (Nicarch. Anth. Pal. IX 330, cf. Roscher in lexico mythologico s. v. Pan col. 1390ss.), a quo id ad Priapum delatum esse putat Cumont p. 646 n. 15 (item Maggi p. XVI et 104). Sed quamquam Panis exemplum in Priapi rebus aliquid valuisse non negaverim, tamen eum deum, cuius simulacra saepius ad fontes atque puteos constituerentur (cf. VII B 1 f), non mirabimur custodiam suscepisse aquarum, quae cum inter terrae munera essent, ne hoc quidem nomine ab eo alienae viderentur (cf. M. Ninck *Die Bedeutung des Wassers im Kult und Leben der Alten*, Lips. 1921 [*Phil.* vol. suppl. XIV 2] p. 1ss.). Accedit, quod ipsum *ὕδωρ ζωοποιὸν καὶ γόνιμον* putabatur (O. Weinreich *Der Trug des Nektanebos*, Lips. 1911 p. 39s.; cf. etiam VI D 3). Monendum denique videtur aquas ab antiquis etiam phallo aliisque signis apotropaeis praemunitas esse (cf. E. Curtius *Ges. Abhandl.* II 133s.). Cf. IV H 1.

b) Etiam ad mare potentia Priapi pertinebat. Nautarum enim mercatorumve et piscatorum patronus fuit, qui simulacra eius in ora maritima constituebant (VII B 1 e); cf. O. Crusius *Beiträge* 24s.; Jessen 2974; Usener *Tychon* 28; supra p. 7. 17.

Huius officii princeps testis est Leonidas Tarentinus Anth. Pal. X 1 (nr. 50 ap. J. Geffcken *Leonidas von Tarent*, *Jahrb. f. class. Phil.* vol. suppl. XXIII (1896) p. 26 et 83s., nr. 308 ap. eundem *Griechische Epigramme*, Heidelb. 1916 p. 122):

Ὁ πλόος ὡραῖος· καὶ γὰρ λαλαγεῦσα χελιδὼν
ἤδη μέμβλωκεν χὠ χαρίεις Ζέφυρος·

λειμῶνες δ' ἀνθεῦσι, σεσίγηκεν δὲ θάλασσα
κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη.
5 ἀγκύρας ἀνέλοιο καὶ ἐκλύσαιο γύαια,
ναυτίλε, καὶ πλώοις πᾶσαν ἐφεὶς ὀθόνην.
ταῦθ' ὁ Πρίηπος ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ὁ λιμενίτας,
ὤνθρωφ', ὡς πλώοις πᾶσαν ἐπ' ἐμπορίην.

5 ἐλεύσαιο Plan. 7 λιμενίτης Plan. Anecd. Par. IV 373 Cr. 8 ἄνθρωπ' Par. ἄνθρωφ' Plan.

Post Geffckenium explicavit Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 108 s. Epigramma clarissimum fuit (cf. G. Knaack, Coniectanea, progr. Stett. 1883 p. 7 s.) atque usque ad aetatem Byzantinam saepe imitatione expressum est; imitati autem sunt, qui et ipsi posterioribus poetis Anthologia usis imitandi materiam praebuerunt, Antipater Sidonius (Anth. Pal. X 2), Thyillus, Ciceronis amicus (ibd. 5), M. Argentarius (ibd. 4), Satyrus (ibd. 6), Byzantini Theaet. Schol. (ibd. 16), Agathias (ibd. 14), Paul. Silent. (ibd. 15); longius a Leonida absunt Archiae epigrammata (ibd. 7 s.) atque Anonymi (ibd. 9). Cf. stemma a Geffckenio p. 83 propositum et G. Pasquali, Orazio lirico, Flor. 1920 p. 332. Leonidas ipse Anytae epigramma Anth. Pal. IX 144 (cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 106 s.) novit (Geffcken *PW* s. v. Leonidas col. 2024); Pasquali l. c. p. 331 ss. 714 ss. carmen sive epigramma hellenisticum eum imitatum esse putat, quod et Horatio (carm. I 4. IV 12 al.) exemplo fuerit et Paulo Silentiario Anth. Pal. X 15, 3 s.

α) Appellatur igitur Priapus:

αἰγιαλίτης: Maec. Anth. Pal. VI 33, 1; Flacc. 193, 1; cf. Arch. X 8, 1 s.: *ἐπαιγιαλίτιδα ναίω χηλήν.*

λιμένων δαίμων: Sat. Anth. Pal. X 6, 8.

λιμενίτας: Leon. Anth. Pal. X 1, 7.

λιμενορμίτης: Thyill. Anth. Pal. X 5, 8.

ἐνορμίτας: Antip. Anth. Pal. X 2, 8; Agath. 14, 9.

ποντομέδων καὶ ὁρμοδοτήρ: Theaet. Anth. Pal. X 16, 11.

β) Nautis mercatoribusve vere ineunte suadet, ut naves deducant: Anth. Pal. X 1. 2. 4—6, atque tutum iter pollicetur, si sibi sacra fecerint: Anth. Pal. X 14. 16; quidnam vero causae sit, cur sibi fides habeatur, apud Paul. Silent. Anth. Pal. X 15, 7 s. explicat:

πιστὸς νηυσὶ Πρίηπος, ἐπεὶ Θέτιν εὔχομαι εἶναι
ἡμετέρου πατρὸς ξεινοδόκον Βρομίου.

Quibus autem in mari laborantibus subvenerit lenemque zephyrum adduxerit, eos gratis animis sibi dona ponere gloriatur ap. Arch. Anth. Pal. X 7.

γ) Piscatoribus praedam indicat (Arch. Anth. Pal. X 8; Anon. X 9), quamobrem 9 v. 5 *σιμάντωρ θήρης* dicitur; ostreas, quibus ora Hellespontica abundabat, ei imprimis deberi Catull. fr. 1 M., 4 videtur significare (R. H. Klausen *Aeneas und die Penaten* I (1839) 86; cf. etiam Crusius *Beiträge* 25 n. 3). Piscatores igitur partem praedae (Anon. Anth. Pal. X 9; Maec. VI 89) vel alia dona (Maec. Anth. Pal. VI 33; tit. Callip. cf. sub d) ei offerunt, ii vero, qui aetate confecti a quaestu se removent, artis instrumentum ei dedicant (Arch. Anth. Pal. VI 192; Flacc. 193).

Argumenta similia invenies apud L. Bunsmann, De piscatorum in Graecorum atque Romanorum litteris usu, diss. Mon. Guest. 1910.

δ) Callipoli (cf. I D 5) saec. p. Chr. n. II.(?) ectypum Priapo voverunt *συνναῦται*: A. Fontrier, Bull. corr. hell. I (1877) 409 s.; [A. Dumont et] Th. Homolle, Mélanges d'archéologie et d'épigraphie, Par. 1892 p. 432 nr. 100m; R. Cagnat, Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes I (1911) nr. 817. Cf. J. H. Mordtmann *Ath. Mitt.* X (1885) 206; M. Rostowzew *Phil.* vol. suppl. IX (1904) 414; *Forschungen in Ephesos* I (Vindob. 1906) 72; F. Poland *Geschichte des griechischen Vereinswesens*, Lips. 1909 p. 209. In hoc autem ectypo, quod Smyrnae asservatur, Priapus conspicitur, cuius in ara piscis positus est, dum exadversus efficto delphino et thyrso (taeniis ornato) potentia huius dei marina atque natura Bacchica designantur. Adscripta autem sunt haec verba:

Ἐπὶ ἱερέως Καίσ[αρ]ος . . . Λευκίου Φλαβίου | τὸ δεύτερον, οἱ δικτυαρχ[ή]σαντε[ς] καὶ τε[λων]α[ρχ]ήσαντες ἐν τῷ Νε[ι]λαίῳ ἀρχωνοῦντος Ποπλίου Ἀουίου Λυσιμάχου· δικ[τ]υαρχούντων Ποπλίου Ἀουίου | Λυσιμάχου, Ποπλίου Ἀουίου Ποπλίου υἱοῦ Ποντικοῦ, Μάρ|κου Ἀπικίου Κουαδράτου, Ἐπαγάθου τοῦ Ἀρτεμιδώρου, | Ποπλίου Ἀουίου Βείθυδος· σκοπιαζόντων Ἐπαγάθου | τοῦ Ἀρτεμιδώρου, Ποπλίου Ἀουίου Βείθυδος· [κ]υβερνών|των Σεκο[ύν]δου τοῦ Ἀ[ο]υίου [Λυ]σιμάχου, Τυβελλίου Α . . . | Λαίτου· φελ[λο]χαλαστοῦντος Το[γ]γιλίου Κόσμου· ἐφη|μερεύοντος Κασσίου Λαμασίππου· ἀντιγραφομέ|νου Σεκο[ύν]δου τοῦ Ἀ[ο]υίου Λυσιμάχου· λεμβαρχ[ούν]|των Ἀσκλι[πι]άδου τοῦ Ἀσκληπίδου, Ἑρμαίσκου τοῦ Ἀ[ου]ίου Λυσι[μάχ]ου, Εὐτύχου τοῦ Ἀ[υ]ουίου Βείθυδος, | Μενάνδ[ρου τοῦ] Λευκίου, Ἱλάρου τοῦ Ἀσκληπιάδου, | συνναῦται.

Hos homines piscatores eosdemque vectigalium piscatoriorum redemptores re bene gesta Priapo, peculiari patrono suo, gratiam rettulisse cum plerisque viris doctis credo; cf. collegium eiusdem generis Cyzicenum alterumque collegium Parianum, quod et ipsum in fidem et tutelam Priapi se contulisse haud improbabile videtur, quippe cum apud Parianos (I D 2) summam ille venerationem habuerit (Mordtmann l. c. p. 204 ss.; Poland l. c.). Etiam *συνεργασίην ἰχθυβόλων θίασον*, qui a Leon. Tar. Anth. Pal. VII 295, 10 (85 G.) commemoratur, A. Majuri, Ausonia IV (1909) 244 n. 5, sub Priapi tutela fuisse suspicatur. Denique *θυνείτας* (i. e. *θυννίτας*), qui Odessi fuerunt (IV H 73), Priapum coluisse verisimile est, si arae in illo ectypo effictae imagines ab editoribus recte ad hunc deum referuntur. Cf. praeterea Maec. Anth. Pal. VI 33. P. Foucart autem, Recherches sur l'origine et la nature des mystères d'Eleusis, Par. 1896 (Mém. de l'Inst. nat. de France, Acad. des inscr. et belles-lettres XXXV 2) p. 37, cui assensi sunt K. H. E. de Jong *Das antike Mysterienwesen*, Lugd. Bat. 1909 p. 65, ²1919 p. 77 (cf. etiam Cagnat l. c.), F. Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum*³, Lips. et Berol. 1931 p. 248 n. 100, R. Eisler *Orphisch-dionysische Mysteriengedanken in der christlichen Antike*, Lips. et Berol. 1925 p. 104 s. (contra A. D. Nock, Journ. hell. stud. XLVIII (1928) p. 99 s.), cum *ἐν τῷ Νειλαίῳ* piscatores illos Callipolitanos rem habuisse animadvertisset, l. 2/3 *τε|λει|αρχι|σαντες* recte ab editore principe restitutum esse ratus (*τε|λων|αρχι|σαντες* Mordtmann) ad navalia illa Isidis sacra (cf. Herodot. II 170 s.) celebranda eos sociatos fuisse speciose coniecit. At ut cetera tolerari posse videantur, quid ad rem divinam *ἀρχωνοῦντος* officium? Quid ad Isim Priapus? Sane Cyziceni illi Apollinis et Cybelae imaginibus titulum subiecerunt Neptuno et Veneri Marinae dedicatum — exemplo incuriae haud ita raro (Mordtmann p. 207), sed Priapus nautis tam idoneus fuit, ut suo loco cum esse in titulo Callipolitanorum hosque in Priapi tutela fuisse appareat. Domum autem, in qua negotia illi administrabant, *Νειλαῖον* nescio an non modo Isidis gratia (N. Papadakis, *Δελτ. ἀρχ.* I (1915) 161 n. 1), sed etiam aliis quibusvis de causis nominare potuerint; certe in hoc nomine parum momenti esse Pariani testantur, qui *ἐν Φρου* . . . locum habebant (H. G. Lolling *Ath. Mitt.* IX (1884) 63; Mordtmann l. c. 207).

Priapus num usquam sollemni more rebus marinis praefuerit nisi in regione Hellespontica (Catull. fr. 1 M., imprimis Callipoli

et fortasse Parii, cf. d) atque Bosporana (*Θρηικίου πόρου φύλαξ* Arch. Anth. Pal. X 7, 2, unde Odessum usque videtur hic cultus translatus esse), valde sum dubius (cf. Wernicke 68; P. Lejay, Rev. crit. LXVI (1908) 406 n. 1), nisi forte imaginibus VII B 1 e tantum tribuendum videtur; Leonidas si certum quoddam simulacrum Priapi respexit (Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 108), fortasse, ut postea Archias, in portu aliquo huius regionis viderat, quamquam num in Asiam umquam pervenerit, nescimus (Wilamowitz *Hell. Dichtung* I p. 139 n. 4).[1] Certe quod Cumont p. 645, Jessen col. 2974, A. Majuri, Ausonia IV (1909) p. 244, a mercatoribus cultum Priapi imprimis celebratum et propagatum esse putant, testimoniis non satis confirmari videtur (cf. p. 12). Quoniam autem homines, siquid opus est, quos plurimi faciunt deos, quibusvis negotiis praeponere solent, Hellespontici cur peculiarem suum deum in agris potentissimum etiam mari praefecerint, eo facilius intelleges, cum Neptunum fecunditatis olim terrenae auctorem vel totius imperium maris adeptum esse animadverteris (O. Kern *Die Religion der Griechen* I 195 ss.; cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 212 ss. 282 s. 335 ss.). Etiam Cabiri, quorum potentia iam pridem ad mare quoque pertinuerat, *Σωτῆρες* nautarum Dioscurorum nomine facti sunt (H. Thiersch, Pro Samothrake *SB Wien* 212, 1, 1930 p. 19 ss.). Denique ut alios omittam, Veneris Marinae haud inepte recordaberis (cf. et alios et Kern l. c. p. 206; B. Schweitzer *Gnomon* IV (1928) p. 182; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I p. 98), quamquam quod amorem cum fluctibus coniungunt poetae (cf. E. Schwartz *GGN* 1904 p. 293 n. 4; R. Reitzenstein *Neue Jahrb.* 1908 p. 89; K. Kerényi *Arch. f. Rel.* XXIV (1926) p. 71 s.), ab antiquioribus temporibus alienum fuisse putaveris. Minoris autem videtur in hac re momenti fuisse, quod Mercurius et Venus portuum prae-

[1] Sanctum Phocam, nautarum patronum, qui Sinopae hortum coluisse dicebatur, Priapi officia cultumque suscepisse K. Jaisle *Die Dioskuren als Retter zur See bei Griechen und Römern und ihr Fortleben in christlichen Legenden*, diss. Tub. 1907, 52 ss. (cf. L. Radermacher *Arch. f. Rel.* VII (1904) 445 ss.), haud ita male coniecit, sed demonstrari hoc non potest. Utique non ipsum Priapum sanctum factum, sed alium pro eo substitutum esse apparet, cum non modo nomine inter se differant, sed etiam quas curas Priapus antiquissimas habuerat, Phocas vix attigisse videatur, quae vero huius propria facta sunt officia, ille ne apud Hellesponticos quidem ceteris praetulerit. Ceterum Phocae hortum Sinopensem olim Priapi sacrum fuisse nullo modo probari posse vix est quod moneam.

sides Priapi parentes esse dicebantur (Geffcken l. c. p. 84). Ceterum etiam Pan iam pridem ἄκιτος (Pind. fr. 98 B. ex coniectura Bergkii: Theocrit. idyll. 5, 14) et αἰγιαλίτης (Arch. min. Anth. Pal. X 10, 1) fuit.

C De Priapo amoris praeside.

Cf. p. 5 ss. 13. 16 ss. 23. 31 ss.

Veneream Priapi naturam quasi compendio complexus est hymni Tiburtini auctor (CLE 1504).

1. *Deus libidinis* Priapus dicitur a Myth. Vat. II 38, ἔφορος τῆς ἀσελγείας a Schol. rec. Theocr. idyll. 1, 81. Corporis enim voluptates maxime ei curae esse putabant, ita tamen, ut non utique tamquam sordium patronus aut contemnendus aut deridendus videretur (cf. VII A 1), sed etiam elegantioribus satisfaceret (Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 112). Apte cum Venere et Amore coniungitur (VIII P 1).

2. Cui autem apud homines praesidet libidini, eiusdem ipse plenus videtur, atque cum ingenti phallo, *impudentiae signo* (Priap. 63, 13), instructus sit (cf. Theocrit. epigr. 4. 3 s.), exhibetur:

salax: Priap. 14, 1. 34, 1. 77, 12.

φίλοιφος: Nicet. Eugen. 3, 212 (p. 467 Hercher).

γενναῖος (suo scilicet genere): Lucian. dial. deor. 23, 2.

μιαρός: Schol. Lucian. dial. deor. 23 (Arethas).

ἀσελγὴς καὶ ἀειχθὴς (ἀεικὴς?) θεὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς: Ps.-Eudocia p. 575 Fl.

Stator libidinosus Priap. 52, 3 mentula dicitur.

Atque pro exemplo libidinis Priapus ponitur his locis:

Ovid. amor. II 4, 32[1]:

> Illic Hippolytum pone, Priapus erit.

Priap. 19, 5 s. de Telethusa circulatrice:

> haec sic non modo te, Priape, posset,
> privignum quoque sed movere Phaedrae.

Synes. epist. 4 p. 160 C: ἴσως δὲ κἂν ὁ Πρίαπος ἐσωφρόνησεν ἰδὼν παραντῷ σιμπλέων.

[1] Versus notissimus media aetate velut Matthaeo Vindocinensi art. versificat. I 57 v. 24 (ed. E. Faral. Les arts poétiques du XIIe et du XIIIe siècle, Par. 1924 p. 130) et syll. epist. v. 79 s. (ed. W. Wattenbach *SB Münch.* 1872 p. 609), item Henrico Septimellensi eleg. v. 906 (ed. A. Marigo, Scriptores latini medii aevi Italici I. Patav. 1926 p. 57). Priapi nomen tacere maluit Archipoeta 3 str. 9.

Nicet. Eugen. 3, 209 ss. (p. 466 s. Hercher):

Θάρρει τὰ γαστρός, οὐ γὰρ ἐγκύμων γένῃ,
κἂν καὶ μετ' ἀνδρῶν συγκλιθῇσῃ μυρίων,
κἂν Ἡρακλεῖ γὰρ συγκαθευδήσῃς, γύναι,
κἂν καὶ Πριήπῳ τῷ φιλοίφῳ τοῦ μύθου.

Nomen Priapi igitur in contumeliam versum est, cf. II C 3 b. Cassium Chaeream autem Caligula ita exacerbaverat, ut signum petenti nomina contumeliosa daret, inter alia Priapi (Suet. Cal. 56, 2; Sen. const. sap. 18, 3). Schol. Theocrit. idyll. 1, 21 nominis formam *ἀπὸ τοῦ προίεσθαι τὸ σπέρμα* apte explicare sibi visus est (II B 1 b).

Lasciviam huius dei, cuius ipsam Venerem pudet (Auson. idyll. 6, 85 s.), Priapeorum auctores satis superque descripserunt (cf. Prudent. contra Symm. 1, 105 ss. VI A 2); invitus a re venerea cessat (Priap. 33. 48. 77) vel aliorum libidines inspectat (Priap. 63). *Gallo* autem *turpius est nihil Priapo* (Mart. I 35, 15, cf. Catull. 47, 4; Priap. 55, 6; Mart. XI 72, 2). *Apta deo* vis mulieribus illata (Ovid. fast. 1, 392), sed etiam puerorum atque adeo virorum amator in eis Priapeis inducitur, quae de furum poena sunt (cf. VI B 3 c), praeterea a Theocrito epigr. 3, Luciano dial. deor. 23, Tibullo I 4; adde Priap. 3 (Ovidi). 7. 54. Quamquam masculi amoris Pan quasi *ἀρχηγέτης* est, pastor ille divinus (cf. W. H. Roscher *Phil.* LIII (1894) 374 n. 51); is etiam, ut Diogenem ioco solitum esse dicere Dio Chrys. 6, 20 tradit, masturbationem invenit (cf. W. H. Roscher in lexico suo mythologico s. v. Pan col. 1396 s.; O. Weinreich *SB Heidelb.* 1930/31, 7 p. 47), cuius ne Priapus quidem expers est (Priap. 33, cf. 48. 77, 12). Cf. V C 4. Formae muliebris ut admirator (Apollonides Anth. Plan. 239, cf. IV B) ita arbiter est (Hedyl. Anth. Pal. VI 292); atque etiam in pueris secundum Aratum Anth. Pal. XII 129 iudicium eius valet, siquidem Wilamowitz *Hell. Dichtung* II p. 111 s. recte v. 5 *Πρίηπος* legi iussit pro eo quod traditur *Πριηνεύς* (cf. p. 18). Rerum venerearum scientissimus est atque ut iurisconsultus amantibus responsa dat, cf. VI C 3 b.

Omnino est *numen, quod iocis gaudere manifestum est*, improbioribus videlicet (Serv. Verg. buc. 7, 33; *iurgiis* eum gaudere errore scriptum est in scholio Bernensi et apud Filarg. ad h. l.); cf. Terent. Maur. 2752 s. p. 406 K. Carmina igitur *non nimium casti plena ioci* ei placent (Priap. 1. 2. 41. 49, cf. IV D 97), atque ut ipse opponitur deis severioribus (Dianae, Vestae,

Minervae: Priap. 1), ita verecundis Musis iocosa poesis Priapea (Priap. 2); Ovidius autem *multi fabulam parvam ioci* de eo narrat (fast. 6, 320), quippe quem ipsum inter deos *iocis non alienos* numeret (fast. 1, 396).

Huc referas, quod potator a Luciano dial. deor. 23 exhibetur; cf. Macc. Anth. Pal. VI 33; Eustath. Hom. Il. 2, 381 p. 242, 35 ss. (VIII G); Schol. Theocrit. id. 1, 21 (II B 1 ab), etiam Ath. V p. 201 D (VI E 2 b); IV E 51. Simulacrum eius in nonnullis imaginibus est, quae alios quosdam deos ebrios habent (IV G 13. H 39. 77. 155—157, cf. 100. 153. 154). Saltator inducitur a Maecio Anth. Pal. VI 33; cf. praeterea III E 1 (non huc pertinent imagines IV E 17. F 1). Tamen altius harum rerum causa repetenda est oblivione postea obruta: nam cum deum a suis donis ipsum non abstinere consentaneum sit, tum saltatio a numinibus fecunditatis potentibus ita non aliena est, ut in antiquissimis huius modi religionis ritibus eam fuisse appareat (VII G 5).

De universa Priapi indole cf. VI B 1 d.

3. Priapus rei venereae praeses, *dulcis* videlicet deus (γλυκερός Incert. Anth. Pal. V 199, 3; *bellus* CLE 1504, 16; *almus* ibd. 31; cf. VI B 1 d), tam nuptias quam levioris notae amores curat.

a) *Raptat in Venerem* (Val. Flacc. 2, 625). Amantibus igitur eorum quos amant animos conciliat vel potiendi copiam facit.

Apud Theocr. epigr. 4 (cf. VI B 4 c β. VII E 3) pastor quidam haedum pulcrum Priapo se sacrificaturum esse vovet, si ille Daphnidis amore sese liberaverit; sin abnuerit, Daphnide potitus triplicem victimam immolaturus est in Priapi cultu haud ita solitam. Hoc autem voto maiore spem quam mente reconditam habuit paene invitus aperit atque eo tandem pervenit, ut a Priapo petat, ut puero indomito amorem aspiret (cf. Wilamowitzii interpretationem egregiam *Textgesch. der griech. Bukoliker* p. 199 ss.); errore igitur Engel *Kypros* II 385 ad eam opinionem adductus est, ut Priapo id officii esse putaret, ut amores sedaret, nisi forte eius rationis auctor habendus est, quam Ovidius rem. am. 451 ss. praescribit, quamquam in hoc epigrammate Theocriteo aliter iudicavit Ed. Schwartz *GGN* 1904 p. 289 n. 1) itemque in eis, quae Theocritus idyll. 1, 81 ss. Daphnidi suadentem facit Priapum (cf. III E 2), nihil huiusmodi inest.

Priap. 50:

> Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
> fucosissima me puella ludit

et nec dat mihi nec negat daturam,
causas invenit usque differendi.
quae si contigerit fruenda nobis,
totam cum paribus, Priape, nostris
cingemus tibi mentulam coronis.

Hymn. Tiburt. v. 48 s.:

te vocant prece virgines pudicae,
zonulam ut soluas diu ligatam.

Apud Petron. 104, 1 Lichas haec dicit: Videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere: ‚Encolpion quod quaeris, scito a me in navem tuam esse perductum'. Hic enim deus propter consuetudinem, quae olim Lichae cum Encolpio fuerat (105, 9), imprimis idoneus erat, qui fugitivum reduceret. Latiorem Priapi vim hac re prodi vix recte censuit J. Le Coultre, Mélanges Boissier, Par. 1903 p. 327. Cf. excursum.

Idoneo loco simulacrum Priapi in imaginibus IV E 19. 32. 83. 84. H 35. 78. 194—197 est [1], item in imagine IV H 36, siquidem mulierem illam a Mercurio blanditiis compellari recte viri docti quidam putaverunt. Non minus apte nonnullis imaginibus appictum est, in quibus Hermaphroditum vel mulieres a viris cupidis occupari videmus (IV H 21. 37. 38. 101? 198, cf. p. 82). Atque non sine causa in pictura celeberrima IV G 13 calliditate quadam Priapus miseriis Herculis arridet, quarum ipse est auctor.

Contra ea fures ne habeant unde libidinem expleant, efficit vel potius — ut in numine dei Lampsaceni iocari solent poetae Priapei — precatur (Priap. 23. 58). Cf. etiam Priap. 47.

b) Amantibus tamquam iurisconsultus (cf. Wernicke p. 68) responsa dat, velut a Tibullo I 4 (cf. p. 29) de puerorum amore consulitur, cf. L. Dissenii commentarium (Gott. 1835); F. Wilhelm *Satura Viadrina*, Vrat. 1896 p. 48 ss. *Mus. Rhen.* LVII (1902) p. 59 n. 3. Apud Theocrit. idyll. 1, 81 ss. Daphnidi amore laboranti consilium dat ad sui ingenii rationem accommodatissimum, cf. III E 2. Idem Priap. 45 cinaedum irridet capillos ustulantem atque Priap. 4 a meretrice quasi existimator artis venereae appellatur.

[1] In imagine Pompeiana Sogliano 575 (Reinach, Rép. peint. 22, 5) si Iasonem et Medeam apud sacellum Hecates convenientes O. Roßbach *Arch. Jahrb.* VIII (1893) 52 ss. suo iure agnovit, in saxo propinquo Priapi simulacrum adstare non invitus conicias.

c) Imprimis potentia Priapi ad ipsum concubitum pertinet. Apud Martianum Cap. igitur VII 725 v. 17ss. (p. 363 D.) Voluptas Mercurium novum maritum sic increpat:

quaenam haec hymeneia lex est?
in Veneris sacro Pallas sibi vindicat usum;
quam melius thalamo dulcis Petulantia fervit!
casta maritalem reprimit Tritonia mentem
et nuptae non aequa venit; poscenda Dione est!
conveniensque tibi potius celebrare Priapum.

Nuptiis Herculis et Iuventatis IV E 33 suo iure cum Venere et Amore praesidet.

Symplegmatis igitur adest in his imaginibus: IV H 71. 98. 179. 202.

Cf. VII G 2 d.

d) Eo autem officium eius maxime spectat, ut membrum virile valeat. Hoc petit seu vir ipse (hymn. Tiburt. 2ss.; Priap. 80, cf. A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 405. 81; Petron. 133) seu mulier (hymn. Tiburt. 50s.: Priap. 27, 6). Gratiam igitur ei refert sicut puella (Anth. Pal. V 199 fortasse Hedyli, cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* I p. 145 n. 2; Priap. 34) ita vir, cf. titulum in basi stelae votivae inscriptum, quae ipsa deperdita est, Thyrii, in oppido Acarnaniae, repertum, ed. K. A. Rhomaios, *Ἐφ. ἀρχ.* 1912 p. 267s. *Ἀρχ. Δελτ.* II (1916) *παράρτ.* p. 47:

In Priapum: |*Σοὶ χάριν ὤπα|σ' ἐγὼ τάδε, πρὸς Κύπριν οὐ κακόσιτος,*
|ἀλλ' ὑπὲρ ἡλ|ικίαν βωλοκοπεῖν δυνατός.

In Panem: |*Ἔρρ|ωσο, ὦ δαῖμον, τίς δ' ἂν καὶ Θύματα ἄγων σοι*
πρ|οσπελάσαι Θαρρῶν; πάμπαν ἀγρεῖος ἔφυς.
. . . καντάδας Κρὴς Πανὶ καὶ Πριάπῳ.

Restituit haec duo epigrammata editor iuvantibus Hillero de Gaertringen et Wilamowitzio. *Βωλοκοπεῖν* obscaene dictum. Vocabulo *πάμπαν* adludit poeta ad dei nomen invocando geminatum *Πὰν Πάν*. Notum Panis ingenium importunum, cf. VI B 1 d.

Apud huius igitur dei simulacrum aptus est locus, quo amantes conveniant (Priap. 63). Eruca autem ut circa large proveniat, curat Priapus, cf. Colum. X 108s. (cf. Priap. 51, 20):

et quae frugifero seritur vicina Priapo,
excitet ut Veneri tardos eruca maritos.

At *destitutorem inguinum* scriptor Priap. 83 verbis gravissimis minacibusque increpat, quamquam apud Petron. 133 Priapi

numen offensum videtur, quod Encolpius occasione a deo data uti non valuit, cf. excursum: homines enim non minus quam canis illa *litant rigendo* (Priap. 70, 8). Deus autem ut membrum, quod tempori defuit, confirmandi habet copiam, ita laesum sanat (Priap. 37), si quis *legitimis nimisque magnis* deis velut Apollini atque Aesculapio huiusmodi malum mandare veretur. Sacerdotes quomodo in templis Priapi membra curaverint, Petronius 134, 11 ss. diserte narrat, quam narrationem egregium medicinae popularis documentum praebere dixeris; ceterum K. Latte *Herm.* LXIV (1929) 385 ss. eum poema choliambicum (Hipponactis?) in suum usum convertisse putat, cuius frustulum papyraceum nuper Oxyrhynchi repertum G. Coppola, Riv. fil. LVI (1928) 500 ss. et Papiri greci e latini IX (1929) nr. 1089 p. 136 (cf. A. Körte *Arch. f. Pap.* X (1931) 44 s.), publici iuris fecit. Encolpius sane hoc curationis genus non sustinet, sed cum manus anicularum fugisset, ei contigit, ut a *maiore deo*, sc. Mercurio, in pristinum statum restitueretur (140, 12). Denique si quis tertianae medicinam a Priapo quaerit, facile divinamus, quid sibi remedii exspectet (Petron. 17, 7. 18, 3, cf. VI E 1. VII G 2; Aem. Thomas, Pétrone², Par. 1912 p. 222; O. Weinreich *Antike Heilungswunder*, Giss. 1909 [RGVV VIII 1] 135. 182 s. *Genethliakon W. Schmid* p. 396.

e) Feminae vero ut fecundae fierent, Priapus sine dubio curavit, cuius rei testimonium afferri potest locus Augustini de consensu evang. I 25 (cf. VI A 2): *interpretentur et Priapum fecunditatis deum, ita sane ut in fetandis feminis pudeat Iunonem talem habere adiutorem.* Cf. praeterea VI E 3. Sane antiquis temporibus mulieres, cum divino concubitu se fecundas fieri (sive etiam tuto devirginari) putarent, phallum dei expertas aut etiam vicarium humanum passas esse habemus cur credamus (cf. Fehrle p. 10 ss., cf. 42); quod autem apud Romanos (olim) novas nuptas super Mutini Titini fascinum sedisse Varro tradidit (cf. *Mus. Rhen.* LXXVI (1927) 421 ss.)[1], idem de Priapo traditum non est: certo

[1] Imagines sarcophagi cuiusdam Neapolitani (Gerhard-Panofka p. 459 s. nr. 12; Gerhard *Antike Bildwerke* tab. 111, 2; Famin tab. 7, cf. 8; Roux-Barré VIII tab. 27; Mueller-Wieseler *Denkmäler* tab. 44 nr. 548; Fiorelli, Racc. porn. p. 6 nr. 42; Reinach, Rép. rel. III 69, 6; Licht *Sittengeschichte Griechenlands, Ergänzungsband*, Tur. 1928 p. 48; latus sinistrum IV H 79 etiam Licht p. 50 exhibet) ad Mutinum nihil pertinent, cum hermas cornibus additis Panis esse satis ab artifice declaratum sit (aliter iudicaverunt A. Preuner *Hestia-Vesta*, Tub. 1864 p. 411 n. 5; Chr. Huelsen, Sumbolae litterariae in honorem Iulii de Petra, Neap. 1911 p. 175 ss.; Altheim *Griechische Götter* p. 53 n. 2). De argumento Bacchico

enim fundamento non nititur, quod C. Cichorius *Römische Studien*, Lips. 1922, 438 ss., Encolpium per hortos Massiliensium ex Priapi persona mulieres credulas fefellisse suspicatus est, quo crimine compulsso ille urbe cedere atque longam seriem errorum a Petronio enarratam inire coactus esset, cf. excursum. Id sane consentaneum est antiquos credidisse eum deum, qui imagine lignea repraesentabatur, sua vi in mulieres ac si ita vis in pueros virosve uti, quam antiquorum opinionem auctores Priapeorum in suos iocos converterunt. Priap. 43 autem si legis:

Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam,
oscula dat medio si qua puella mihi?
augure non opus est: ‚in me', mihi credite, dixit
‚utetur veris viribus hasta rudis'. —

apparet mulieres procaces, quae res olim sacrae fortasse caerimoniae loco fuit, eam ad suas libidines contulisse ligneoque dei phallo abusas esse, cf. Priap. 4. 12. 25, 3. 26, 3 ss. (cf. VII E 2). 32. 46. 57 (ubi v. 6 *desim* in codicibus est). 73. 78.[1]

Omnino mulieribus Priapum deum haud ingratum esse Priapeorum auctores saepius significant, non modo puellis (Priap. 10. 39, 7 s. 66; Mart. XI 51, 2), sed etiam matronis (Priap. 8, cf. 68, 37; Mart. III 68). *Matronarum deus* igitur a Myth. Vat. III 6, 26 exhibetur, cf. III B 5. Etiam anser Priapi sacer *omnibus matronis acceptissimus* est (Petron. 137, 2).

f) Meretrices vero Priapum (sive mentulam eius) summi numinis instar habent: Priap. 34. 40, cf. 25, 3. 73. Hae ut semper placeant, ab hoc deo petunt (Priap. 27) atque hoc impetrato dona ei offerunt velut Niconoe apud Hedylum Anth. Pal. VI 292 (Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 145 n. 2, cf. A. Hausrath *Neue Jahrb.* XVII (1914) 449): cui enim mulieri ille *τὰ καλλιστεῖα* tribuerit, frequentia amatorum apparet. Libertate quaestu comparata *inter Telethusa puellas* Priapo gratiam refert (Priap. 40). In lupanaribus igitur Priapus *numen praesentissimum* erat (Hist. Apoll. reg. Tyr. 33, cf. VII B 4; *praesentissimum* dicitur quod non modo adest, sed etiam vim suam graviter exercet, cf. Cic. Tusc. I 28; Ovid. met. III 658) neque, si quis *nigra for-*

[1] Cf. F. Cumont *Die orientalischen Religionen im römischen Heidentum*[3], Lips. et Berol. 1931, p. 321 n. 85.

[2] Etiam XVIII. saeculo huiusmodi religio mitiore usu in Germania (Emmerichem prope Weissenburgum in Nariscis) fuisse dicitur: E. Jung *Germanische Götter und Helden in christlicher Zeit*, Mon. 1922, 299 ss. (cf. etiam 301 n. 150).

nicis oblitus favilla erat, a sacello suo prohibebat (Priap. 14). Meretricum ruri loco sacro convivantium libidinibus Pan et Priapus gaudent (Alciphr. epist. IV 13, 16: *καὶ οὐκέθ' ἡμῖν ἐδόκουν προσβλέπειν ὡς πρότερον αἱ Νύμφαι, ἀλλ' ὁ Πὰν καὶ ὁ Πρίαπος ἥδιον.* Sed cum Priapi simulacrum ibi Nymphis Panique adiunctum fuisse ante commemoratum non sit, nomen Priapi hoc loco subditum esse Meinekius fortasse recte suspicatus est).

g) Item *mollium atque effeminatorum* Priapus fuit patronus (Myrin. Anth. Pal. VI 254; cf. Priap. 25; Suet. Cal. 56, 2)[1], quin etiam eunuchorum: milites enim barbari, qui sub imperio Eutropii eunuchi erant, quasi ipsi semiviri (*Eunuchorum manipli*) a Claudiano in Eutrop. 1, 256 vocati sunt *Hellespontiacis legio dignissima signis*, i. e. dignissima, *quae militaret sub auspiciis Priapi, quo duce gaudebant videlicet Eunuchi illi Orientales, nocturnis bellis* (Caspar Barth ad h. l. ed. 1650 p. 1320 b); *signa* autem ambigue dicta sunt, ut simulacra intellegi possint et signa militaria. Cf. etiam Wernicke p. 93.

De poenis, quas fures mares ei non semper inviti dare in Priapeis dicuntur, cf. supra p. 209 s. De irrumatione etiam Mart. XIV 70 (69) iocatur (in Priapum siligineum):

Si vis esse satur, nostrum potes esse Priapum:
ipsa licet rodas inguina, purus eris.

h) Omnino Priapus, ut ipse *iocis* gaudebat (cf. sub 2 p. 221 s.), ita *laetitiae dator* (cf. hymn. Tiburt. v. 44) putabatur ut Lyaeus pater, minus tamen propter vinum quam propter amoris gaudia.

Hymn. Tiburt. v. 1 ss.:

Salve, sancte pater Priape rerum,
salve. da mihi floridam iuventam,
da mihi ut pueris et ut puellis
fascino placeam bonis procaci
lusibusque frequentibus iocisque
dissipem curas animo nocentes
nec gravem timeam nimis senectam,
angar haud miserae pavore mortis,

[1] Heliogabalus inter Ephraemii Caesares v. 161 (ed. I. Bekker Bonn. 1840 p. 15; Migne, Patrol. graeca tom. CXLIII col. 20) *ἀνδράποδόν τι Πριήπου Διονύσου* (cf. VIII G not.) audit, *θηλυδρίας* (v. 163) enim erat et tamquam Sardanapalus quidam (v. 160. 162), qui *κατωρχήσατο τῆς κραταρχίας* (v. 159; *in imperio debacchatus est* A. Mai).

quae ad domus trahet invidas Averni,
fabulas manes ubi rex coercet,
unde fata negant redire quemquam.
salve, sancte pater Priape, salve.

i) Thiasorum igitur lasciviorum eum patronum fuisse haud mirum, cuius generis *Πριαπισιάς* illos Gortynios (II D 11) fuisse existimo (aliter editor A. Majuri, Ausonia IV (1909) 242ss.). Sane illo lapide Theraeo, in quo phallus incisus est et verba *τοῖς φίλοις* inscripta leguntur (IG XII 3 nr. 1027), A. Boeckh *Kleine Schriften* VI 66 (secuti sunt Hiller de Gaertringen et Majuri l. c. 244), nihil de hac re probare potuit (cf. etiam F. Poland *Geschichte des griechischen Vereinswesens*, Lips. 1909 p. 54 n.): nam phallus ille, quem aedificii dominus aut certae *συσσώσει φίλων* (ut Boeckh putavit, cf. IG XII 3 nr. 1551) aut omnino iis, qui amico animo in eum erant (F. G. Welcker *Bonn. Jahrb.* XIV (1849) 44; Jahn *Arch. Beiträge* 149 n. 129, cf. *Ber.* 61 n. 123), videtur dedicasse, ad Priapum referri non potest (cf. L. Roß *Arch. Aufsätze* II 420s.), praesertim cum non ex plena figura Priapi relictus sit (Osann enim verbis *ad imaginem Priapi informis* ex schedis Villoisoni sumptis hoc nomine phallum, non deum significavit). Aedificia autem saepissime membri virilis imagine praemunita esse quis est qui nesciat (cf. imprimis Hiller de Gaertringen *Thera* vol. I p. 240s.)?

Dionysiastae Piraei etiam Priapi cultores erant, siquidem in eorum usu fuit vasculum potorium IV I 7.

Convivio adstat simulacrum Priapi IV F 8. Cf. etiam IV H 75.

Denique a gaudiis Priapeis alieni non fuerunt, qui figuram eius ex vitro factam pro poculo sumebant (V A 2h) vel siligineam comedebant (V A 2i, cf. VI C 3g) vel gemmae impressam digito gestabant (sed cf. VI E 1) vel omnino pro ornamento habere gaudebant; haud raro instrumentum domesticum imagine eius decorabatur (IV E 54a. 61. 68. H 4. 8. 12. 18. 46. 52. I4; cf. E 67).

k) Mimographis idonea fuit Priapi figura, cuius rei testis est Augustin. civ. dei VI 7 a Boethio exscriptus (Anon. mim. rel. XXIX apud Ribbeck, Scaen. Rom. poes. fragm.[3] II 383): numquid Priapei mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris? Cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 323 n. 9 et p. 329; H. Reich *Der Mimus* I (Berol. 1903) 258 not.; Jessen 2986; supra p. 25.

De Afranio cf. III C 3 p. 85.

D. De Priapo mortis et vitae deo.

Cf. O. Jahn, Specimen epigraphicum, Kil. 1841, 62ss.; Preller *Röm. Mythologie*[3] I 451 n. 3; Michaelis 94s.; F. Liebrecht *Zur Volkskunde*, Heilbr. 1879, 343s.; Sittl *Gebärden* 101 n. 2; W. Altmann *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berol. 1905, 273s.; Jessen 2975s.; supra p. 7.

1. Inscriptio Veronensis CIL V 3634: Dis Manib(us) C H C locus adsignatus monimento in quo est aedicla Priapi in fr(onte) p(assus) LXX in ag(rum) p(assus) LXX.

2. Epistylium marmoreum CIL VI 3708 = 5173 = 30992. CLE 193:

Custos sepulcri pene destricto deus
Priapus ego sum. mortis et vitai locus.

Romae in columbario circa Tiberii aut Claudii Caesaris tempora scripti iambi graecanici Buecheler (cf. *Kleine Schriften* I 362). Haud recte E. Strong, Journ. hell. stud. XLIV (1924) 98 n. 96, et Carcopino in libro infra indicato p. 99 alterius versus sententiam sic circumscripserunt: *Ego sum mortis et vitai locus.* Cf. supra p. 32.

3. In gemma IV H 203 Priapus cum pavone et papilione (cf. VII F 4a) ita coniungitur, ut semen, quod apud puteum (cf. VI B 5a) profundit, papilio advolans appetat, dum pavo in margine putei adsidet. Hanc imaginem ad mortem procreationemque pertinere apparet, cum horum animalium figura animos mortuorum informatos esse constet. Cf. Furtwängler in descriptione huius gemmae et Altmann l. c. p. 274.

4. Sepulcrorum monumentis nonnumquam Priapeae imagines insculptae sunt velut arae Aquileiensi (III B 3a, cf. Michaelis 94s.) et ectypo IV D 96, in quo Priapus quasi ad novam vitam ex calatho exsurgit (V G 1, cf. Gnirs l. c.). Eorum autem quae habemus simulacrorum Priapi plura in sepulcris fuisse quam hodie constet haud iniuria quispiam coniciat: velut inter sepulcra figura Panthea IV D 13 posita fuit; figura figlina IV D 70 phallo deleto (V C 3) in sepulcro mulieris una cum concha Veneris inventa est, regenerationis haud dubie symbolum. Cf. IV E 61. 67.

At viginti illos *priapos* fictiles, qui anno 1831 in sepulcro prope Eburum in Lucania detecti sunt (Annali dell'Inst. IV (1832) 301), phallos, non dei ipsius figuras fuisse suo iure suspicati sunt F. G. Welcker *Bonn. Jahrb.* XIV (1849) 42; Jahn *Ber.* 75 n. 187; J. Tuchmann, Mélusine VIII (1896/97) 104; Altmann p. 273; F. v. Duhn *Italische Gräberkunde*, Heidelb. 1924, 629.

5. Argumenta Bacchicae religionis sicut saepe sarcophagis insculpta esse videntur, ut spei cuiusdam ultra mortem pertinentis essent imago, ita Priapi simulacris, quae nonnumquam his argumentis addiderunt (IV E 47. 48. H 80. 90), peculiarem quandam huiusmodi vim inesse fortasse nonnulli voluerunt, quamquam huic deo ipsi per se (sive potius simulacris eius) inter thiasum Bacchicum locus quasi legitimus fuit (VIII G). In mysteriis Bacchicis item atque in suis ipsius sacris Priapus aeternitatis auctor fuisse potest. Ad mysteria Bacchica basin Vaticanam IV H 75 Amelung p. 511 rettulit alios secutus (cf. Nogara p. 272).

6. Imagines mortuorum cum in sepulcris iam pridem constituerentur ipsique cum Mercurio aliisque deis paulatim confundi coepti essent (cf. Br. Schröder *Studien zu den Grabdenkmälern der römischen Kaiserzeit*, diss. Bonn. 1902, 16 ss. = *Bonn. Jahrb.* CVIII IX (1902) 61 ss.; F. Pfuhl *Arch. Jahrb.* XX (1905) 76 ss.; M. Collignon, Les statues funéraires dans l'art grec, Par. 1911, 315 ss.; S. Eitrem *PW* s. v. Hermai col. 702; O. Weinreich *Arch. f. Religionswiss.* XVIII (1915) 23 n. 4; A. Buday in libro IV D 13 laudato p. 107 s.; J. Bayet, Mél. d'arch. et d'hist. XXXIX (1921/2) 259 ss. XL (1923) 97; A. D. Nock, Journ. hell. stud. XLVIII (1928) 32 n. 55; O. Weinreich *SB Heidelb.* 1930/31, 7 p. 19 s. n. 1.), non ita mirum est in Gallia mortuorum imagines phallo erecto Priapi similes factas esse (Ed. Fleury, Civilisation des Romains dans la Gaule Belgique 1860, 11; Michaelis 94 s.; Altmann 274).

7. Quod autem secundum E. Pfuhlii disputationem *Arch. Jahrb.* XX (1905) 47 ss. (cf. praecipue p. 63. 152 ss.) per topia quaedam aetatis Romanae sepulcra esse disposita nonnulli credunt columnis pilisve vario ornamentorum genere ornatis insignia, nescio an longe errent[1]; quasi vero nostra aetate, ubicumque crucifixum conspicias, sepulcrum esse oporteat suspicari. Certe iniuria Priapum in imaginibus basilicae Romae prope portam Maiorem detectae (IV H 88) mortuorum patronum vitaeque novae indicem esse E. Strong-N. Jolliffe, Journ. hell. stud. XLIV (1924) 98, et J. Carcopino, La basilique pythagoricienne de la Porte majeure, Par. 1926, 99, interpretati sunt, quippe qui serie illa 38 imaginum in parietibus et atrii et cellae disposita non sacella subdialia, sed sepulcra repraesentari putarent (Strong 95 ss. et Carcopino 94 ss., cf. p. 249 ss., sicut iam G. Bendinelli, Bull. comm.

[1] Ipse Pfuhl sacella a sepulcris bene distinxerat.

arch. com. L (1923) 108 ss., cf. Mon. ant. XXXI (1926) 781 n. 1. 790 ss. 831 s., et H. M. R. Leopold, Mél. d'arch. et d'hist. XXXIX (1921/2) 175, cf. 177; aliter H. Lietzmann *Vorträge der Bibl. Warburg* 1922/23 I 68. *Gnomon* V (1929) 194; A. D. Nock, Class. Rev. XXXVIII (1924) 107). Quid quod Carcopino, ut hanc sententiam probaret, deos deasve, quorum simulacra in compluribus sacris aut pilis addita aut earum loco posita videmus, non tam mortuorum tutelam gerere quam ipsos esse contendit mortuos cum dis illis confusos atque ad sublimem eorum statum elatos? Quod si vere dixisset, iure miraremur, cur summae atque extremae animorum sorti infima loca non modo in cella, sed etiam in atrio data essent; miraremur etiam, cur non omnibus 38 mortuis haec sors concessa esset, neque quaestionem omittere deberemus, num viri quoque dearum habitu indui potuisse viderentur. Recte eis, quae Carcopino contendit, etiam A. Boulanger, Rev. étud. anc. XXIX (1927) 402, contradixit; cf. D. S. Robertson, Class. Rev. XLI (1927) 243; Rostovtzeff, Mystic Italy p. 134.

Item in ectypo Londinensi IV H 60 sepulcrum esse falso veteris catalogi scriptor putavit. Neque magis in censum veniunt imagines, quas Jahn l. c. attulit, nam in pictura IV H 36 et in vasculo Chigiano IV H 21 sepulcri ratio non est; vasculi autem a Raoul-Rochette, Monumens inédits tab. 28, publicati, in quo herma dei Priapi similis pictus est, valde dubium est argumentum. Cf. omnino VII B 1 k. De Priapo atque Hecata ab Artemidoro consociatis cf. VI E 2 a.

8. Sepulcrorum custodiam cur Priapo mandaverint, G. Zoega, De origine et usu obeliscorum, Romae 1797, 372 not. (cf. Jahn, Spec. epigr. p. 65; Buecheler ad CLE 193; Edw. Flinck, Ann. Acad. scient. Fenn. ser. B tom. XIV 2 (1922) 29; Strong l. c. p. 98), bene inde explicavit, quod intra maceriam horti esse solebant (J. Marquardt-A. Mau *Das Privatleben der Römer* 1^2 (1886) 369 s.; H. Blümner *Die römischen Privataltertümer*, Mon. 1911 p. 508; G. Lafaye, Dar.-Saglio s. v. hortus p. 284; G. Lugli, Dizion. epigraf. ed. De Ruggiero s. v. hortus p. 1042 ss.; S. Eitrem, Symb. Osl. VIII (1929) 30), cum arbores sepulcris imponere antiqui moris esset (E. Curtius *Ges. Abhandl.* I 80 s.; O. Kern *PW* s. v. *Baumkultus* col. 158. 166; Pfuhl p. 93 s.); neque quisquam mirari poterat eum deum, qui universum *locum adsignatum monimento* tuebatur, etiam a sepulcris ipsis mala omnia arcere posse (Jessen col. 2976). Fuerunt tamen qui *mortis et vitai locum*

Priapi figura apte designari putarent: in illo enim titulo *cum quaedam, ut ‚destricto pene' et ‚custos sepulcri' ad carminum illorum, quae Priapeorum nomine satis nota sunt, facetias et lasciviam accedere videantur, ea tamen, quae finem faciunt, ‚mortis et vitai locus', ut antiquum colorem habent, ita cum gravitate monere videntur, eiusdem esse dei, vitam dare et auferre: eodem numine quotannis terram quasi mortuam in vitam revocari, ut laeta efflorescat, et hominem e vita arcessi* (Jahn p. 67). Comparari possunt verba, quibus Cornut. 27 p. 61, 10 s. L. cur Priapus falcem gerat explicare studet: *ὡς τῆς αὐτῆς δυνάμεως μετὰ τὸ ἐνεγκεῖν τὰ ὄντα ἐκτεμνούσης αὐτὰ καὶ ἀφαιρούσης* (recte Osann in editione p. 332). Nimirum phallicis signis iam pridem sepulcra non modo praemunire, sed etiam quasi symbolorum loco ornare solebant (cf. quae Jahn p. 62 ss. disputavit multique post eum viri docti). Priapi autem simulacra iam antiquis temporibus in sepulcris fuisse eiusque religionem iam tum ad mortem pertinuisse veri haud dissimile est (cf. Jessen 2976; Cumont 646 n. 28; Maggi ad Priap. 1,5), praesertim cum in Phrygia atque omnino in Asia phallos ipsos saepe in tumulis erectos fuisse sciamus (G. Hirschfeld apud E. Curtius *Phil. und hist. Abhandl. Akad. Wiss. Berl.* 1872, 78; Chr. Belger *Arch. Anz.* 1892, 63 ss.; A. Körte *Ath. Mitt.* XXIV (1899) 6 ss.; A. Dieterich *Mutter Erde*[3] 104 s. 146; Altmann 273 s.; E. Pfuhl *Arch. Jahrb.* XX (1905) 90 s. 155; P. Jacobsthal *Ath. Mitt.* XXXIII (1908) 427; S. Eitrem *PW* s. v. Hermai 697 s., cf. 702; R. Leonhard *Paphlagonia* (1915) 268; O. Weinreich *Arch. Rel. Wiss.* XXII (1923/24) 340; O. Kern *Die Religion der Griechen* I (1926) 37 s. 140; Altheim *Griechische Götter* 68 ss.; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 159 s. n. 2).

E. De Priapo omnipotenti. Cf. p. 31 s.

1. Negative, ut ita dicam, mala omnia averruncabat (Jahn *Ber.* 71 ss.; Sittl *Gebärden* 122; Jessen 2975):

Diodor. IV 6, 4: (*ἰὰς δὲ τιμὰς . . . ἀπονέμουσιν αὐτῷ*) . . . *πρὸς τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν τοῦτον κολασιὴν παρεισάγοντες.*

Filarg. in schol. Bern. Verg. georg. 4, 111 (p. 961 H.): [*Creditur* suppl. Hagen] *enim omnibus magicis artibus officere.*

Fascinus deus dicitur a Scholiastis Verg. buc. 7, 33 (App. Serv. p. 135; Schol. Bern. p. 810); pessime vero *Aemilium Macrum*, i. e. Thyrsum, ne noceat sibi hunc deum venerari interpretantur.

In ectypis IV D 81 et 82 Priapus phallum in malum oculum intendit. Gorgoneum pectore gerit IV E 4. Inter signa apotropaea est IV H 110.

Fuerunt igitur, qui ab omni malo ut tuti essent, Priapi simulacra parva collo annecterent; idem spectare potuerunt, qui imaginem eius gemmae impressam digito gestarent (F. G. Welcker *Bonn. Jahrb.* XIV (1849) 42 s.) vel sigilli loco haberent (IV H 106). Cf. tamen VI C 3 i.

Crepitus ventris, quo Priapus apud Horat. sat. I 8 Canidiam Saganamque fugat, ut est Bacchicus idemque ad comicorum iocos perquam accommodatus (cf. O. Roßbach *Neue Jahrb.* IV (1901) 403 ss.; P. Kretschmer *Glotta* IV (1913) 353; L. Radermacher *Beiträge zur Volkskunde aus dem Gebiet der Antike, SB Wien* 187, 3, 1918, 70 ss.), ita ex veterum opinione mala avertendi vim habuisse videtur (cf. Jahn *Ber.* 49).

Sanandi facultatem Priapum antiquitus habuisse O. Weinreich *Antike Heilungswunder*, Giss. 1909 [*RGVV* VIII 1] p. 183 s. n. 6, suspicatus est. Cf. p. 225.

2. Positive omnia bona, imprimis divitias, afferebat.

a) Artemidor. IG XII 3, 421 = 1335 (A. Boeckh *Gesammelte kleine Schriften* VI 64 ss. et CIG 2465 b; Kaibel, Epigr. 807); F. Hiller v. Gaertringen *Thera* III (1904) 92 ss.; Geffcken *Griech. Epigramme*, Heidelb. 1916 nr. 172:

a
Ἀρτεμίδωρος
Ἀπολλωνίου Περγαῖος.

b
Εἵσατο τήνδ' Ἑκάτην πολυώνυμον Ἀρτεμίδωρος
Φωσφόρον, ἣν τιμῶσιν ὅσοι χώραν κατέχουσιν.

Μνημόσυνον Θήρας πόλεως παριοῦσιν ἔτευξεν
βάθρα τάδ', ἔστ[η]σέν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος.

c
Ἥκω Πρίαπος τῇδε Θηραίωμι πόλει
ὁ Λαμψακηνός, πλοῦτον ἄφθιτομ φέρων.

d
[Εὐεργέτη]ς πάρειμι καὶ παραστάτης
[πᾶσ]ιν πολίταις τοῖς τ' ἐνοικοῦσιν ξένοις.

e
Ἀρτεμίδωρος
Ἀπολλωνίου Περγαῖος.

d v. 1 [καὶ σύμμαχο]ς Boeckhii supplementum nimis longum ([Ἀλεξίκακο]ς Usener *Tychon* 27 n. 2). [εὐεργέτη]ς feliciter tentavit Hiller. v. 2 [τοῖσ]ιν suppl. Boeckhius.

Cf. p. 1. 14; Jahn *Ber.* 90.

Artemidorus Apollonii filius Pergaeus, cum militia ut videtur in Aegypto sub Philadelpho perfunctus in insulam Theram recessisset, mox iam tum, cum in numerum civium Theraeorum nondum ascitus in peregrinis numerabatur (cf. d v. 2: τοῖς τ' ἐπιχωρίοις ξείνοις), i. e. Philadelpho etiamtum regnante (cf. *Thera* I 166 et III 89ss.), in τεμένει suo (cf. O. Weinreich *SB Heidelb.* 1919, 16 p. 44) paulo subter viam hodiernam, quae a monte Sellada in urbem fert, *eo fere loco, ubi viam antiquam ad urbis confinia ascendisse verisimile est*, scalas (βάθρα) in rupe incidi iussit, quibus viatores aut ipsis insiderent (Boeckh 64s.; E. Curtius *Gesammelte Abhandl.* I 67) aut — id quod magis credo — insisterent, ut ad lapidem nigrum (μέλαν λίθον *vermutlich Lava* Hiller) pervenirent, qui eis sedem praeberet; nam *ferme religiosis viantium moris est, cum aliqui lucus aut aliqui locus sanctus in via oblatus est, votum postulare, pomum adponere, paulisper adsidere* (Apul. flor. 1; cf. S. Eitrem *Opferritus und Voropfer*, Christ. 1915 [Videnskapsselsk. Skrifter 1914, 1] p. 47s.; Th. Klauser *Die Cathedra im Totenkult*, Monast. Guest. 1927, 33s.; H. Lewy *Phil.* LXXXIV (1929) 378ss.). Ibi imagines Hecatae[1] et Priapi (cf. p. 104) constituit atque epigrammata his deis salutaribus sacravit, quos apto loco urbem ingredientibus obtulit apteque inter sese coniunxit, quod ambobus viatores tutelae erant (cf. VI B 4 cα; ceterum Hillero ibi trivium fuisse videtur): accedit, quod ambo ut ipse Artemidorus ex Asia oriundi erant (quos fortasse ibi coniungi sciebat, cf. VIII P 5), minus autem id valuisse puto, quod magicis artibus praecerant et ad inferos pertinebant (Jahn, Specimen epigraphicum, Kil. 1841, 66, cf. Gruppe 867 n. 2). Ut autem Hecatae simulacris ante portas positis mala arceri putabant (Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 169ss.), ita eodem loco Lampsacenorum dei tutela etiam bona prosperari homo ille Pergaeus sibi persuasit. Atque Hecatae cultum iam pridem Therae pervulgatum fuisse ipse Artemidorus satis perspicue declaravit (Boeckh 65), Priapum vero recentem advenam induxit, quippe quem tragicorum prologorum ritu Lampsacenum sese esse eoque venisse dicentem fecerit; in componendis enim his versibus hominem illum Pergaeum ad Baccharum prologum se accommodasse Robert confirmavit (quamquam fortasse non ipsum hunc prologum imitatus est, cf. etiam Soph. Oed.

[1] Lapidem enim illum nigrum signi Hecatae instar fuisse Hiller mihi non persuasit, quippe cum Hecatam, i. e. Hecatae simulacrum, Artemidorus a lapide non minus quam a scalis in versibus suis plane separavisse videatur.

Col. 287s.: *ἥκω γὰρ ἱερὸς εὐσεβής τε καὶ φέρων ὄνησιν ἀστοῖς τοῖσδε*): exemplum sane satis aptum, quo quomodo hoc prologorum genus dicendi ad deorum *Σωτήρων evangelium* transisset, O. Weinreich *Arch. f. Rel.* XVIII (1915) 34ss., illustravit (cf. F. Pfister *PW* s. v. Epiphanie vol. suppl. IV 311; R. Pfeiffer *Kallimachosstudien*, Mon. 1922, 117 n. 4; A. D. Nock, Rev. étud. anc. XXX (1928) 7 n. 2). Dubium igitur vix esse potest, quin Artemidorus ipse Priapi cultum etsi non ex ipsa eius patria, at tamen Alexandria (cf. sub b) illuc transtulerit (cf. Usener *Tychon* 27).

b) Eadem enim ratione magis universa Priapus in Dionysiaca illa Ptolemaei Philadelphi pompa Virtuti deae et Alexandro Ptolemaeoque patri haud incommode adstare potuit, vide Callixeni descriptionem ab Ath. V 201 D servatam:

Ἀλεξάνδρου δὲ καὶ Πτολεμαίου ἀγάλματα ἐστεφανωμένα στεφάνοις κισσίνοις ἐκ χρυσοῦ. τὸ δὲ τῆς Ἀρετῆς ἄγαλμα τὸ παρεστὸς τῷ Πτολεμαίῳ στέφανον εἶχεν ἐλαίας χρυσοῦν. καὶ Πρίαπος δ' αὐτοῖς συμπαρῆν ἔχων στέφανον κίσσινον ἐκ χρυσοῦ. Κόρινθος δ' ἡ πόλις παρεστῶσα τῷ Πτολεμαίῳ ἐστεφάνωτο διαδήματι χρυσῷ. παρέκειντο δὲ πᾶσι τούτοις κυλικεῖον μεσιὸν χρυσωμάτων κρατήρ τε χρυσοῦς μειρητῶν πέντε.

J. Kamp, De Ptolemaei Philadelphi pompa Bacchica, diss. Bonn. 1864, 11s. n. 2, Theocr. idyll. 17, 13ss. nisus coniectura nimis audaci (cf. W. Franzmeyer *Kallixenos' Bericht über das Prachtzelt und den Festzug Ptolemaeus II.*, diss. Argent. 1904, 47) pro Priapo Herculem textui inculcare conatus est, Th. Schreiber autem *Bildnis Alexanders des Großen*, Lips. 1903, 234, quid hoc loco Priapus sibi voluisset, frustra quaesivit; alii de Priapo silere maluerunt (velut Studniczka *Das Symposion Ptolemaios II.* 168), Jessen 2982 eum ministri potius munere functum esse coniecit. Tamen nullus dubito, quin recte nomen Priapi traditum sit, neque ea quidem aetate hunc deum Bacchicum (*dionysischer Exponent des Zuges:* S. Eitrem, Videnskapsselskapets Skrifter, Christ. 1919, 2 p. 91) fertilitatis largitorem divitiarumque datorem (*Bewahrer des reinen irdischen Glückes und Segens:* Boetticher *Baumkultus* 64) ab auctoribus regni Ptolemaeorum nobilique illo convivio tam alienum fuisse putaverim quam pro nostro sensu vel obscaenitate carminum Priapeorum posterioris maxime aetatis quispiam dixerit. Omnino Artemidori epigramma ad explicandas atque illustrandas eas partes, quas Priapus in illa pompa sustinuit, quasi factum videtur esse atque non sine pietate quadam

deo dicatum est haud ita levis notae atque auctoritatis neque indigno, qui inter deos novi regni tamquam publico munere fungeretur. Cf. p. 1. 13. 104. 110.

c) Eadem ratione in speculorum thecis Etruscis (IV E 84) non modo Baccho, sed etiam Paci Plutoque bene associatus videtur esse, cf. W. Amelung *Führer durch die Antiken in Florenz*, Mon. 1897, 263. Cf. IV H 104. 110.

d) Saepe fructuum copia divitiarum bonorumque omnium auctorem Priapum designatum esse probabile videtur; velut corbis fructuum plenus sacculusque pecuniae in imagine Vettiorum IV K 34 indicio est eam gentem per fundorum proventus vindemiasque opes nactam esse (M. Della Corte, Neapolis II (1914) 311 ss.; M. Rostovtzeff. The social and economic history of the roman empire. Oxon. 1926. 92. *Gesellschaft und Wirtschaft im römischen Kaiserreich*, Lips. 1931, I 216). Cf. IV K 2.

e) Apud Bithynos deus bellicus fuit, cf. III E 1.

3. Priapus cum generationis auctor esset, universae naturae instar coli coeptus est.[1]

a) Hymn. Tiburt. CLE 1504 v. 33 ss.:

O Priape, potens amice, salve,
seu cupis genitor vocari et auctor
orbis aut physis ipsa Panque, salve.
namque concipitur tuo vigore
quod solum replet, aethera atque pontum;
ergo salve, Priape, salve, sancte.

Cf. cognomina *sanctus pater (rerum), potens, pollens invictus* (VI A 1).

b) Hac ratione Priapus phallus esse divinitate humanaque specie indutus videbatur Diodori auctori, cf. test. 5 p. 37 s.

IV 6. 2: *τινὲς δέ φασι τὸ αἰδοῖον τῶν ἀνθρώπων τοὺς παλαιοὺς μυθωδῶς ὀνομάζειν βουλομένους Πρίαπον προσαγορεῦσαι. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὸ γεννητικὸν μόριον, αἴτιον ὑπάρχον τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων καὶ διαμονῆς εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα, τυχεῖν τῆς ἀθανάτου τιμῆς. οἱ δ' Αἰγύπτιοι* etc. Cf. VIII A 5.

Cl. I 88. 1: *τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν* (sc. *οἱ Αἰγύπτιοι*), *καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον· τὸ μὲν γὰρ ζῷον εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ δὲ μόριον τοῦ σώματος τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον τιμᾶσθαι προσηκόντως, ὡς ἂν ὑπάρχον ἀρχέγονον τῆς τῶν ζῴων φύσεως.*

[1] De *aretalogia* phalli, quam Maximian. eleg. 5, 87 ss. (cf. imprimis 111 s.) exhibet, O. Weinreich me monet.

Huiusmodi sententiam etiam nostra aetate complures viri docti protulerunt, velut H. Diels, Miscellanea dedicata al Prof. A. Salinas, Panorm. 1907, 12, Priapum comparat cum Baubone, quam ex membro muliebri ad humanam figuram conformatam esse putat (cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 279). Similiter Cumont 645 (cf. Maggi p. XIII): *Priape qui n'est autre chose qu'un phallus anthropomorphisé.* Cf. etiam M. P. Nilsson, Studia de Dionysiis Atticis, Lundae 1900, 103, atque iam C. A. Böttiger *Kleine Schriften* III (1838) 406. Hoc quamquam certa ratione demonstrari non potest (cf. p. 4), tamen probatur exemplo Phaletis, quem primo nil nisi phallum fuisse nomen ipsum clamat (De dis Atticis 47, cf. supra p. 10); addendi Terpon daemon Antipolitanus (nisi forte L. Heuzey recte iudicavit, qui eum non plane in phalli speciem formatum, sed simplicem *ἀργὸν λίθον* fuisse dixit; cf. De dis Atticis 47, nunc etiam A. Rumpf *Die Religion der Griechen* [H. Haas *Bilderatlas zur Religionsgeschichte* 13/14], Lips. 1928 nr. 10; E. Maaß *Mus. Rhen.* LXXVIII (1929) 12. 24), Fascinus deus, siquidem a Vestalibus revera colebatur (Plin. nat. hist. XXVIII 39, cf. supra p. 27 n. 3, etiam VIII E not.), Mercurius Cyllenius (cf. A. Frickenhaus *Ath. Mitt.* XXXIII (1908) 172 s.; De dis Atticis 45 not.; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 160), fortasse etiam Amor Thespiensium itemque Parianorum (Paus. IX 27, 1, cf. Gruppe 775 n. 1; O. Waser *PW* s. v. Eros 490; Wilamowitz *Pindaros*, Berol. 1922, 39; Kern *Die Rel. d. Griech.* I 3 n. 1). Quod postea nonnumquam membrum virile nomine Priapi dixerunt (II C 4), ad antiquissimam imaginis formam huius dei non magis pertinet quam vasculum illud ridiculum Dionysiastarum IV I 7.

c) Stoicis aut *σπερματικὸς λόγος* (proprie fructuum) aut omnino universi creator sive ipsum universum Priapus esse videbatur (cf. supra p. 32).

α) Porphyr. *περὶ ἀγαλμάτων* 7 (p. 10* s. Bidez) apud Euseb. praep. evang. III 11, 15 summam disputationis de numinibus terrenis faciens: *διὰ δὴ πάντων τούτων ἡ περίγειος δύναμις ἐξηγήσεως τυχοῦσα θρησκεύεται· ὡς μὲν παρθένος καὶ Ἑστία ἡ κεντροφόρος* etc. . . . *τοῦ εἰς αὐτὴν κατιόντος σπερματικοῦ λόγου εἰς τὸν Πρίαπον ἐκτετυπωμένου, οὗ τὸ μὲν περὶ τοὺς ξηροὺς καρποὺς Κόρη, τὸ δὲ κατὰ τοὺς ὑγροὺς καὶ τὰ ἀκρόδρυα Διόνυσος καλεῖται.*

πρίαπον JTr *πρίαμον* BNO *πρίηπον* A.

Hic locus Porphyrii ad Stoicorum rationes plane quadrat, cf. etiam H. Meyer *Geschichte der Lehre von den Keimkräften*, Bonn. 1914, 68 s.; fortasse Apollodori libris *περὶ θεῶν* ille hoc loco ut multis aliis locis in eo libello usus est (C. Reinhardt, De Graecorum theologia capita duo, Berol. 1910, 100, cf. J. Bidez, Vie de Porphyre, Gand. 1913, 153 s.), cf. etiam Cornut. p. 50, 18 ss. L.: *ἐμφαίνει γοῦν τὸ μέγεθος τῶν αἰδοίων τὴν πλεονάζουσαν ἐν τῷ θεῷ σπερματικὴν δύναμιν.* Notandum Porphyrio Priapum non universum videri *τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων* (cf. p. 17* B.), sed hactenus *rationem seminalem* ad eum rettulit, quatenus per singulos quosdam *σπερματικοὺς λόγους* fructus e terra procreat. Latiorem provinciam Priapi habes sub *β*, latissimam sub *γ*.

In disputatione ipsa Eusebium Priapi mentionem omisisse F. Börtzler *Porphyrius' Schrift von den Götterbildern*, diss. Erlang. 1903, 17 (cf. Bidez 146), vidit; eodem loco etymologiam nominis, quam Schol. Theocr. idyll. 1, 21 secundo loco profert (II B 1 b), Porphyrium commemorasse Börtzler 19 s. non sine veritatis specie inde conclusit, quod is compluribus aliis locis in hoc libello veriloquia Stoicorum attulit.

β) In excerpto *περὶ ἀγάλματος Πριάπου* (VIII A 1 a) Priapus idemque Sol terrae marisque creator habetur. Hoc excerptum, quamquam Lydo vindicari posse videtur, non ad Porphyrium redire Börtzler 69 s. (cf. Bidez 148) intellexit, cum is Priapum non eundem Solem habuisse videatur, certe non inter eos deos nominaverit, quos Solis naturam referre contendit (Euseb. III 11, 24/29 p. 12 ss.* B.); maioris momenti est, quod eum non *τῆς ξηρᾶς καὶ τῆς θαλάσσης* omnino auctorem exhibuit, sed paulo angustioribus terminis circumscriptum vim crescendi seminibus insitam putavit esse, cuius partes Proserpinae Bacchique nominibus ad fructus siccos humidosve pertinere voluit. De Chaeremone cogitari potest.

γ) Cornut. 27 Priapum totum mundum esse suspicatur et hac ratione cum Amore, Atlante, Pane, Bono Genio (*Ἀγαθὸν Δαίμονα* dico) confundit:

Ἴσως δ' ἂν οὗτος (sc. *ὅλος κόσμος*) *καὶ ὁ Πρίαπος εἴη, καθ' ὃν τρόπον εἰς φῶς πάντα, τῶν ἀρχαίων δεισιδαιμόνως καὶ ἁδρῶς διὰ τούτου ἃ ἐφρόνουν περὶ τῆς τοῦ κόσμου φύσεως παρισιάντων. ἐμφαίνει γοῦν τὸ μέγεθος τῶν αἰδοίων τὴν πλεονάζουσαν ἐν τῷ θεῷ σπερματικὴν δύναμιν* etc. cf. VI B 1.

Vestigia perspicua doctrinae Apollodoreae ostendit Bruno Schmidt, De Cornuti theologiae Graecae compendio capita duo, Diss.

phil. Hal. XXI (1913) 78s. Idem recte coniecit Cornutum in eo, quod Priapum universi mundi symbolum habet, non Apollodorum sequi, cui rei id testimonio afferri potest, quod singula argumenta, quae procedente disputatione exponit, non ad universam illam vim Priapi faciunt, sed ad *terrae procreandi vim et fertilitatem* — i. e. eam vim seminalem, qua fructus procreantur. Quodsi recte Porphyrii doctrinam ad Apollodorum redire supra (sub *α*) suspicati sumus, Cornuti argumentatio ad eundem referenda est.[1] Ipse tamen Cornutus significationem Priapi amplificavit, id quod suo Marte eum fecisse propter modestiorem confirmandi rationem (*ἴσως ἄν*) tuo iure conicias (cf. etiam VIII I 2). Sane ut Priapum universum *σπερματικὸν λόγον* poneret facile adduci potuit, qua ratione is deus continuo universi mundi creator sive ipse mundus evasit; neque soli Stoici fuerunt ea aetate, qui deo Lampsaceno vim quandam universam assignarent.

d) De Priapo Pantheo.

Cf. Jahn *BJ* 55s. n. 28; Usener *Götternamen* 340. 347; Buecheler CLE ad 1504, 35; Jessen 2979s. 2983; supra p. 31s.

α) Titulus Apuli in Dacia inventus CIL III 1139: Priepo Pantheo P(ublii) Aelii Ursio et Antonianus aediles col(oniae) Apul(i) dicaverunt Severo et [Q]uin[t]iano cos (i. e. a. p. Chr. n. 235). Cf. L. W. Jones, The cults of Dacia, Univ. California Publ. Class. Phil. IX 8 (1929) 264.

β) Figura Priapi Panthei in Dacia inventa est, quae modium Serapidis (quo tamen haud raro Priapus ipse quoque ornatur, cf. V F 2 p. 198), aquilam (cf. VII F 4h) et fulmina Iovis, clavam Herculis habet (IV D 12). Cf. Friederichs *Kleinere Kunst* 421. Fulmina etiam alteri figurae Dacicae IV D 13 apposita sunt.

Cf. VIII H 3.

In signis pantheis[2] symbolum Priapi non agnoscitur, quoniam phallus certa ratione ad eum referri nequit, falx autem et pedum ad Silvanum vel Panem pertinent, cf. Weißhäupl 188.

γ) Hac ratione Priapus facile cum Sole, Pane, Phanete, summo Iustini deo confundi potuit, cf. VIII H—L.

[1] Cornuti ipsius totam de Priapo disputationem esse A. D. Nock *PW* s. v. vol. suppl. V col. 1002 existimat.

[2] Cf. imprimis H. Graillot, Rev. arch. 1900 II 220ss.; R. Weißhäupl *Öst. Jahresh.* XIII (1910) 176ss.; J. Toutain, Les cultes paiens dans l'empire romain I 2. Par. 1911, 5ss.; F. Fremersdorf *Bonn. Jahrb.* CXXIX (1924) 128ss.; S. Wenz *Germania* X (1926) 130ss.; K. Stade, ibd. XV (1931) 177ss.

VII. De Priapi cultu

A. De Priapi auctoritate.

1. *Deus minor* Priapus est (Priap. 53, 5), quin etiam ipse dicit *nos cappae sumus et pusilla culti ruris numina* (Priap. 14, 6 s.) vel *inter cunctos ultimum deos numen* (Priap. 63, 11); cf. Usener *Tychon* 20 n. 1. Itaque dis *prioribus* (Priap. 39, 7) vel *maioribus* (Priap. 53, 5: Petron. 140, 12) opponitur (Priap. 9. 36. 37. 39. 53. 75, cf. 1. 2: Petron. 139, 2, cf. O. Schissel v. Fleschenberg *Wien. Stud.* XXXIII (1911) 269 s.); etiam Priap. 40, 4 in versu *hunc pathicae summi numinis instar habent* maiores di cogitatione ei comparantur. Deis stellaribus Priapum (sive Mutinum) *turpi nuditate distentum* praeponi indignatur Augustin. civ. dei IV 11 extr.

Verg. buc. 7, 33 ss. rudius Thyrsidis ingenium significat eo, quod non modo insolentius rebus maioribus adversarium superare studet, verum etiam Dianae, quam ille nominaverat, Priapum opponit, cf. Serv. ad h. l.; Voss ad h. l. De allegoriis interpretum quorundam antiquorum cf. G. Funaioli, Esegesi Virgiliana antica, Mediol. 1930, 138. 356 ss.

Fulgent. serm. ant. 11 p. 115, 5 ss. H.: *Semones dici voluerunt deos quos nec caelo dignos ascriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Epona, Vertumnus, nec terrenos eos deputare vellent pro gratiae veneratione, sicut Varro in mistagogorum libro ait: Semonesque inferius derelicto deum depinnato orationis attollam alloquio.* Nititur falsarius ille prava eorum opinione, qui Semonum nomen ab eo quod est *semi-* derivabant, cf. H. Jordan *Kritische Beiträge zur Geschichte der lateinischen Sprache*, Berol. 1879, 204 ss., et apud Prellerum *Röm. Myth.*[3] I 90 n. 2; Wissowa *Rel. d. Römer*[2] 130 n. 2; W. F. Otto *Rosch.* s. v.; Klotz *PW* s. v.

Tychonem *τὸν ἐν σμικροῖς ὀλίγον θεόν* Perses Thebanus Anth. Pal. IX 334 appellat, cui epigrammati inscriptum est *Εἰς Σατύρου ἢ Πανὸς ἄγαλμα ἢ καὶ Πριήπου*. Cf. De dis Atticis p. 31 s.; Kern *Rel. d. Griechen* I 294.

Prudent. contra Symm. II 870 sane Iunonem, Lavernam, Priapum quasi eiusdem ordinis numina portentis Aegyptiorum comparat.

Saepe ridetur Priapus seu propter rusticam ingenii indolem (VII B 1 d) seu propter libidines (III C. D 6) membrique turpitudinem

(V C 2) seu propter impotentiam (VI B 3) atque vilitatem rudemve formam (V B 1) ligneorum simulacrorum. Cognominibus grandibus saepe non sine ioco appellatur (VI A 1) ac ne Panthei quidem nomine satis severe in hymno Tiburtino invocatur (VI E 3a, cf. Usener *Götternamen* 340; Ed. Norden *Agnostos Theos*, Lips. 1913, 156 not.). Scriptores ecclesiastici *praenobilem* hunc deum (Prudent. contra Symm. 1, 111) magis fortasse oderunt quam contemnunt, cf. V C 2.

Haud raro sane homines Priapum non satis verecunde tractaverunt (VI B 3); ruri loca eius sacra cultoribus non semper satis frequentia erant (VII B 1 h), et urbani eum saepe in casulis potius quam in templis colebant (VII B 2). Omnino paucis raro oblatis contentus esse debebat (VII F). Gaudet igitur, quod deus salutatur, atque verbose quibus afficiatur honoribus gloriatur (Verg. Priap. 86). Magnum videlicet pondus in eis inesse vult, quae apud Arch. Anth. Pal. X 7, 7s. dicit: *οὐδ' ἑκατόμβῃ τόσσον ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἀνδάνεται*, atque ipsius nomen cum gravitate enuntians (cf. *Xenia Bonnensia* 1929, 65s. [*Kallimachos und Homer* 20s.]) apud Mart. VI 73, 9 vicinos alloquitur: *vicini, moneo, sanctum celebrate Priapum*. Contemptorem autem gravi ira persequitur, sed in ea quoque re apud Petronium (cf. etiam III C 2) iocosi aliquid inest, cf. excursum.

2. Plerumque igitur parum magna Priapus auctoritate videtur usus esse, at tamen veris atque adeo amplis honoribus non semper caruit; a Ptolemaeis enim ad summam dignitatem perductus est, neque habemus, cur posterioribus temporibus ab agricolis atque fortasse etiam ab amantibus maritisve seria mente eum cultum esse plane negemus: velut qui Thuburnicae eum ut *maiorium suum* (i. e. *dominum vel patronum* Mommsen) venerabatur (CIL VIII 14691, cf. VII F 3b), haudquaquam necessario homo libidinosus iudicandus est, quamquam huius farinae Priapi cultores plerosque fuisse ne ego quidem infitias eo. Cf. p. 30ss.

3. Nonnumquam non ipsum Priapum, sed genium eius coluerunt.

Petron. 21, 7: excepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in somnum, ‚itane est?' inquit Quartilla, ‚etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?'

Hymn. Tiburt. CLE 1504 inscript.: Genio numinis Pria[pi] potentis polle[nti]s [invi]cti Iul. Agathemerus Aug. lib. a cura amicorum somno monitus.

Cf. Birt *Rosch.* s. v. Genius 1619 s. (*Das Aufkommen der Gottergenien ist eine letzte Konsequenz der Anthropomorphisierung der Götter gewesen, und es wird durch sie nur die moralische oder physische Qualität des Gottes noch einmal besonders hervorgehoben*); W. F. Otto *PW* s. v. Genius 1164 s. Ad antiquiora tamen tempora hanc religionem Altheim *Griechische Götter* 47 revocavit.

4. *Graium hominem* Priapum fuisse, post in deorum numerum relatum esse Prudent. contra Symm. I 102 ss. secundum Euhemeri rationem explicat atque quasi historiam eius sibi fingit (VI A 2). Similis ratio in fabulis III B 5 inest.

5. Nonnumquam plures Priapi inducuntur (cf. p. 25. 31).

a) [Mosch.] idyll. 3, 26 ss.:

Σείο, Βίων, ἔκλαυσε ταχὺν μόρον αὐτὸς Ἀπόλλων,
καὶ Σάτυροι μύροντο μελάγχλαινοί τε Πρίηποι·
καὶ Πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος, αἵ τε καθ' ὕλαν
Κρανίδες ᾠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο.

Iuvenis Italicus, qui epitaphium Bionis scripsit, ad exemplum Satyrorum, Panum, Naiadum, quos ipse nominat more solito inter se compositos, atque complurium aliorum numinum quasi nationum velut Amorum, Victoriarum, Hermaphroditorum plures Priapos produxit auctore videlicet poeta aliquo Graeco, cf. b et d. De vestitu lugubri Priaporum cf. V F 1.

b) Prudent. peristeph. X 241 ss.:

> Quid, rusticorum monstra detester deum
> Faunos, Priapos, fistularum praesides,
> Nymphas natantes etc.

Eadem fere hoc loco habes semideum genera atque in epitaphio Bionis: Faunos enim Panes solito more dicit Prudentius, fistularum autem praesides Silenos sive Satyros, qui inde ab aetate hellenistica a Pane illud organum sumpserunt.[1] Sane hoc cognomine Satyri a Panibus non satis certo distingui poterant; malui igitur forsitan quispiam fistularum praesides et Faunos et Priapos dici, cum ne Lampsacenus quidem deus a syringe plane alienus sit (cf. VII F 3 h). Wernicke p. 53 Priapos minus bene universos *deos fecunditatem naturae significantes* velut Panes, Silvanos, Satyros (Faunos) cet. intellexit.

[1] Eodem Silvanus sive Silvani pertinent, qui secundum Panis similitudinem fistula canunt (R. Peter *Rosch.* s. v. Silvanus 874 ss., cf. Mart. Cap. IX 906; Commodian. instr. I 14, 2).

c) Priapi simulacra breviter *Priapi* dicuntur a Cael. Aur. tard. V 9 (II D 10 c p. 59). Omnino consentaneum est deum ipsum a simulacris non semper satis discerni; hac re poetae ad hominum rudium opiniones sese accommodaverunt (cf. Meister *Zeitschr. f. d. Gymn.* LXV (1911) 537. *Glotta* V (1914) 337), imprimis ad Romanorum antiquam religionem (cf. K. Latte *Arch. f. Rel.* XXIV (1926) 247 s.): scilicet suum quisque Priapum *domesticum* ab aliorum Priapis diversum putavit, sicut Libero (Wissowa *Rosch.* s. v. 2026), Silvano (R. Peter ibd. s. v. 850 s.; Wissowa *Rel. d. Röm.*[2] 214), Herculi (Peter *Rosch.* s. v. 2957 s.; Haug *PW* s. v. 593; Not. d. Scavi 1923 p. 398. 1924 p. 67 ss.) agrorum domini saepe cognomen imposuerunt a suo nomine derivatum. Imprimis notandi sunt hi loci:

α) Priap. 68, 37 s.:

> hac ego, Penelope, potui tibi lege placere,
> illo sed nondum tempore factus eram.

Non de ipso Priapo, sed de simulacro verbum *facere* dici potuit, cf. Horat. sat. I 8, 2; Priap. 10, etiam tit. Halicarn. IVB 2 v. 5. Vides igitur a simulacro, quod Penelopae temporibus nondum factum erat, ioco non satis distingui deum ipsum, qui tum alia simulacra habere potuit; nihil enim poeta curat, utrum hic deus tum omnino cultus sit an non, falsus Maggi, qui haec ad h. l. adnotavit: *perchè il mito di Priapo nei tempi della leggenda omerica non era ancora formato.*

β) Priap. 33, 1 ss.:

> Naidas antiqui Dryadasque habuere Priapi,
> et quo tenta dei vena subiret, erat.
> nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido est etc.

Apparet poetam v. 3 ss. de eo simulacro, cui versus inscriptos voluit, vel de eo Priapo, quem loquentem inducebat, cogitasse, v. 1 de aliis Priapis sive simulacris Priapi, quae ante fuerant, v. 2 denique de ipso deo unico.

γ) Priap. 86, 19 ss.:

> quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
> vicinus prope dives est neglegensque Priapus:
> inde sumite, semita haec deinde vos feret ipsa.

Ii, qui v. 20 Heinsium secuti *Priapi* legunt (cf. Galletier p. 105; falso Doering proposuit legendum *Priapum*), rem non satis

tenuerunt: recte Birt *Erklärung des Catalepton* 44; O. Weinreich *Genethliakon W. Schmid*, Stuttg. 1929, 187 ss. Iocus venustissimus in his versibus inest, cum diversi Priapi non modo opibus (cf. VII D 2), sed etiam diligentia inter sese differant atque non satis concordes esse videantur. Similis iocus minus explicatus subest Priap. 51, 23 ss., quos versus recte comparavit Weinreich l. c. 189. Cf. etiam VII F 2a.

d) Tres Priapos atque asinum in horto collocatos Priap. 52 spectare Buechelerus *Kleine Schriften* I 347 intellexit (de Paniscis enim nihil est quod cogites neque *duos qui latus tuentur* W. Süss *Phil.* LXIX (1910) 446 testiculos dici recte existimavit); quos unam eandemque basim tenuisse minus verisimile est, cum plura Priapi simulacra separata eodem loco posita in nonnullis imaginibus videamus (IV E 21. 47. H 61. 80. 93. 96, cf. D 97. 98). Nonnumquam diversa simulacra faciei diversitate ita inter sese distincta sunt, ut diversa numina artificem finxisse putes scilicet ex Priaporum illa gente selecta (cf. sub a et b).

De hermis musei Lateranensis cf. III E 3 p. 93 s.

e) Non huc referendus locus Furii Bibaculi fr. 1 M. ap. Sueton. de gramm. et rhet. 11, 3, qui sic in codicibus traditus est:

(Si quis forte mei domum Catonis,
depictas minio assulas) et illos
custodes videt hortulos Priapi etc.

Etiam novissimi editores R. P. Robinson (cf. De fragmenti Suetoniani de grammaticis et rhetoribus codicum nexu et fide, 1922, 133 n. 181) et W. Morel Ios. Scaligerum secuti *et illos custodes videt hortuli Priapos* legunt, quamquam nonnulla sunt, quae contra hanc lectionem proferri possint. Atque primum quidem in tantis angustiis plures Priapos fuisse mireris; deinde Priapi simulacrorum vilitas non aeque atque assulae illae paupertati argumento esse potest, cum ne Maecenas quidem custodem hortorum pretiosum fecerit: denique quoniam non tam in custodibus quam in hortulo ipso (praeter domum) acumen epigrammatis inest, pro obiecto non Priapos, sed hortulos exspectas. Ergo ex codicum auctoritate levi correctura a viris doctis antiquioribus (Pontano?, Statio, Casaubono) adsumpta legemus: *et illos custodes videt hortulos Priapi.* Horto tam minuto, quem ioco quasi latum fundum plurali numero dixit, custodem impositum Priapum! Genetivo casu deum tamquam possessorem dictum esse

non mirum, quem saepius de sibi mandatis tamquam de suis loqui audiamus (cf. VII D 2). Ceterum cf. p. 28.

f) *Priapi* in universum dei eius generis, quo Priapus est, a Ps.-Rufino comm. in Os. 9, 10 (VIII B 3) dicuntur sicut *Κονίσαλοι* a Synes. epist. 32 (De dis Atticis 24 ss. 52).

B. De locis Priapi sacris.

Cf. p. 5 ss. 12. 16 s. 23. 28 ss.

1. Collocantur Priapi simulacra inde ab omni antiquitate ruri ubivis, cf. Diodor. IV 6, 4: *τὰς δὲ τιμὰς οὐ μόνον κατὰ πόλιν ἀπονέμουσιν αὐτῷ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγροικίας ὀπωροφύλακα τῶν ἀμπελώνων ἀποδεικνύντες καὶ τῶν κήπων.* Cf. VI B. *Agelli* (sive sim.) patronus a poetis saepe inducitur (Antist. Anth. Plan. 243; Tibull. I 4; Priap. 15. 16. 82. 83 (v. 16). 84. 85. 86; Mart. III 58, 47. VI 73. VII 91. XI 18). Accedit imago IV H 74. Cf. Schol. Lucian. Iup. trag. 6 test. 3 (p. 36) l. 8 (cf. p. 67) et Nonn. fab. III B 2 (p. 70) l. 10 ss.

Imprimis scriptores in hortis et vineis Priapum positum esse commemorant, cf. Diodor. l. c.; Cornut. 27 (VI B 1a); Schol. Dan. Verg. georg. 4, 111: hunc Liberi et Veneris volunt filium, hortis et vineis custodem. Cf. p. 6.

a) In hortis (sive pomariis: Priap. 71. 72; Mart. VI 16) eum positum esse commemorant hi scriptores: Leon. 49 G. (Anth. Plan. 236); Tymnes Anth. Plan. 237; Anon. ibd. 86. 260; cf. Philipp. ibd. 240; Argent. ibd. 241; Fur. Bibac. fr. 3 B. 1 M.; Verg. buc. 7, 34 (cf. Schol. Bern. ad h. l. p. 810 H.). georg. 4, 109 ss. (cf. Serv. ad h. l. et Prob. q. d. App. Serv. p. 387); Hor. sat. I 8; Tibull. I 1, 17; Priap. 5. 24. 28. 51. 52. 62. 65. 67. 71. 72. 85, 4. 86, 18; cf. 16. 23. 60. 61; Petron. fr. 4 B. ap. Sidon. carm. 23, 155; Colum. 10, 33; Mart. III 68, 9. VI 16. 72; cf. VII 91. VIII 40, 1; CLE 269 (siquidem Priapeum est, cf. VI B 4 a p. 213); Serv. centim. GL IV 465 K.; Prudent. contra Symm. 1, 112. Cf. praeterea locos VI B 1 e*γ*. 4 b.

De cauponae horto cf. VII B 4 b.

b) In vineis Priapum positum esse commemorant hi scriptores: Priap. 30; cf. 86, 18. Mart. VI 49; cf. VIII 40, 1. Prudent. contra Symm. 1, 114, qui Horatium spectat. Cf. praeterea locos VI B 1 e*β*.

c) Etiam in silvis ponebatur: Lucian. q. d. Anth. Plan. 238;

Mart. VIII 40. Cf. Petron. 133, 3 v. 2. IV H 38. 64. 178. 197; cf. 191. Cf. VI B 1 *εα*. 4 *εγ*.

d) Custos ruris locum aptissimum maximeque opportunum in limite nanciscebatur, velut

Λύτοῦ ἑφ' αἱμασιαῖσι τὸν ἀγρυπνοῦντα Πρίηπον
ἔστησεν λαχάνων Δεινομένης φύλακα

(Leon. 49 G. Anth. Plan. 236), cf. tit. Halicarn. v. 4 (IV B 2); Priap. 16, 5: quamquam hoc non semper fiebat (in medio enim horto ponitur apud Colum. 10, 33: Mart. III 68, 9). *Ἐν ταῖς ὁδοῖς* (*τριόδοις* Cruice, sed cf. e. g. Strab. VIII 3, 12 p. 343) *βαστάζων τὰς ὀπώρας* dicitur ab Hippolyt. ref. V 26, 33 (secundum Iustin. gnost., cf. VIII L). Cf. VII C 5 p. 259 s. Apte igitur in simulacro eius verba inscribi potuerunt, quibus viator appellaretur, id quod in Mercurii hermis iam pridem fieri solebat; cf. et alia Priapea et Verg. Priap. 85 et 86 (praecipue v. 21). Iam cum praetermeantes deus admonere soleret, ne furandi causa de via in hortum vel agrum domini deflecterent, poetae facile eo pervenerunt, ut colloquium inter Priapum et viatorem instituerent, id quod Philipp. Anth. Plan. 240 fecit eumque secutus Argent. ibd. 241 (cf. G. Rasche, De Anthologiae Graecae epigrammatis quae colloquii formam habent, diss. Monast. Guestph. 1910). Hac autem ratione Priapus, quod ex ipsius natura sequebatur, in locum priscorum hermarum phallicorum, qui termini instar obtinuerant, successit (VI B 4 a); in bivio autem cum constituebatur (*ἀμφοτέραις παρ' ὁδοῖσι* Leon. 48 G. Anth. Plan. 261), etiam itineris ducem sese polliceri poterat proprii muneris non oblitus (VI B 4 c *β*).

e) In portu vel in litore (*φυκογείτων* Flacc. Anth. Pal. VI 193, 1) piscatorum nautarumque patronus (VI B 5) stat, praecipue in scopulo (Maec. Anth. Pal. VI 89; Arch. ibd. X 7) vel lingula (Arch. ibd. X 8) vel saltu iuncoso (in litore scilicet sito: Priapum *ἐπὶ σχοίνῳ ἐνιδρυνθέντα νάπῃ* dicit Anon. Anth. Pal. X 9). In imaginibus pictis IV D 102. H 35. 183. 195. 196 Priapi hermam ad mare positum videmus, cf. Helbig *Untersuchungen* 99 et 297 (qui Anytae epigramma Anth. Pal. IX 314 confert). Cf. praeterea II D 5 a (VIII B 1).

f) Alioquin Priapus loca edita (Lucian. q. d. Anth. Plan. 238. IV D 90. H 34. 58. 61. 62. 63 etc.) vel saxosa (III B 3 ad. IV D 101. E 41. 46. H 31. 32 etc.) amabat; *colliculos* (Apul. flor. 1) enim antiqui consecrare solebant. Quae loca etsi nonnumquam horri-

dula erant, tamen ut omnibus divis rusticis ipsisque hominibus arborum umbra aquarumque amoenitas ei placebant, quibus rebus hellenistica aetate et poetae et artifices pariter gaudebant (cf. Helbig l. c. 296 s. 300. 305; E. Curtius *Ges. Abhandlungen* II 139; Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 87). Huiusmodi igitur locis ut Panis simulacra saepe cum nymphis coniungebantur (velut apud Anytam Anth. Plan. 291; Leon. 53 G. Anth. Pal. VI 334; Nicarch. ibd. IX 330; Alciphr. IV 13 Sch.), ita apud Theocr. idyll. 1, 21 ss. Priapi et fontis nympharum imagines umbra quercuum una teguntur. Artis Theocriteae in locis amoenis depingendis conspicuae, cuius exempla composuit G. Schnayder, Charisteria Morawski, Crac. 1922, 264 s., luculentum exemplum etiam epigr. 4 est, quo locus Priapi sacer venustissime describitur; ceterum Wilamowitz *Textgeschichte der griech. Bukoliker* 199 ss. hoc epigramma a Theocrito abiudicavit alteroque a. Chr. n. saeculo factum esse censuit, neque antea defuerant, qui a Theocrito id compositum esse negarent (velut Ed. Schwartz *GGN* 1904, 289 n. 1), cf. nunc etiam Ph. E. Legrand, Bucoliques grecs II Par. 1927, 121 s. De Alciphr. IV 13, 16 cf. VI C 3 f. Qua sit ad fontem iter, monstrat Priapus vineae custos Priap. 30; scilicet ab illa vinea fons non longe aberat, sicut in hortis agrisque aquae aegre desiderabantur magnaque cum causa deo fecunditatis largitori dedicabantur, cf. VI B 5 a. Prope fontem eum constitutum videmus IV H 174. 194 (cf. 58) sive ad rivulum IV H 188. 193 (cf. 190), etiam apud puteum IV H 175. 203. Apta igitur in putealibus imago eius est (IV H 81 cf. 82). In regione palustri herma eius invenitur IV H 192 (cf. Verg. Priap. 86; VI B 3 f).

Omnino in iis imaginibus, quibus rura repraesentabantur, tam vulgata fuit Priapi imago, ut nonnumquam naturae loci denotandae causa argumentis adderetur ad suum ingenium minus accommodatis (IV D 101. E 46. H 31. 34. 75). Cf. Jahn *Arch. Beiträge* 61 not. p. 202 n. 7. *Arch. Zeit.* 1858, 232 s.

g) Iam vero ut singulis arboribus simulacra Priapi saepe supponebantur (cf. infra sub i), ita luci ei sacri fuerunt, velut apud Catull. fr. 1 M. lucus ei dedicatur consecraturque in ipsa regione Lampsacena, quod epigramma *Veronensis poeta forsitan fecerit occasione peregrinationis Asiaticae, cum regiones ad Hellespontum sitas inviseret* (L. Santenius ad Terentian. Maur. 2755 p. 364 editionis a Lennepio absolutae, item Ellis aliique); tamen Catullus non ipse credo illum lucum sacravit, sed quempiam

alium loquentem induxit, neque in usum amici alicuius eum hos versus fecisse necesse videtur suspicari, sed fortasse ultro poetae hellenistici exemplum secutus est (cf. Riese ad h. l.; Wilamowitz *Griech. Lesebuch*, Berol. 1921, 253 not., cf. II D 4 bα p. 53), quamquam nescio an ne is quidem suo nomine locutus sit. Lucum Priapo sacratum fortasse etiam imagines IV H 93. 142 exhibent. Cf. CLE 1504, 14 s.

In multis autem imaginibus Priapum in lucis Bacchicis positum videmus (IV B 3. D 95. 97. 98. H 61 a. 66—68. 90—92. 98. 105, interdum inter cultus instrumentum: cistae mysticae appositus est IV H 69), etiam in luco Veneris sub myrto mensae sacrae impositum IV E 36. Cf. VIII G. P 1.

Plane incertum, quod Catulli fr. 1, 2 M. verba Scaliger ita restituit: *qua domus tua Lampsaci est quaque ⟨silva⟩, Priape.* Cf. VII F 3 a.

b) Priapi simulacra nisi solo inhaerent, aut saxo vel saxorum acervo infixa (IV E 77. H 22. 22 a. 30. 60. 64. 65. 68—70 etc.) aut basi magis minusve altae sive rotundae (IV D 95. E 41. 82 etc.) sive quadriangulae (IV D 90. F 7. H 39 etc.) sive etiam artificiosius exstructae (IV H 71. 81. 95 etc.) imposita sunt. Non numquam basi exiguae (velut IV D 97. 98. E 33. 35. 46. H 76), interdum excelsissimae columnae superstat, ut longe super adorantes elatus videatur (III B 3β. IV B 3. E 19. H 89 bc. 93. 94. 195; ceterum artifices non semper veritate satis sese continuerunt). Aliis deis dedicatae Priapi imagines mensis imponuntur (IV H 105, cf. E 36).

In nonnullis imaginibus hermae non firmiter suo loco stant, sed levius saeptis sacellorum subdialium vel muris templorum vel basibus simulacrorum divinorum applicati sunt (IV H 88. 188. 189. 194; cf. etiam hermas aliorum deorum velut in zophoro celeberrimo domus Livianae: M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) 16 tab. I a = II a). Credas igitur eos qui hos hermas consecraverint (cf. VII F 3 c) rem nondum perfecisse vel labori peperisse, cum tres Amores in ectypo IV H 59 summa virium contentione hermam Priapi erigere Satyrumque diligenter alterum hermam ut firmius solo inhaereat curare videamus (similiter IV H 59 a, cf. 113); minore sane negotio in ectypo IV H 82 Pan hermam minutum portat sacro loco dedicandum. Ceterum in pictura IV H 36 Priapum pilae ita sese acclinantem vides (cf. p. 189), ut vivum deum, non simulacrum artificem pinxisse diceres, nisi multo minor eius statura quam Mercurii et mulieris colloquentium esset. Delectum tamen hermam esse in ectypo IV H 98 apparet,

cum arboris quoque sacrae ramum defractum videas; eodem modo res se habet IV H 64; cf. VI B 3c p. 211. In deliciis enim artifices quidam habebant sacra non modo deserta, sed etiam vetustate collapsa sive semiruta effingere (Helbig *Untersuchungen* 99. *Führer* [2] II nr. 855; cf. Jahn *Arch. Beiträge* 61 not.). Nonnumquam tamen hermas, quos cecidisse putes, revera solito Priapi habitu reclinatos esse probabile videtur (IV E 46. H 78. 197).

i) Saepe Priapus *sub Iove* stat (Priap. 14, 7s.), tempestatibus expositus (Tibull. I 4, 5s.; Priap. 48. 62. 63. 83, 6ss., cf. p. 210). *Inter frutices* Priap. 15, 5 est; *ὑπὸ σχοίνῳ* ap. Anon. Anth. Pal. X 9.

Plerumque tamen, quod in patrio apud antiquos fuit more (cf. Kern *Religion der Griechen* I 10; E. Maaß *Mus. Rhen.* LXXVIII (1929) 11s.), *umbrosa tecta* Priapo contingunt, *ne capiti soles, ne noceantque nives* (Tibull. I 4, 1s.; cf. Priap. 61. 69. 83, 6 locosque supra sub f laudatos); quas autem amet arbores, infra VII F 5a exponam. Videmus igitur in artis monumentis plurimis simulacrum eius sub arbore positum (IV E 35. 48. H 30. 39. 64. 71. 72. 76. 88f etc., cf. D 15). Nonnumquam simulacro et arbore ex adverso posita imago quasi includitur (IV H 77. 87. 89c. 161. 198). In ipsa autem arbore herma minutus stat IV H 21. Saepe altera est in conspectu dei arbor (IV H 79 etc.; a lateribus duae arbores adstant: IV D 76, cf. VIII A 2), neque raro silvestri loco (cf. sub c) vel in luco (cf. sub g) sedem habet. Sollemni more arbores sacrae donis cumulantur (cf. VII F 3) atque etiam sertis sive taeniis ornantur (IV H 35. 81. 192. 197. I 5), quamquam satis saepe in imaginibus arbores non minus desertas videmus quam omne sacellum.

k) Nonnumquam arbore portam q. d. sacram Priapi implicatam invenimus (IV D 90, cf. Curtius *Wandmalerei* 386s.) vel columnam (IV H 166. 195; ceterum huiusmodi columna etiam aliorum deorum esse potest, cf. IV H 88). In ectypo IV H 60 ante Priapum saxo impositum duae sunt arbores, quarum altera pilae adstat vase coronatae myrteaeque frondis imagine ornatae. Longius ab arbore abest columna Ionica in cratera IV H 21, item vase coronata in ectypo IV H 71. Cf. praeterea IV H 36. 81. 89b. 93. 98. 103. 127. 187. 192. 193 (etiam VI D 7).

l) Omnis locus sacer (*sacellum*, cf. sub 2m) saeptus est apud Theocrit. epigr. 4, 5: *σακὸς δ' εὐίερος περιδέδρομεν* (*ἔρκος δ' εὖθ' ἱερὸν π.* Anth. Pal. IX 437; *σακὸς δ' οἱ ἱερὸς π.* Legrand

praeeunte Cholmeleio, qui *οἱ ἱερὸς* coniecit); alia est horti saepes, quae commemoratur Priap. 51, 23. 77, 2, cf. 65, 4; Colum. X 27 (cf. IV H 102. VI B 3 p. 210 s.).

Possunt tamen etiam velo (quod graece dicitur *παραπέτασμα*) inter duas arbores (IV H 71. 79. 154 a) vel inter arborem columnamque (IV H 81. 103) obtento (cf. etiam IV H 83. 182) ad tempus saltem profana arceri, quamquam in imaginibus IV H 81. 105. 186 cultores id magis spectare videntur, ut a sole sese defendant. De velis cf. E. Pfuhl *Arch. Jahrb.* XX (1905) 123 ss. 138 ss. 152 ss.; Studniczka *Das Symposion Ptolemaios II.* 49 ss. 56 ss. 170. 172 s. Huc referri possunt *velamina* templi Lampsacenorum a Val. Flacco 2, 626 commemorata, nam etiam ante templa quae agebant sacra velo tecta esse multae imagines testimonio sunt velut zophorus flavus domus Livianae (M. Rostowzew *Röm. Mitt.* XXVI (1911) tab. I = II); iam Ioannes Baptista Pius templum illud habuisse sacellum coniecit *velis a reliqua parte templi distinctum.* Potest tamen etiam cum Nic. Heinsio et P. Langenio apud Verg. Aen. IV 459 templum comparari *vellеribus niveis et festa fronde revinctum; templa enim velamentis religiosa monstrantur* (Schol. Dan. ad v. 458), quamquam talia *in monte velso videre potuisse praeternavigantes Minyas* minus apte Valerium sumpsisse dicas (cf. P. Burmannum ad h. l.). Perverse Io. A. Wagner in commentario Gott. a. 1805 edito p. 83 velamina illa *vexilla fortasse e fastigio templi volitantia* dici putavit, perverse etiam Wernicke p. 56 interpretatus est *velamenta simulacri, quae fiebant in hoc templo Priapo dicato* (de floreis coronis, quibus per festos dies *velabatur* deus, iam idem ille Pius itemque Maserius cogitaverant).

m) Tecto temporibus antiquissimis Priapus non magis quam Pan (Kern *Religion der Griechen* I 112 s.) videtur inclusus esse. Delubrum igitur natura comparatum habet antrum in imagine picta IV H 182 (cf. etiam IV D 90. H 66. 69); haud raro tamen etiam ruri aedicula quamvis parva simulacrum eius tegitur, cf. sub 2.

n) Simulacro saepe apposita est ara (VII F 3 b), rude scilicet saxum vel saxorum congeries (IV H 70. 74. 79. 166 etc.); ipsum saxum quod deo sedem praebet arae loco est in imagine IV H 182, etiam 87. Sunt tamen non raro elegantiore arte confecta altaria, et quadriangula ad varias formas figurata et cylindrica (IV D 95. E 15. 83 etc.). Duae arae videntur esse in imagine IV H 30. Nonnumquam tamen ara deest (velut IV H 95); ergo qui sacrificaturi erant ipsi caespitem vel saxum petere cogebantur.

Ubicumque vero aras in imaginibus videmus, semper fere sertis taeniisque ornatas invenimus. Mensa commemoratur Priap. 16, cf. H. Mischkowski *Die heiligen Tische im Götterkultus der Griechen und Römer*, diss. Regim. 1917, 8. Cf. p. 248. Monopodium cum thymiaterio est in balsamario IV E 48, cf. E 36. H 61. 61a. 103. 125.

Nonnumquam faces paratae sunt (IV D 90. H 93. 181. 188) sive ad sacrificia, ut ignis in ara accendatur (cf. III B 3 aγ. IV E 47. 83. H 103. 117. 182), sive ad nocturna sacra, ut non modo tenebrae collustrentur, sed etiam purificando mala omnia depellantur (cf. M. Vassits *Die Fackel in Kultus und Kunst der Griechen*, diss. Mon. 1900). Ceterum faces etiam donorum loco esse possunt (cf. S. Eitrem *Opferritus und Voropfer* 138 ss.).

2. In delubris Priapus praecipue ab oppidanis colitur, cf. Diodor. IV 6, 4: *τὰς δὲ τιμὰς οὐ μόνον κατὰ πόλιν ἀπονέμουσιν αὐτῷ ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ἀγροικίας* etc.; Iustin. gnost. ap. Hippolyt. ref. omn. haer. V 26, 33 p. 132, 5 W.: *εἰς πάντα ναὸν ἵσταται*, cf. VIII L.

Commemorantur autem:

a) *Domus*, quae Priapo Lampsaci fuit (Catull. fr. 1 M.). Eadem in nummo Iulii Philippi efficta est (IV A 2 f α). Argonautae apud Val. Flacc. 2, 625 s. *illius aras urbe super celsique vident velamina templi.* Templum Valerius non ipsum nominat, sed quae extra maxime conspiciuntur (de velaminibus cf. VII B 1 l p. 250); fuit, si quid in eius verbis momenti est, in arce Lampsacenorum (cf. Burmann ad h. l.), scilicet in uno ex collibus leniter illic ab litore acclivibus (*das niedrige, wellenförmige, wildbewachsene Hügelland, dessen Fuß von Lapsaki bis zum Cap Karabigha unmittelbar vom Meere bespült wird:* Kiepert ap. A. Janke *Auf Alexanders des Großen Pfaden*, Berol. 1904, 129 s.; A. Philippson *Petermanns Mitt. Ergänzungsheft* 167, 1910, 24; Leaf, Strabo on the Troad p. 93). Cf. p. 33.

b) *Templum*, quod Hypaepis fuit: Petron. 133, 3 v. 4.

c) *Ἱερὸν τιμώμενον* dei Orneatae[1], qui cum olim sui nominis

[1] Duobus oppidis sive vicis in Peloponneso sitis nomen *Ὀρνεάς* fuisse Strabo VIII 6, 17 p. 376 diserte dicit, quem locum G. Kramer nequiquam interpolatori suo tribuit. A. Kalkmann enim *Pausanias der Perieget*, Berol. 1886, 158 s. bene intellexit controversiam inter antiquos grammaticos fuisse, ubinam oppidum *Ὀρνειαί*, quod in navium catalogo v. 571 commemoratur, situm fuisset. Atque Strabo quidem Apollodorum secutus loco quem supra attuli non id oppidum,

fuisset, postea Priapus nominatus est (VIII D): Strab. VIII p. 382, cf. XIII p. 587 (test. 1 p. 35).

4) Apud Petron. 133 ss. *delubrum* (133, 3 v. 17 et 133, 4) vel *templum* (136, 7), quod Crotone fuit, cum *vestibulo* (133, 4) et *cella sacerdotis* (134, 3 et 7: *cellula:* 136, 9), miserrima scilicet *casa* (136, 4 et 8), quam descripsit Petronius 134 ss., Hecalam Callimacheam in iocos vertens (cf. 135, 8 v. 15 ss.) neque Philemonis Baucidisque Ovidianorum immemor (cf. A. Ernout edit. p. 166 n. 1 et p. 167 n. 1: I. M. Garrido, Class. Rev. XLIV (1930) 10 s.), quem non tam hoc ipsum templum quasi ad historiae fidem repraesentare quam in universum talium templorum miserias memoriae prodere voluisse consentaneum est. Cf. p. 32.

---

quod in Argolide erat, ab Homero spectari contendit, sed vicum eodem nomine appellatum, quem inter Corinthum et Sicyona situm esse significat; Pausanias autem II 25, 5 Homerum oppidum Argivum dicere inde conclusit, quod ante Phliunta et Sicyona commemorasset, ratione sane non magis certa quam qua E. Puillon Boblaye, Expédition scientifique de Morée, Par. 1836, 46, contendit Strabonem alteras Orneas sibi finxisse, quia in navium catalogo Orneas post Corinthum et ante Sicyona positas invenisset. Nos ut in quaestione Homerica Strabonem vix sequemur, ita alterum illud oppidum minus celebre revera apud Corinthum fuisse ei fidem non abrogabimus testanti, praesertim cum Stephanum Byzantium, cuius articulum A. Meineke ex Eustathii (quem pleniore exemplo epitomae Ethnicorum usum esse constat, cf. L. Cohn *PW* s. v. Eustathios 18 col. 1484; Guil. Knauß, De Stephani Byzantii Ethnicorum exemplo Eustathiano, diss. Bonn. 1910, imprimis p. 108 s.) adnotatione ad B 571 p. 291, 6 ss. restituit, apud alterum quoque auctorem, quem praeter Strabonem consuluit, de Orneis Corinthiis legisse Meineke inde concluserit, quod eas non *κώμην* Strabonis exemplo, sed *πόλιν* dixit (cf. etiam H. Oppermann *Zeus Panamaros*, Giss. 1924, *RGVV* XIX 3 p. 10 s.). Sane Strabo duo illa oppida, quamquam omnino recte discernit, tamen VIII 6, 24 p. 382 foedissime confundit, cum Orneas Corinthias in Argivorum imperium cessisse narrat, id quod de altero oppido Pausanias aliique recte tradiderunt: itaque cum haud facile definiamus, quoad hanc confusionem, cuius culpam penes Apollodorum esse vix credi potest, processisse putemus, Priapus ubi cultus sit in dubium quispiam vocet. Sed cum Pausanias inter sacra oppidi Argivi Priapi delubrum non commemoret, ipse autem Strabo iterum XIII 1, 12 p. 587 in Corinthio oppido eum cultum esse confirmat, equidem acquiescendum esse credo; Euphronius nimirum, cum Priapum *Ὀρνεάτην* appellaret, ita hellenisticorum poetarum mori satisfecit, si non Argivas Orneas, sed alterum oppidum ignobile a legentibus intellegi voluit. Ceterum si hoc quoque oppidum sua aut certe Apollodori aetate *desertum* fuisse Strabo recte significavit, tamen cultum Priapi ibi permansisse veridissimile non est; ipsis verbis Strabonis hoc commendatur (*νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον δ' οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον*), cum molestum fiat asyndeton, si participium *ἔχουσαι* ad id quod est *πρότερον* relatum de tempore praeterito accipias.

e) Ab eodem Petronio *sacellum* (17, 8), in quo Quartilla sacerdos mysteria Priapi agebat, quae mysteria Encolpius et Ascyltus turbaverant ante *cryptam*, i. e. ante adytum huius sacelli subterraneum (cf. Mau *PW* s. v. crypta; Thes. linguae lat. s. v. col. 1261; J. Carcopino, La basilique pythagoricienne, Par. 1926, 212). Fuit in regione non satis *urbana* ut videtur (cf. 16, 4), sed *numinibus praesentibus plena* (17, 5). Cf. VII G 2 b.

f) *Sacellum* sive *templum*, quod in agro Patavino fuit (IV E 15). In hoc sacello ara inscripto carm. Priap. 82 = CIL V 2803. CLE 861 detecta est, cf. F. Vollmer, Poetae latini minores II 2 p. 41.

g) *Sacellum*, quod in agro Bergomati fuit: CIL V 5117 (VII F 3 b). De quo Mucius: *Est in Castello* [i. e. Castelletto ad Addam] *Florentis rure sacellum, quod prope piscosas Abdua volvit aquas; hicque pudicitiae tutori inscripta Priapo extat adhuc nivei marmoris ara vetus.*

h) *Aedic(u)la*, quae Veronae in sepulcro fuit: CIL V 3634 (VI D 1).

i) Reliquiae sacelli Aptae Iuliae videntur detectae esse, cf IV E 18.

k) Chron. Salernitanum (saec. X. extr.) cap. 17 (Mon. Germ. hist. Script. III 481): (Arichis) hanc civitatem (sc. Salernum) undique munivit atque in ea mirae magnitudinis, immo et pulcritudinis palacium construxit, et ibidem in aquilonis parte ecclesiam in honorem beatorum Petri et Pauli instituit, quae ut aiunt olim asilum Priapris (sic!) fuisset, et ipse princeps idolum ingens illic invenisset ex auro fabrefactum, inde ipsam ecclesiam deaurandum.

Cf. etiam cap. 159 (p. 551). De principe illo Beneventano (758—787) cf. M. Schipa, Arch. stor. per le province Napoletane XII (1887) 83 ss.; R. Poupardin, Le Moyen âge ser. II tom. X (1906) 245 ss.; M. Schipa, Il mezzogiorno d'Italia anteriormente alla monarchia, Bari 1923, 37 ss. De ecclesia illa cf. etiam G. Paesano, Memorie per servire alla storia della chiesa Salernitana I (Neap. 1846) 32 s.

Idolum, quod Arichis in antiquo illo sacello invenit, utrum dei an membri virilis formam praebuerit, non satis certum est (cf. II C 4, etiam infra p. 254; E. Mogk *Reallexikon der germanischen Altertumskunde* ed. J. Hoops s. v. Phallusdienst p. 415); ergo Priapum ibi cultum esse fortasse non recte aiebant. Cf. p. 34.

Ceterum non procul ab hac urbe Marcinae in ora maritima anno 1607 ingens signum Priapi(?) marmoreum inventum esse dicitur, quod anno 1727 destructum est, de quo vide Orazio Casaburi, Raccolta di notizie storico-topografiche sull' antica città di Marcina, Neap. 1829, 22 ss.

l) *Templa* praeterea commemorantur: Priap. 2; Augustin. cons. evang. I 25 p. 37, 15 W. (VI A 2).

m) *Sacella* commemorantur: Priap. 1. 14. 86, 8 (haec duo fortasse subdialia).

n) *Tectoria* sacelli: Priap. 49. *Πριήπεια πρόθυρα*: Myrin. Anth. Pal. VI 254, 8.

In hortis Maecenatianis templum fuisse Scioppius, J. H. Meibom (Maecenas, Lugd. Bat. 1653, 174) aliique (cf. Wernicke 104 ss.; Maggi ad Priap. 2, 10) sine causa ex Hor. sat. I 8 concluserunt (cf. VII F 3 q). De hortis Maecenatianis cf. G. Lugli, Dizionario epigrafico ed. De Ruggiero s. v. horti 998 ss.

Non satis certum est, quod Maggi Priap. 21 in templo poma a fure posita esse putat; falsissimum vero, quod hoc templum idem fuisse atque vetustissimum illud Mutini Titini sacellum (Fest. p. 154 M. 142 L.) arbitratur (*Mus. Rhen.* LXXVI (1927) 431 n. 2).

Incertissimum iudicium est de templo, quod Petrus Ligorius his verbis commemoravit (Th. Ashby, Journ. rom. stud. IX (1919) 173 s.): *A Priapo fu ancho edificato un tempio fuor della porta, che hoggi detta di Sta Gnesa per la Via Numentana à man dritta poco lontan di detta porta, ove sono stati truouati di molti uoti cio è membri Genitali di terracotta et di Bronzo, piccolini.* Hominis illius haud satis fidi testimonium quodam modo confirmatur eis, quae Cassiano dal Pozzo notavit: *idolo di Priapo assai singolare che è di casa fu trovato vicino a S. Agnese fuor di Porta Pia.* At hanc imaginem revera Priapi fuisse probabile non est (cf. etiam supra sub k), Ligorius vero phallos in illo delubro repertos vix recte ad Priapum rettulit (Ashby; cf. VII F 3 e).

Pompeis Priapus *σύνναος* fuit Veneris, cf. VIII P 1.

o) Aediculae rusticae in his imaginibus sunt: IV H 59 a (?). 61 et 61 a (artificiosiores). 62. 93. 118. 120. 122. 127. 143. 144. 155. 156. 158. 174. Cf. III B 3 c. IV D 78.

p) Aras, in quibus sacrificia fiebant, praecipue ante templa fuisse consentaneum est, cf. Val. Flacc. 2, 625; Crotone in cella sacerdotis *altare* est, cf. Petron. 135, 3.

Simulacra in maioribus delubris intus fuerunt, ita tamen ut in conspectu essent eorum, qui rem divinam faciebant, id quod de templo Lampsacenorum nummus Iulii Philippi testatur; ceterum artifex huius nummi imaginem Priapi ex obliquo eo consilio fecisse mihi videtur, ut phallum facilius ostenderet (V C 3): revera simulacrum a fronte conspiciebatur item atque in templo Veneris Pompeianae (IV E 33) vel in delubro Crotoniensi, in cuius limine genu posito Encolpius numen — i. e. adversam eius imaginem — adorat. In eis vero aediculis minutis, quae ruri ponebantur, etiamsi simulacrum exiguum capere poterant, deus intus esse non solebat, ut ab hominibus facilius conspiceretur et ipse rura oculis perlustrare posset: in imaginibus quidem in ipso limine stantem videmus (cf. imprimis IV H 93), ubi vero in gemmis aedicula simulacro carere videtur, artificem id propter spatii exiguitatem omisisse credendum est (cf. p. 133). Alia sane res est, ubi Priapum custodiae causa ante fana deorum aliorum seu subdialia seu tecta stare videmus, cf. VI B 3g.

q) Apud Verg. Priap. 86, 7s. quod Priapus pleno ore praedicat, quanta diligentia dominus tuguri curet, *ut herbae asper aut rubus a* suo *sint remota sacello* (cf. sub m), id indicio est alibi Priapum hac diligentia saepe caruisse. De miseriis delubri Crotoniensis supra p. 252 dixi.

3. In domibus privatis Priapum cultum esse consentaneum est, velut Veneris, Priapi, Amoris figuras aeneas consociatas, quae Durocortori inventae sunt (IV F 5), in larario fuisse editor suspicatur, cuius lararii simulacra III. IV. saec. barbaris invadentibus defossa esse putat. Cf. praeterea IV D 12. 93. E 10. 34. 73a.

4. In lupanaribus aliisve locis Veneri destinatis Priapus numen est *praesentissimum*.

a) Hist. Apoll. reg. Tyr. 33 p. 67, 9ss. R., cf. I B p. 40. V A 2a p. 166.

b) Copa 23ss.:

est tuguri custos, armatus falce saligna,
sed non et vasto est inguine terribilis.
huic calybita veni. lassus iam sudat asellus,
parce illi: Vestae delicium est asinus.

Inter *huic* et *huc* variant codices; recte Leo lectionem difficiliorem explicavit: *Priapo. tuguri custodi, invitanti non terrenti, ut καλυβίτης veni* (Wilamowitz *Hell. Dichtung* II 312 n. 1: *huc calybita veni .komm herein als Lauben-*

[illegible] exhibita vel sim. codd., coniecturis non tentanda vox Graeca. *vestrae* [illegible] Is. Vossius. Cf. VI B 3c.

Priapus tuguri custos est, i. e. *καλύβης* (Laube) in horto sitae (Wilamowitz l. c. 314), quem versibus prioribus Propertium imitatus Buecheler *Mus. Rhen.* XLV (1890) 323. *Kleine Schriften* III 186) poeta descripsit. In quam calybam *ad Priapum* (vel ut asperius dicam, ad Priapi opus) ut veniat, viator invitatur. Ceterum poetam magis tabernam nobilem quam cauponam *famosam* describere Wilamowitz 311 ss. exposuit. Cf. etiam IV H 102.

c) IV E 35.

5. De sepulcris cf. VI D.

C. In quibus regionibus Priapus cultus sit.

Ea loca, quibus Priapum sive a multis sive a paucioribus cultum esse aut certum aut verisimile est, enumerare non supersedi, quamquam periculum est, ne rariorem eius cultum fuisse primo obtutu legentibus in mentem veniat quam revera eum fuisse concedere aequum est (cf. p. 26. 30). Valde id quoque dolendum est saepissime non constare, ubi monumenta praesertim quae iam pridem in museis exstant olim inventa sint; ceterum haud pauca ex regionibus non ita longinquis eo translata esse probabile est, ubi nunc asservantur, quae hoc loco fere non commemoravi. Eas quoque me neglexisse imagines consentaneum est, in quibus Priapum levioris momenti esse apparet.

I. Asia: II C 3a (cf. p. 1ss.). IV D 43(??). E 76. 81. H 69.

Abarnus: I D 4. III B 1.

Assus: IV E 58.

Bithynia: I E. Heraclea ad Pontum: IV H 103.

Bosporus: Arch. Anth. Pal. X 7, 2 (VI B 5 p. 219).

Cyzicus: IV E 42. Cf. A. Döhring *Fleckeisens Jahrb.* XLII (1896) 109. Erycius Cyzicenus Priapeum fecit Anth. Plan. 242.

Ephesus: IV E 2.

Halicarnassus: IV B 2.

Hellespontus: passim.

Hypaepa: Petron. 133, 3 v. 4 (VII B 2b). Cf. S. Reinach, Rev. arch. 1885 II 97 ss.

Ida mons(?): IV D 90.

Lampsacus: I B et passim (cf. indicem).

Laodicea: IV E 60.

Lydia: Petron. 133, 3 v. 3s.

Myrina: IV E 60. 75.
Nicaea: II C 3 bδ.
Parium: I D 2, cf. VI B 5 bδ p. 218 s.
Percote: I D 3.
Pergamum: IV B. E 20. 42. Cf. p. 19. 25.
Priapus: I D 1. II C 1 et passim. Insulae Priapus et Priaponesus: II C 2.
Tralles: II D 5 b. IV D 3.
Troia: IV H 57.
2. Graecia (cum insulis).
Aegium: IV E 41.
Athenae: II C 3 bα. IV E 51. VIII C; cf. p. 1. 9 ss. 13 s. Cf. Piraeus.
Creta: III B 3 b. IV D 29. Cf. VI C 3 d.
Cyprus: IV H 48.
Delus: IV E 40.
Gortyna: II D 11.
Helicon: Paus. IX 31, 2 (VIII D).
Lesbus: Petron. 133, 3 v. 3. De nummis cf. p. 134 n. 1.
Megara: IV E 9.
Meli inventum hermam Priapi(?) figlinum commemorat J. de Witte, Description de la collection d'antiquités de M. le vicomte Beugnot, Paris. 1840, 92 nr. 204.
Orneae: VII B 2 c. VIII D.
Parnes: IV H 58.
Peloponnesus: IV D 15 a.
Piraeus: IV I 7. Cf. III A 3 a p. 64.
Priapus et Priaponesus insulae: II C 2.
Samus: Cf. V D 4.
Thasus: Petron. 133, 3 v. 3.
Thebae: IV D 91.
Thera: VI E 2 a. Cf. p. 1. 14. VI C 3 i.
Thyrium: VI C 3 d.
3. Aegyptus: IV C. D 75. H 102. I 4.
Alexandria: IV E 52 et passim.
Athribis: IV H 40.
4. Italia: IV D 74. E 79. Cf. p. 25 ss.
Amiternum: IV E 47.
Aquileia: III B 3 a. IV D 80. 82. E 16. Cf. p. 26 s. n. 4 (etiam Brusin 39).

Imagines Priapi Aquileienses praeterea commemorat H. Mamroth *Führer* 81. *Xenia Austriaca*, Vindob. 1893, I 286 nr. 28. *Mitt. d. k. k. Central-Kommission* XX (1894) 43 nr. 6, 4.

Arretium: IV B 3. E 21, cf. p. 19. 26.

Barium: IV H 22a.

Bergomum: VII B 2g. F 3b.

Cales: IV H 99—101, cf. p. 25s.

Campania: VII B 2e. D 1. G 2b. Cf. p. 25s.

Capena: CIL XI 3862 = Priap. 14 (VII F 3q).

Castrum Novum Etruscum: IV D 1.

Catina: IV D 16. V D 4.

Croton: VII B 2d, cf. p.

Cumae: Figura figlina, cuius pars superior periit: A. Levi, Le terrecotte figurate del museo naz. di Napoli, Flor. 1926, nr. 503 (dextra manu uvam tenuit, quam gallus petebat).

Etruria: IV E 48. H 54. Cf. p. 25s.

Florentiae apud Senatorem Antonium Delrossium *Priapi simulacrum antiquum perelegans vestitum* visebatur A. F. Gorio teste, Inscriptiones Etruriae I Flor. 1727, 95, cf. L. Mariani, Bull. d. comm. arch. com. di Roma XXX (1902) 20 n. 2.

Herculaneum: IV D 18. E 39. 44. 72. Adde complures picturas.

Mantua (?): VI B 3f.

Marcina: VII B 2k.

Ostia: IV D 93.

Patavium: IV E 15 (VII B 2e. F 3a). Cf. IV F 2.

Pompei: CLE 1785. III B 3 p. 73 n. 1. IV D 67. E 10. 13. 14. 33—36 (cf. 32). 59. G 7. H 1. 47. 84. 96. 97. K 1. Adde picturas plurimas. Una cum Venere et Amore ibi cultus est (VIII P 1). Cf. p. 6, 2. 22. 26. 30.

Praeneste: IV H 92.

Roma: passim, cf. imprimis CLE 193. 862. II C 3bγ. IV D 17. E 51a. 83. G 10. H 74. 75. 83. 88. 89. 184. 186. 200. 201. VI B 4a (?). b. D 2. 7. VII B 2n. F 3c. Horti Maecenatiani: VII B 2 p. 254. F 3q (cf. IV H 69a). *Priapus* ad tertium lapidem viae Latinae inventus: Benndorf-Schöne 243 nr. 30. Prudent. contra Symm. I 103 Priapum in arce Romanorum praefulgere dicit (cf. Dressel ad h. l.).

Salernum: VII B 2k.

Tarentum: IV E 77. H 56. Cf. p. 26 n. 1.

Tarquinii: III B 3d (IV F 6). IV E 84.

Telesia: VII F 3c.

Tibur: CLE 1504. Tiburi nuper simulacrum Priapi inventum est (*Arch. Anz.* XLIV 1929 col. 119).

Ticinum: IV H 42.

Verona: VI D 1 = VII B 2h. Cf. J. C. Murley, The cults of Cisalpine Gaul as seen in the inscriptions, diss. Chicago 1922, 49.

Volsinii: IV H 10. 152.

5. Gallia (IV H 15. 85) et Germania.

Agri Decumates: IV D 68. E 70.

Apta Iulia: IV E 18 (VII B 2i. F 3b).

Aquae Helvetiae: IV D 23.

Aquae Sextiae: IV G 1.

Arausio: IV H 86.

Arelate: IV D 9. 10. 69.

Augusta Treverorum: IV D 14, cf. 36a.

Augustodunum: IV H 53.

Augustonemetum: IV H 55.

Avennio: IV D 7. 31. E 1. Ibidem fragmentum est (phallo femoribusque servatis): Reinach, Rev. arch. 1929 I (= Rép. stat. VI) 16, 6.

Aventicum: IV H 93.

Bonna: IV D 24 cf. 27.

In Burgundionum regno (Bourgogne) hermam Priapi collectionis Warocqué inventum esse F. Cumont in libro p. 115 n. 1 laudato p. 79 (151) n. 1 adnotat.

Castra Vetera: IV E 86. H 111. 116. 146—148.

Colonia Agrippinensis: IV D 73. 78. E 22.

Compendium: IV D 30. 92. H 6. 43.

Decumates cf. Agri.

Durocortorum: IV F 5 (cf. p. 255).

Elusa: IV E 73a. Asservatur Elimberri in Auscis (Auch). Cf. A.-L. Millin, Voyage dans les départements du midi de la France IV Par. 1811, 470 not.; Chaudruc de Crazannes, Bull. monumental XV (1849) 177s. nr. 14.

Glanum: Ad viam Aurelianam figura iconica Priapi inventa est: E. Rouard apud Clarac IV p. 290 (cf. IV G 1); I. Gilles, Le pays d'Arles II Par.-Massil. 1898, 370. 375, qui haec narrat: *Mais le monument le plus remarquable de cette voie est une statue antique nommée la Mourgue, qu'on voit au mas de Cloud, appartenant à la famille Blain. Cette Mourgue, qui a donné son nom à*

ce quartier du territoire, est, comme son homonyme de Laurade, une statue de Priape de grandeur naturelle, mais celle-ci d'une entière conservation, ce qui permet de la reconnaître. L'antiquité plaçait ces divinités, que nos croix ont remplacées, sur les voies et auprès des tombeaux, comme pour montrer que, par une succession ininterrompue, la vie remplaçait la mort. Outre cette statue, qui sert de potence à la poulie du puits, auquel elle est adossée, le propriétaire a trouvé dans le même champs, situé au Sud-Est de la ferme, une stèle antépigraphe etc. De altero illo monumento cf. Gilles p. 291: *La Macrique, en pierre bâtarde de St.-Gabriel, est enterrée jusqu'aux genoux dans l'alluvion, et comme la plupart des statues de Priape, elle relève sa tunique jusqu'au haut des cuisses pour montrer le membre qu'on a fait disparaître.*

Massilia: Petron., cf. excursum.

Narbo: IV G 11.

Nemausus: IV D 70.

Rhenana regio: IV E 28.

Vasio Vocontiorum: IV H 16. 51.

Vesontio: IV G 12.

Vetera cf. Castra.

Vindonissa: IV H 154.

6. Provinciae ad Danuvium sitae cum Dalmatia et Thracia (IV D 40, cf. 41).

Apulum: VI E 3 d α.

Augusta Vindelicorum: IV D 35 a.

Brigetio: IV E 68.

Callipolis: I D 5.

Dacia: IV D 12. 13. Cf. V B 1 p. 170 n. 2.

Marcianopolis: IV E 26.

Moesia superior (Smederevo): IV F 4.

Nesactii fragmentum ectypi inventum (inferioribus partibus servatis) A. Gnirs *Pola*, Vindob. 1915, 166, commemorat. Ibi a vetustioribus incolis dei phallici culti erant, cf. VIII B 4.

Nicopolis ad Istrum: IV E 23—25.

Odessus: IV H 73.

Poetovio: VI B 4 a(?). Cf. M. Abramić *Poetovio*, Vindob. 1925, 161 nr. 222 (hermae fragmentum).

Pola: IV D 96. E 4. Cf. Nesactium.

Sabaria: IV D 76. 79.

Salonae: VII F 3 b.

Spalatum: IV D 8.
Tergeste: IV D 81.
Thorda cf. Dacia.

7. Bosporanum regnum: IV E 61.
Chersonesus Taurica: IV H 20.
Panticapaeum: IV E 57. 80. H 121.
Phanagoria: IV E 67.
Cf. etiam N. Kondakof, J. Tolstoi, S. Reinach, Antiquités de la Russie méridionale, Par. 1891, 98 cf. 100.

8. Syria: IV H 94.
Sidon: VIII P 1 p. 310 n. 1.

9. Africa.
Cyrenaica: IV E 8.
Madaurus: IV D 77.
Philippivillae fragmentum repertum figurae habitu figurarum IV D enumeratarum: Ad. H. Al. Delamare, Exploration scientifique de l'Algérie pendant les années 1840—45, Paris. 1850 tab. 25 fig. 6—7; St. Gsell, Recherches archéologiques en Algérie, Paris. 1893, 411 n. 1.
Thuburnica: VII F 3 b.

10. Hispania.
Barcino: IV G 2.
Corduba: Cf. p. 105.

D. De cultoribus Priapi.

1. Sacerdotes ab Augustino civ. dei VI 7 commemorantur; a Petronio inducuntur Quartilla, mulier procacissima (in Campania 16, 3—26, 6), et Oenothea, anus non minus sordida quam ridicula (Crotone 134, 6—138, 4).

2. Viri atque mulieres aeque Priapum colebant, quamquam mysteria fuerunt, quae a feminis solis celebrarentur (VII G 2 b, cf. 3). Castitatem talis deus a colentibus non poscebat (Priap. 14 = CIL XI 3862, cf. Fehrle *Kultische Keuschheit* 25 ss.). Fuerunt etiam societates eius cultui deditae (*Πριαπισταί* II D 11, cf. VI C 3 i; *Συνναῦται* VI B 5 bδ). In divitum hortis (velut Maecenatis: Horat. sat. I 8) simulacra eius aeque stabant atque in pauperum agellis, ac ne illic quidem contra morem pretiosiora vel artificiosiora esse solebant (falso L. Müller aliique de Priapo Maecenatiano iudicaverunt, cf. VII A 5 e); sed cum copia donorum singula simulacra sive singuli q. d. Priapi valde inter sese

differrent, pauperes erant et divites Priapi (VII A 5c. F 2a), praesertim cum deus nonnumquam ita de ruribus loqueretur, quasi ipsius non minus essent quam domini (Priap. 5, 3. 31, 1. 51, 2 et 23. 85, 12, cf. 65, 4; Catull. fr. 2 M. fortasse ambigue dictum, cf. VI B 3c p. 209: certe, quod *de meo* Priapus dicit, ad liba ei oblata referre non cogimur, ut collato Priap. 70 voluit C. Pascal, Rendiconti d. r. Ist. Lomb. ser. II vol. 54, 1921, p. 445s. Cf. VII A 5e. E 4). Apud poetas, ut simplicitas eius aut adeo miseriae (cf. VII A 1) magis fiant perspicuae, praecipue *custos pauperis horti* est (Fur. Bibac. fr. 1 M.; Verg. buc. 7, 34; at divitis horti CLE 269, cf. VI B 4a) vel *rari nemoris* (Mart. VIII 40); sicut *pauper inquilinus* (*qui habitabat in conducto* Buecheler) Priap. 70, ita multi alii cultores pauca ei et parva sacrificant (VII F 2a). Et vera religione procul dubio et hellenistica aetate et imperatoria pauperes simplicesve facilius eum venerati sunt, ut minorum vere esset deus. Cf. p. 30.

3. Etiam a numinibus minoribus Priapum coli sibi finxerunt.

a) Ab Amore (IV H 83. 126—128. 131. 134. 145. 146, cf. 159. 182) sive Amoribus (IV D 95. H 30. 59. 59a. 95. 141, cf. E 36; inter thiasum Bacchicum: IV H 134), etiam a Psycha (IV H 135). De ratione huius cultus cf. VIII P 1.

b) A numinibus Bacchicis, imprimis a Satyris atque Bacchis[1] sive alteris utris (IV D 99. E 83. H 29. 59. 59a. 70. 79—81. 85. 93. 96. 100. 113. 118. 123. 124. 131. 136. 140. 147. 153. 154. 161. 162. 182. VII F 3d), etiam a Sileno (IV H 84. 124. 132) et Pane (IV H 22a. 82. 95. 133. 140). Cf. Jessen 2978. Caerimoniae, quae ab hominibus fiunt, ad deos transferri solent; sed cum inter sacra Bacchica homines talium deorum partes egerint (Plat. leg. p. 815C etc.), aegre diiudices, utrum divi an mortales in imaginibus agnoscendi esse videantur. Facile fieri poterat, ut thiasotis divina specie indutis homines intermiscerentur (IV H 103, cf. 129. 130. 132. 133). Singulari loco imagines sunt ad historiam pueritiae Priapi relatae, in quibus Silenum tutorem eius primum sacrificium novo deo instituere videmus, quasi ut homines inde exemplum sibi sumant (III B 3). Cf. VIII G.

c) A nymphis: CLE 1504, 13ss. Cf. VIII P 2.

d) Priapus Pantheus etiam a dis maioribus colitur: CLE 1504, 39ss. Cf. VI E 3a.

[1] Satyri et Bacchae sacrificium etiam in pictura Pompeiana Helbig nr. 573 fuisse dicitur.

4. Denique ipsum Priapum hominum exemplo (sive potius ut hominibus exemplum det) libantem videmus in nummis Lampsacenis IV A 2 aliisque imaginibus (V G 6). De hoc argumento cf. A. Furtwängler *Ath. Mitt.* VI (1881) 116ss. *Bonn. Jahrb.* XC (1891) 50ss. (*Kleine Schriften* II 92ss. 336ss.); Joh. de Fritze, De libatione veterum Graecorum, diss. Berol. 1893, 52ss.

E. De adoratione precationibusque.

1. Augustin. civ. dei VI 7; Theodoret. Graec. aff. cur. III 84 etc. Hist. Apollon. reg. Tyr. 33: Addicitur virgo lenoni, a quo introducitur in salutatorio, ubi habebat Priapum aureum gemmis et auro reconditum, et ait ad eam: ‚adora numen praesentissimum meum'. Cf. VI C 3f.

Cf. CLE 1504, 13—23.

Adorantes sive precantes vides in his imaginibus: IV H 22a. 30. 32. 93. 103. 116. 180. 187 (?). Cf. Priap. 12, 6.

Irridetur Priapi adoratio ad animalia translata IV K 1.

Post precationem sedere solebant (cf. VI E 2a p. 234), sed etiam inter ipsam precationem (Theocrit. epigr. 4, 13). Meditatur mulier ante hermam Priapi IV E 90, cf. III B 3 p. 73 n. 1. IV H 150.

2. Ut autem aliorum deorum faciem sive manum sive pedes osculabantur (Cic. Verr. II 4, 94; Apul. met. 11, 17; Prudent. apoth. 456 etc., cf. Sittl *Gebärden* 180s.; G. Appel, De Romanorum precationibus, Giss. 1909, RGVV VII 2, 198s.; W. Kroll *PW* vol. suppl. V s. v. Kuß col. 518), ita Priapi phallum (Priap. 25, cf. Maggi; 43, 2; CLE 1504, 19). Quod vero Scaliger ad Priap. 26, 3 adnotavit: *aut est flagitiosa inequitatio mulierum, ut Mutuni Titini apud Festum et Arnobium, aut est id, quod alibi dicit: oscula dat medio si qua puella mihi,* prius verum esse duco (cf. p. 226). Etiam manu phallum permulcebant atque totum deum amplectebantur (IV H 148). De coronationibus cf. VII F 2 cα.

3. Precationem omnibus numeris absolutam habes apud Petron. 133, 3; alias Priap. 12 (cf. 57). 37, 8ss. 82. Hymnus sacer Tiburi inventus CIL XIV 3565 = CLE 1504. Cum omnino in poesi Priapea saepe ridiculi aliquid insit, tum maxime Petronium risum movere voluisse apparet (cf. O. Schissel v. Fleschenberg *Wien. Stud.* XXXIII (1911) 266; S. Hammer, Charisteria Morawski, Crac. 1922, 89 n. 2), cf. excursum.

Apud Theocrit. epigr. 4 pastor non ipse quae impetrare vult deum precatur, sed ut est inter spem metumque suspensus alterum

mittit, ut suam vicem gerat [1]: cf. Tibull. I 4 (F. Wilhelm *Satura Vindrina* 1896, 53).

Apud Petron. 137, 10 precatio est inter actiones magicas.

4. Cum alii dei capite annuere soleant, Priapum mentulam pro nutu movere ioco narrat Priap. 37, 13 s.

Sed mutua debent esse officia inter deum et homines (Verg. Priap. 86, 17—21). Weinreich *Genethliakon W. Schmid*, Stuttg. 1929, 188, divitem illum Priapum ideo neglegentem esse putat, quia a domino ipse neglegatur; sed cum ille Priapus quasi dominus ipse dives sit (cf. VII D 2), singula non tam diligenter servat quam pauper, qui non tantum pecus, sed etiam poma numerare solet. Aurea illa regula, quae est *do ut des*, etiam Priap. 85 inter v. 5 et 6 subauditur (cf. Galletier). Cf. praeterea Priap. 82; Philipp. Anth. Plan. 240; Argent. ibd. 241; Agath. Schol. Anth. Pal. X 14; Theact. Schol. ibd. 16. Fortasse in titulo Halicarnassensi (IV B 2) v. 5 καί simile aliquid significat: nempe *cum dei cognati me ponendum curaverint, gratiam eis refero eam, ut viatoribus iter indicem, quo ad illorum aras sacrificaturi perveniant.*

Rursus si deus non iuvit, homo nihil debet (Priap. 83, 14 ss.; Mart. VI 73, 6. Cf. Th. Zielinski, La Sibylle, Par. 1924, 14).

5. Somnio Priapus docet (Petron. 104, 1; CLE 1504; cf. Weinreich *Antike Heilungswunder*, RGVV VIII 1, Giss. 1909, 7 n. 1) et imperat (Petron. 17, 7, cf. 18, 3; Weinreich l. c. 135).

F. De sacrificiis donisque. Cf. p. 23. 30 s.

1. De hostiis.

a) In regione Hellespontiaca asinus Priapo sacrificabatur (cf. p. 4. 7. 12 s. 15).

Ovid. fast. 1, 391:

Caeditur et rigido custodi ruris asellus.

Idem 1, 439 s.: haec est
Hellespontiaco victima grata deo.

Idem 6, 345:

Lampsacos hoc animal solita est mactare Priapo.

[1] Hac ratione elegantissime Theocritus id assecutus est, ut voti sponsioni, qua primarium continetur huius carminis argumentum (VI C 3 a p. 222), quodammodo eorum epigrammatum argumentum interveniret, quibus iter indicabatur (VI B 4 c) p. 214), simulque occasio esset simulacrum sacellumque Priapi venuste describendi.

Lactant. div. inst. I 21, 25ss.: Aput Lampsacum Priapo litabilis victima est asellus, cuius sacrificii ratio in fastis haec redditur etc. 29s.: finxerint haec sane poetae. sed necesse est maioris alicuius turpitudinis tegendae gratia ficta sint. quae sit ergo quaeramus. at ea profecto manifesta est. nam sicut Lunae taurus mactatur, quia similia habet cornua, et

placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
ne detur celeri victima tarda deo (Ovid. fast. 1, 385s.),

ita in hoc quia magnitudo membri virilis enormis est, non potuit ei monstro aptior victima reperiri quam quae posset ipsum cui mactatur imitari.

Myth. Vat. III 6, 26: Plutoni nigrae pecudes immolantur, quia victimae numinibus aut per similitudinem aut per contrarium decernuntur. Per similitudinem, ut nigrum ipsi pecus; per contrarietatem, ut porca, quae frugibus obest, Cereri, . . . ut Priapo asinus, quod turpitudinem eius cum nympha quadam coeuntis ruditu indicavit.

De fabulis, quibus explicaverunt, cur Lampsaceni Priapo asinum mactarent, cf. IIIC.

De asino in universum cf. Olck *PW* s. v.; O. Keller *Die antike Tierwelt* I (Lips. 1909) 259ss.

Asinus ab incolis terrarum ad orientem vergentium propter vires ferociamque et ingentem vocis sonum magni aestimabatur atque his adeo ad deos pertinere vel ipse deus esse videbatur (A. B. Cook, Journ. hell. stud. XIV (1894) 81ss.; S. Reinach, Rev. arch. XIX 1, 1912 p. 400ss. = Cultes, mythes et religions IV (1912) 39ss., cf. I (1905) 342ss. II (1906) 254 n. 2; W. Deonna, Rev. étud. gr. XXXI (1918) 144).[1] Lampsacenos quoque vocem huius animalis (sicut omnem eius faciem formidolosam) contra mala valere olim credidisse ex fabula concludere licet de Lotide (sive Vesta) ficta (III C 1), quamquam haec res a poetis in ridiculum versa est (cf. Reinach l. c. p. 401 (40); O. Weinreich *SB Heidelb.* 1930/31, 7 p. 13s.). Dubium vero non est, quin ob eam potissimum rem vires asini ad Priapum pertinere illi crediderint, quia ad generandum procacissimus validissimusque ducebatur, id quod Lactantius infesto animo, sed recto iudicio intellexit, ceteri,

[1] De Iudaeorum quod ferebatur asinorum sacrificio cf. E. Bickermann *Monatsschrift f. Gesch. und Wiss. des Judentums* LXXI (1927) 255ss.; A. Jacoby *Arch. f. Religionswiss.* XXV (1927) 265ss.; A. Boulanger, Rev. étud. anc. XXX (1928) 89s.

neglegis fabularum auctores, minus perspexerunt, quippe qui *per contrarium* hoc sacrificium *quasi in ultionem* fieri ratione illa nitidissima (cf. Priap. 65) putaverint. Recte Th. Bergk *Opuscula* I 604 *Asinus, lascivum animal, lascivo deo sacrificatur, quae revera est ritus singularis origo: sed secundum fictam fabulam mactatur asinus, quondam prodidit aliquando deum.* Item Preller-Robert I 714; Gruppe p. 1311 n. 3; Jessen col. 2969 s. aliique. Consentaneum sane est potentissimo eius exemplo non modo animalium, sed etiam ipsius terrae fecunditatem excitari antiquos credidisse, cui rei testimonio exempli causa afferri potest prisca asini imago a Naupliensibus vinearum potissimum gratia saxo incisa (Paus. II 38, 3, cf. O. Schröder *Arch. f. Religionswiss.* VIII (1905) 78; L. Radermacher *Wien. Stud.* XXXVI (1914) 320 ss.; G. P. Oikonomos *Ath. Mitt.* LI (1926) 83 s.; F. Schwenn *Gebet und Opfer* 111 s.) itemque imagines a Mendaeis vinearum cultu divitibus nummis impressae (K. Regling *Zeitschr. f. Num.* XXXIV (1924) 11 ss.): Mysos nimirum non minus vincas coluisse quam mulos educavisse satis constat (Schröder l. c. 82 n. 5). Priscis igitur temporibus numen in asino inesse animum induxerunt; tempore procedente cum deos humana forma induere coepissent, huic animali cum novis deis fecunditatis potentibus, inter eos Priapo, necessitudinem quandam intercedere putaverunt. Reinach igitur, cuius rei etiam Malten me monuit, l. c. 401 (40) cum diceret: *Priape n'est, à l'origine, qu'un âne anthropomorphisé*, ex aliqua saltem parte verum vidit: ipse enim Priapus stipes ligneus est ad hominis similitudinem paulatim informatus (cf. p. 4 s.), sed confusus cum eo videtur esse priscus deus asininus fecunditatis procreator. Ex ea igitur aetate ut Baccho animal illud a numine ipso quasi relictum sacrum habebant atque in mysteriis eius pompisque ei locum dabant (Cornut. 30 p. 61, 1 L.; Iustin. apol. I 54, 6 etc., cf. etiam III C 2 p. 84), ita Priapo mactabant.[1] At enimvero Graeci itemque Romani cum asinos suis deis offerre non solerent (Porphyr. abst. 1, 14. 2, 25, cf. P. Stengel *Kultusaltertümer*[3] 122; Olck l. c. 654; Th. Wächter *Reinheitsvorschriften*

[1] In imagine IV H 179 asinus magis ad Bacchum quam ad Priapum pertinet, nam ut ipse ille deus ita asseclae eius asino vehi solent. Matrona ad sacrificium in locum Priapi sacrum asino vecta est IV H 103. Priap. 52 tamen asinus salax (cf. A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 404) Priaporum quasi sacrum est (cf. VII A 5 d); praeterea cf. IV H 73. Mulier lyra canens inter saltatores fanaticos mulo insidet IV H 185.

im griechischen Kult, *RGVV* IX 1, Giss. 1910, 91), insolitam hanc hostiam dei Lampsaceni satis mirabantur[1] neque Priapi cultu recepto morem alienum recepisse videntur. Coloni Milesii sane, qui cum apud Hellespontum consedissent, cultum Priapi a veteribus incolis mutuati sunt, in terra aliena facilius adduci potuerant, ut ad illorum ritum sese accommodarent antiquissimum videlicet atque inveteratum, quem ad priscos potius regionis Hellesponticae incolas revoces quam ad Indogermanos, qui ante Graecos illic fuerunt. Schröder quidem l. c. 76ss. (et *Pindars Pythien*, Lips. 1922, 96) eam fabulam, qua Apollini ab Hyperboreis rem divinam asinis fieri narrabatur (Pind. Pyth. 10, 33ss., inde ut videtur ceteri testes, quod negavit M. T. Smiley, Hermathena XVIII (1919) 68s.; cf. praeterea Daebritz *PW* s. v. Hyperboreer 263s.; Wilamowitz *Pindaros*, Berol. 1922, 127s. *Hell. Dichtung* I 187; C. T. Seltman, Class. Quart. XXII (1928) 155ss.), ad Phrygum consuetudinem rettulit; tamen non Thraciam (cf. A. B. Cook, Zeus II 464), sed Asiam ut ipsius asini, ita sacrificii eius patriam esse p. 79 et 82 recte concessit (cf. Reinach l. c. 400 [39]ss.).

b) Apud ceteros Graecos Romanosque aliae hostiae minores Priapo sacrificantur.

α) Sacrificii satis opulenti ritus universus adumbratur apud Petron. 133, 3 v. 13ss.:

ibit ad aras,
sancte, tuas hircus, pecoris pater, ibit ad aras
corniger et querulae fetus suis, hostia lactens.
spumabit pateris hornus liquor, et ter ovantem
circa delubrum gressum feret ebria pubes.

De sacra chorea sacrificiis adhibita cf. K. Latte, De saltationibus Graecorum, *RGVV* XIII 3, Giss. 1913, 64ss.; S. Eitrem *Opferritus und Voropfer* 6ss. (imprimis 28s.); E. F. Knuchel *Die Umwandlung in Kult, Magie und Rechtsbrauch* (*Schriften d. Schweiz. Gesellsch. f. Volkskunde* XV) Bas. 1919, 95. Ebriam pubem oportet esse, ut effrenatior sit chorea, cf. VII G 5.

Tibiis canentes inter sacrificia habes IV E 83. 83a. H 81. 96. 117. 119. 123. 131—133. 139—141. 143, cf. 86b. 160. 161. Cornu accedit IV H 133, sacris Bacchicis aptissimum (cf. Catull. 64, 263 et W. Kroll ad h. l.; Iuv. 6, 315 etc.), tympanum IV H 119.

[1] Quid Graeci de tali sacrificio senserint, optime intellegitur ex fabula, quam de Clinide quodam homine Babylonio eiusque liberis narrabant (Antonin. Lib. 20, cf. Daebritz *PW* s. v. Hyperboreer 263).

Sanguine hostiarum phallus dei conspergitur Verg. Priap. 86, 16 s. teste. Iniuria Birt *Erklärung des Catalepton* 42, *partem mutilatae* Priapi, in qua Priap. 48 acumen est, hinc explicavit, cf. p. 165.)

IV D 95. E 83. H 80 hostia reluctatur, quod non debet, quasi tali deo mactari indignetur; aliter Petron. 133, 3 v. 13 s. (cf. O. Weinreich *Studien zu Martial*, Stuttg. 1928, 136).

Τρίττοια βάρχος vel *βούτρωρος* (cf. Dittenberger, Syll. ²20 [83 l. 37; Eustath. λ 130) Priapo vovetur apud Theocr. epigr. 4. 13 ss.:

> *Ἕξεο δὴ τηνεῖ καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ*
> *εὔχε' ἀποστέρξαι τοὺς Διάφνιδός με πόθους,*
> *καὐθὶς ἐπιρρέξειν χίμαρον καλόν. ἢν δ' ἀνανεύσῃ,*
> *τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·*
> *ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω*
> *σαχίταν. ἀίοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.*

V. 17 *δαμάλαν* masculini generis, nam *τρίττοια* ex tribus masculis constat, cf. P. Stengel *Opferbräuche der Griechen*, Lips. 1910, 195 s. *Kultusaltertümer*³ 153; Ph. E. Legrand, Dar.-Saglio s. v. sacrificium p. 960. 961. Raro exemplo hostia nondum *τέλειος* adultis additur, cf. Paus. II 11, 7.

Nidore suam aram, sicut fas sit, numquam carere Priapus ap. Arch. Anth. Pal. X 7, 5 gloriatur.

Sacrificantur autem a rusticis vel amantibus vel Bacchi cultoribus hostiae illae vulgares:

β) Porcus (vel porculus lactens), hostia Bacchi et deorum rusticorum maxime propria, quo animali *e pecude nihil genuit natura fecundius:* Priap. 65: Petron. 133, 3 v. 15. IV H 22 a. 123, cf. etiam B 3.

Dorsuali secundum morem vernaculum porcum ornavisse videtur pictor Romanus IV H 182, cf. Curtius *Die Wandmalerei Pompejis* 374.

γ) Hircus vel haedus, hostia item Bacchica atque propter procacitatem Priapo aptissima (cf. Diod. I 88, 1 [VI E 3 b]): Theocrit. epigr. 4. 15. 7; Verg. Priap. 86, 16; Petron. 133, 3 v. 14. IV D 95. 99(?). E 83. H 80. 118. 119. 123. 124.

Cf. Calpurn. buc. 2, 67 (sub 2 a).

Capella sacrificatur apud Verg. Priap. 86, 16. IV H 95. 121(?).

δ) Aries vel agnus: Theocr. epigr. 4, 17 s. (*ἄρνα σακίταν*, cf. idyll. 1, 10); Petron. 133, 3 v. 15 (nam *cornigerum* illum arietem esse puto, non hircum, ut in Thesauro explicatur). IV H 120 (?). 121 (?). Cf. H 73.

ε) Iuvencus, hostia sane maior quam quae Priapo saepius immoletur: Theocr. epigr. 4, 17. Cf. sub α. Caput bovis hermae appositum est IV H 197.

ζ) Anser, ut videtur, IV H 76. L. Stephani, Compte-rendu 1863, 79 n. 8 (cf. 1868, 146 n. 7; F. Wieseler *GGN* 1892, 524), duas imagines in huius modi sacrificii testimonium attulit, ex quibus altera in vasculo picta (Ed. Gerhard *Ges. Abhandl.* tab. 64, 1) non Priapum, sed Bacchum ad hermae formam figuratum, altera in gemma expressa IV H 122 non anseris, sed columbae sacrificium videtur habere, ut recte G. Wolff monet, qui cetera minus apte contra Stephani disputavit (*Phil.* XXVIII (1869) 190 s.).

η) Columba, cf. sub ζ.

Incertissimum galli sacrificium IV E 83 a (cf. Wolff l. c. 190).

c) A piscatoribus (fortasse sola in regione Hellespontica, cf. VI B 5 b) marinum fiebat sacrificium, quod quamquam inter Graecos admodum rarum fuit (P. Stengel *Opferbräuche* 197 ss. *Kultusaltertümer*[3] 123 s.; Legrand, Dar.-Saglio s. v. sacrificium p. 958; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 289), Priapo tamen solito more a pauperibus illis hominibus videtur factum esse; qui vivos huic deo pisces offerre poterant, quoniam simulacra eius in ipso litore esse solebant (VII B 1 e).

Piscis in ara Priapi positus in ectypo Callipolitano conspicitur (VI B 5 bδ).

Ponunt autem praedae etsi magnae partem parvam, ut est apud poetam incertum Anth. Pal. X 9, 3 ss.:

πολὺν δ' ἁλινηχέα βῶκα
καὶ σκάρον, οὐ θρίσσης νόσφιν, ἀρυσσάμενοι,
γλαυκὸν ἐνιδρυνθέντα νάπῃ σημάντορα θήρης
τίετ', ἀπ' οὐκ ὀλίγων βαιὸν ἀπαρχόμενοι.

Quid quod pauper piscator apud Maec. Anth. Pal. VI 89 carabo capto, cum carnem ipse comederit, Priapo reliquias ponit? Cf. Plat. com. fr. 174, 18 K., qui *Celeti* pellem offerri Venerem iubentem inducit (cf. De dis Atticis 11 s.).

Agath. Schol. Anth. Pal. X 14 et Theaet. Schol. ibd. X 16 hoc sacrificii genus ad nautas transtulerunt, quod vereor ne non ex ipso cultu sumpserint.

2. a) Priapo praecipue terrae fructus offeruntur, maxime videlicet a rusticis (cf. p. 30); rarius utpote deo minori et pauperum potissimum patrono (cf. VII D 2) animalia ei immolantur, quamquam iusto ut ita dicam iure ut omnibus deis agrestibus ita Priapo gregis primitiae debentur (Apul. apol. 56). At enim mitis atque parvis contentus est, quippe quem apud Arch. Anth. Pal. X 7, 5ss. dicentem audiamus:

Τοὔνεκεν οὔτ' ἄκνισον, ὅπερ θέμις, οὔτ' ἐπιδευῆ
εἴαρος ἀθρήσεις βωμὸν ἐμὸν στεφάνων,
ἀλλ' αἰεὶ θνόεντα καὶ ἔμπυρον· οὐδ' ἑκατόμβη
ἰόσσον ὅσον τιμὴ δαίμοσιν ἀνδάνεται.

Similiter Calpurn. buc. 2, 64ss. pastorem facit canentem:

Nos quoque pomiferi Laribus consuevimus horti
mittere primitias et figere liba Priapo,
rorantesque favos damus et liquentia mella;
nec sunt grata minus, quam si caper imbuat aras.

Vergilianus autem Priapus Priap. 86, 10ss. his verbis gloriatur:

Florido mihi ponitur picta vere corolla,
primitus tenera virens spica mollis arista,
luteae violae mihi lacteumque papaver
pallentesque cucurbitae et suave olentia mala,
uva pampinea rubens educata sub umbra.
sanguine haec etiam mihi — sed tacebitis — arma
barbatus linit hirculus cornipesque capella.

Priapus pauperis villae tutor, ut est loquax insolitisque honoribus elatus, sibi non temperat quin prodat quae ne immerito sibi offerantur atque iram invidiamve deorum maiorum sive etiam ceterorum Priaporum (cf. VII D 2) contrahant videtur timere. Ab hac priorum interpretum explicatione (Iust. Lipsius, Antiquae lectiones II 18) vix recte recesserunt Birt *Erklärung der Catalepton* 42, qui inhonesta eloqui pueros vetari putat, et Galletier 143s., qui sacra arcana a Priapo significari credit.

Plerumque tamen, ut dixi, minoris sunt quae ei offeruntur, velut Priap. 53 maiorum deorum exemplo allegato monetur, ut pauca poma boni consulat, cum alium agelli dominum Priap. 16 ridicule suorum pomorum virtutem laudibus extollere audiamus.

b) Ergo quae quoque tempore terra nascuntur, Priapo offeruntur, cf. Verg. Priap. 85, 6ss.:

Mihi corolla picta vere ponitur,
mihi rubens arista sole fervido,
mihi virente dulcis uva pampino,
mihi glauca duro oliva cocta frigore.

v. 9 ordinem verborum a librariis turbatum restituit anno 1684 Is. Vossius (in editione Catulli 347 s.), cf. Galletier 99 s., qui *lecta* pro *cocta* scribit non magis recte quam Y. Dumoulin et J. B. Paulus, Serta Leodiensia 1930, 135 ss., coniecerunt: *mihi glauca duro oliva cocta ab Africo*. Ablativo temporis ab eo quod est *cocta* seiuncto nihil offensionis est.

Verg. Priap. 84, 1 s.:

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
spicis.

Cf. Verg. Priap. 86, 10 ss., ubi tempora non accurate distinguuntur; etiam Crinag. Anth. Pal. VI 232.

Idem *ordo temporum ac frugum* apud Minuc. Fel. Oct. 17, 7: *ver . . . cum suis floribus et aestas cum suis messibus et autumni maturitas grata et hiberna olivitas necessaria.* Tetrasticha et disticha de quattuor temporibus anni (Anth. lat. 567 ss.; cf. Birt *Erklärung des Catalepton* 21 s.; K. Prinz *Wien. Stud.* XXXIX (1917) 268; C. Weyman *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie*, Mon. 1926, 183 s.), licet in ceteris temporibus fere similia sint, de olivis tamen hibernis tacent.

c) Offeruntur igitur Priapo:

α) Flores (ut primitiae veris, cf. etiam Priap. 83, 9).

Verg. Priap. 85, 6: mihi corolla picta vere ponitur. Verg. Priap. 86, 10: florido mihi ponitur picta vere corolla.

Singillatim commemorantur luteae violae lacteumque papaver (Priap. 86, 12) et rosa, Veneris sacra (Priap. 84, 1); cf. VII F 5 c.

Coronae (sive flores) in ara ponuntur: Arch. Anth. Pal. X 7, 5 s.: Verg. Priap. 84, 1. 85, 6 ss. 86, 10 (quibus locis coronae non aliter *poni* dicuntur atque cetera dona velut spicae, fructus; minus recte Birt *Erklärung des Catalepton* 28, *in capite meo* supplere mihi videtur). Accedunt imagines IV H 65. 133. 144. 182. Sed coronis etiam caput dei ipsius (vel superior pars corporis) ornatur: Priap. 83, 9 s. IV H 72. 81. 95. 145. 146. 182 (cf. V D 2). Etiam phallus coronatur: Priap. 40 (inaurata corona). 50; Hymn. Tiburt. CLE 1504 v. 20 s. IV H 22a.[1] 72. 148 (?). 182. 197. Caput coronari nemo mirabitur, sed ne phallum quidem mirandum, utpote huius dei potentiae signum

[1] Treu in libello p. 136 indicato p. 44 *palmae ramum victricem inguinum Priapi vim indicantem* esse credit.

praetipuum, velut Lavinii, ut ait Augustin. civ. dei VII 21 (cf. 24 p. 309, 2 ss. Dombart-Kalb) ex auctoritate Varronis (ant. rer. div. lib. XVI fr. 42 Agahd, cf. Wissowa *Religion*[2] 299; W. Schur *PW* s. v. Liber pater 69, Liberi *membro inhonesto matrem familias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Sic videlicet Liber deus placandus fuerat pro eventibus seminum, sic ab agris fascinatio repellenda, ut matrona facere cogeretur in publico, quod non meretrix, si matronae spectarent, permitti debuit in theatro.*[1]

Coronis sive sertis etiam bases simulacrorum Priapi, arae, ipsa delubra ornantur atque consecrantur.

Frondem Amor Priapo offert IV H 146, serta mulieres 89 c.

β) Spicae: Verg. Priap. 84, 2. 85, 7. 86, 11. IV E 24. Cf. V G 1.

γ) Poma (itemque holera): Priap. 21. 53. 84, 1; cf. Priap. 68, 2; Nemesian. buc. 2, 51. Adde imagines III B 3 ad. IV D 76. 85. 94. 95. E 24, cf. 34. 48(?). 83. F 6. H 29. 30. 70. 74. 79. 83. 89 c. 95. 103. 123—132. 182. 194. 197. 199. 202.

Poma cerea: Priap. 42.

Singillatim commemorantur (sive in imaginibus agnoscuntur):

Uvae: Verg. Priap. 85, 8 (virente pampino). 86, 14; Hor. epod. 2, 20; Zon. Anth. Pal. VI 22, 3; Crinag. ibd. 232, 1. IV H 70. 84. 85.

Mala: Priap. 16. 86, 13; Anth. Pal. VI 22, 1. IV H 128? 202.

Mala granata (quae propter seminum copiam pro fecundi-tatis signo habebantur): Anth. Pal. VI 22, 1. 232, 1 s. (*ἐυσχίστοιό τε ῥοιῆς θρύμματα*). IV H 197.

Pira: Hor. epod. 2, 19; Anth. Pal. VI 232, 5.

Ficus: Anth. Pal. VI 22, 2. IV H 128(?).

Nuces: Anth. Pal. VI 22, 4.

Pineae (quae pro fecunditatis symbolo habebantur, cf. L. Deubner, De incubatione, Lips. 1900, 45 s.): Anth. Pal. VI 232, 2 (pinearum medulla). IV D 95. E 48(?). H 65. 79.

Amygdalae: Anth. Pal. VI 232, 3.

Olivae: Priap. 85, 9. Frons olivae (sive myrti) prisco deo ithyphallico Attico offertur, cf. De dis Atticis 16.

Accedunt ex holeribus cucurbitae: Priap. 86, 13; cf. 63, 12.

Alii (herbae venereae) capita: Anth. Pal. VI 232, 5 (*πότιμοι γλήχωνες*).

[1] Cf. M. de Montaigne, Essais III 5 (ed. Strowski et Gebelin tom. III Burdig. 1919, 93).

Priapus ipse gremio fructus sustinet velut uvas, mala, granata, cydonia, pira, pruna, ficus, pineas, amygdalas, palmulas, cucurbitas. Cf. V G 1. VII F 5c.

Poma ad sacrificium apportantur in canistro (velut IV H 95. 103) vel in lance (IV D 95. E 83. F 6. H 29. 30 etc.). Imponuntur sive mensae sive arae (Priap. 16. III B 3 ad. IV D 94. 95 etc.); etiam simulacro apponuntur (IV D 76. 85. E 24. 83; cf. Apul. flor. 1; IV E 34).

Apud Petron. 135, 3ss. Oenothea sacrificii causa (cf. 136, 3. 137, 5) pultem fabatam cum larido paratura est, qualis Kal. Iun. Carnae poni solebat; nam ut apud Romanos inferis haec esca ideo praebebatur, quod antiquitus praecipuo loco inter ciborum genera fuerat (O. Crusius *Mus. Rhen.* XXXIX (1884) 166 n. 1; scilicet laridum ad inferos numquam proprie pertinuit), ita omnino dis (non solum iis qui inferorum potentes erant) prisco ritu offerebatur (Plin. nat. hist. 18, 118, cf. Ovid. fast. 6, 169ss.; Th. G. M. Pfund, De antiquissima apud Italos fabae cultura ac religione, diss. Berol. 1845; W. Helbig *Die Italiker in der Poebene*, Lips. 1879, 70s.; Wissowa *Relig. der Römer*[2] 411)[1]; quem ritum ad Priapum translatum esse non mirum. Tamen faba ipsa etiam propter vim veneream ad Priapi religionem ipsiusque Encolpii res accommodata videri poterat, cf. Ioann. Lyd. de mens. IV 42 p. 99, 15 W.: *διαφερόντως γὰρ παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς διεγείρει τὰ σώματα πρὸς συνουσίαν ἐσθιόμενος;* Lucian. auct. vit. 6: *πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι, καὶ ἦν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσιν ἀνθρηίοισι μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φυήν* (cf. J. B. Friedreich *Die Symbolik und Mythologie der Natur*, Herbip. 1859, 201s.; L. Deubner, De incubatione, Lips. 1900, 15s.; W. H. Roscher *Ephialtes, Abhandl. Phil.-hist. Kl. Sächs. Gesellsch. Wiss.* XX 2 (1900) 27ss.; R. Wünsch *Das Frühlingsfest der Insel Malta*, Lips. 1902, 39s.). Cf. etiam Ovid. fast. 6, 181s.; Macrob. sat. I 12, 33.

δ) Liba.

Mar. Victorin. p. 145, 7K.: fiunt liba Priapo.

Verg. buc. 7, 33s.:

> Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
> exspectare sat est: custos es pauperis horti.

[1] Floram ad inferos pertinuisse ex fabae usu concludi non potest (F. Altheim *Terra Mater* 129ss.).

Imitatione irridet Prudent. contra Symm. 1, 113 s. (VI A 2).

Crinag. Anth. Pal. VI 232, 4: *Πεκναὶ ἰτρινεαι ποπάδες* inter alia sobriae mensae cibaria ponuntur.

Calpurn. buc. 2, 64 s.:

> Nos quoque pomiferi Laribus consuevimus horti
> mittere primitias et figere liba Priapo.

Figere sc. praecipue in mentula dei ipsius, cf. quod infra ponam Priap. 70.

Cum fructibus in lance satura etiam pyramidas offerri videmus IV H 89 c. 132 (?).

Priap. 70 libum cum mola (salsa) offertur:

> Illusit mihi pauper inquilinus,
> cum libum dederat molaque fusa
> +quarum+ partibus abditis in ignem
> sacro protinus hinc abit peracto.
> vicini canis huc subinde venit
> nidorem, puto, persecuta fumi,
> quae libamine mentulae comeso
> tota nocte mihi litat rigendo.
> at vos amplius hoc loco cavete
> quicquam ponere, ne famelicorum
> ad me turba velit canum venire,
> ne dum me colitis meumque numen,
> custodes habeatis irrumatos.

1 *Illusit* Aldina, *Illa* (*Ille* V, H[1] erasa) *fit* AB 2 *libum* HL *libido* V *verbum* A *dederat* H *dederit* A *decerat* LV 3 *Quarum* AB 6 *persecuta* A *prosecuta* B.

Cf. Buecheler *Kleine Schriften* I 356 s.; F. Vollmer *SB Münch.* 1918, 4 p. 27.

Non recte Vollmer post v. 1 gravius interpunxisse mihi videtur, nam particula *cum* actionem ut grammaticorum vocabulo utar *coincidentem* significat, ita ut simile aliquid sonet atque *eo quod* (recte adnotavit Baehrens): abeundo scilicet inquilinus ille Priapo illusit deumque dono oblato privari sivit. Laxius autem poeta quod antea inquilinus fecerat ita enuntiavit, ut dandi verbum pari loco sit atque ipsum verbum abeundi (illusit, cum dederat et abiit), qua ratione ne ablativi absoluti cumularentur cavisse videtur. Iam vero ut canis habeat, quo nidore ad Priapi sacrum alliciatur, v. 3 *ignem* legas, quod vocabulum male in *inguen* corrupierunt nonnulli; quod autem *libamen mentulae* illa

comedisse dicitur, cum Buechelero ita statuere oportet: *partem donorum imposuit* (sc. inquilinus) *gremio Priapi, partem sacri peragendi caussa in ara cremavit igni, cuius odore canis invitata abligurrivit mentulam.* Ergo mola fusa (*sc. effusa* recte Pascal) sive in libum, ut putat Maggi, sive quod magis credo in ignem, si libi partes aliquas flammis abdidisse putamus inquilinum, cum Buechelero *quadrae* restituamus suadeo, nisi melius quid praesto est; quamquam ne Vollmeri quidem coniectura abicienda fortasse est, qua poetae verba ita restituit: *carnum partibus additis* (hoc sane inutiliter) *in ignem.* Nec tamen pauper ille inquilinus solus Priapo sacrum peregit, sed etiam canem famelicum insolita cena satiatum rigendo, i. e. *tumore inguinis* (Vollmer) ei litasse ioco poeta dicit (cf. VI C 3 d). De libamine non recte Maggi p. 102 ad Verg. Priap. 86, 15 s.

Liba (*priscae sanctimoniae dona non tam lauta quam pia, qualia praecipue Vestae Penatibusque et Laribus dabantur:* Buecheler l. c.) ut omnibus dis rusticis ita priscis numinibus ithyphallicis Atticis oblata esse imago quaedam vascularia testimonio est (De dis Atticis 16). Cf. in universum de libis J. Toutain, Dar.-Saglio s. v.; Orth *PW* s. v. Kuchen col. 2094 ss.; Hug *PW* s. v. libum. Fortasse liba, quae Priapo offerebantur, nonnumquam artificiosius ad phalli vel dei ipsius formam figurabantur (IV H 132?, cf. VII F 3 e). Libum quadripertitum Priapus sinu gestat IV D 63.

ε) Mel sive favi: Crinag. Anth. Pal. VI 232, 3 s.; Calpurn. buc. 2, 66 (*rorantes favos damus et liquentia mella*). Mel ut ceteris dis rusticis ita Priapo offerebant utpote non modo agrorum hortorumque, sed etiam alvearіorum patrono. Cf. Gualt. Robert-Tornow, De apium mellisque apud veteres significatione, Berol. 1893. 159 ss.

ζ) Lac, rusticorum donum vulgare (cf. K. Wyss *Die Milch im Kultus der Griechen und Römer, RGVV* XV 2, Giss. 1914, 12. 62). Verg. buc. 7, 33 s.:

> Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
> exspectare sat est.

De hoc genere vasis cf. G. Barone, Il museo civico di Baranello, Neap. 1897, 46 nr. 395; Hug *PW* s. v.; F. Marx *Plautus' Rudens*, *Abhandl. Sächs. Akad.* XXXVIII 5, Lips. 1928, 226 s. Prudent. contra Symm. 1, 113 s. versus Vergilianos in risus vertit, cf. sub δ.

Titulus saec. p. Chr. I. CLE 862. CIL VI 30993:

. . . . . saepe Priapus
. . . . . lact]ea melca datur.

Melca ἄμον τι διὰ γάλακτος (Paul. Aeg. III 37, 4) est, cf. Buecheler *Kleine Schriften* II 466; G. Helmreich *Arch. f. lat. Lex.* I (1884) 326 s.; J. Janko *Glotta* II (1910) 38 ss. *Wörter und Sachen* I (1909) 99 ss.; Walde *Lat. etym. Wörterbuch*[2] s. v.

γ) Vinum Priapo ut deo terreno libatum non esse Lipsius et J. H. Voss ad Verg. buc. 7, 33 contenderunt (cf. P. Stengel *Opferbräuche* 182 s.). Contradixit praeter Wernicke 100 s. L. Müller *Rh. Mus.* XXVII (1872) 184, nisus fragmento Catulliano 2 M., quod sic restituere voluit: *O Priape, ubi de mero ligurrire libidost*, hoc quidem falso (cf. II D 4 b β); sed deo vinearum patrono vinum deberi consentaneum est, et inter alia sacrificia vinum libatum esse haec testimonio sunt:

Petronium 133, 3 v. 16 *hornum liquorem* vinum dixisse *ebria pubes* v. 17 satis testatur, cf. VII F 1 b α. In ectypo IV D 95 Amorem, qui dextra cantharum magnum, sinistra canistrum fructibus plenum ad aram Priapi affert, vinum huic deo libaturum esse apparet; item res se habet in compluribus aliis imaginibus (IV H 29. 103. 120. 121. 128. 132). Cf. praeterea IV H 22 a. 95.

Sed etiam extra maius sacrificium vinum solum libabatur (IV H 96. 102. 151. 152). Huc referenda etiam imago Satyri IV H 81. 100. 153. 154, quem ante Priapi simulacrum vinum in cantharum sive crateram infundentem videmus, scilicet de vino, quod ipse bibere vult, deo libaturum. Denique quid ipsum ex cantharo fundere putabimus nisi vinum (V G 6)?

δ) Tus inter sacrificia vel ipsum per se (IV H 125. 143) incendebatur. In ectypo IV H 79 mulier, dum fructus cremat, tus adolet. Acerram manu tenet Amor in ectypo IV D 95, cf. praeterea IV H 22 a.

ε) Oleo Priapi simulacrum aut saltem phallum unctum esse verisimile videtur, quamquam hoc traditum non est.

Incerta sacrificia sunt in gemmis quibusdam (IV H 134—142), in pictura IV H 183 (cf. p. 262 n. 1), in galea IV H 97.

3. De donis variis.

Dedicantur Priapo:

a) Fana.

Catull. fr. 1 M.:

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque . . ., Priape.

quaque ⟨silva⟩ (cf. VII B 1 g) et similia plerique tentaverunt. *quaque ⟨lege⟩ Priapi* Buecheler *Kleine Schriften* II 332 s. (i. e. *qua lege templa Priapo Lampsaceni et Priapeni dedicarunt*), sed cf. Friedrich in commentario.

CIL V 2803 (CLE 861) = Priap. 82:

Vilicus aerari quondam, nunc cultor agelli
haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.

Fuit in ara in agro Patavino, cf. IV E 15. VII B 2 f. Tibullo non recte ascriptum est, cf. F. Marx *PW* s. v. Albius 12 col. 1328; F. Vollmer, Poetae latini minores II 2 p. 37 s. n. 5. Vocabulum quod v. 2 legitur *perspectus* utrum pro nomine proprio an appellativo habendum sit, non plane certum videtur, cf. CIL ad extr.; Buecheler l. c.; Vollmer ad Priap. 82, 2.

In imaginibus saepe delubra Priapi sertis taeniisque ornata videmus, quibus consecrationis vim inesse satis constat (cf. imprimis G. Hock *Griechische Weihegebräuche*, diss. Mon. 1905). De *velaminibus* templi a Val. Flacco 2, 626 commemoratis cf. VII B 11 p. 250.

b) Arae (quae ipsae quoque saepe sertis taeniisque ornabantur).

CIL III 8683 in arula Salonis reperta: Priapo aram Sempronia Ursa posuit.

CIL V 5117 in ara marmorea prope Bergomum inventa: Priapo L. Pladicius Tertius v. s. l. m.

CIL VIII 14691 in lapide Thuburnicae reperto: I (i. e. sive L sive T) Granius Frugi ara(m) Priapo de suo fecit maiorio suo.

De vocabulo *maiorius* cf. VII A 2 p. 241.

Ara Aptae Iuliae inventa: IV E 18.

Cf. aram, in qua Priap. 82 fuit, sub a. De ara Aquileiensi cf. III B 3 a p. 71 ss. Cf. etiam IV H 73.

c) Simulacra Priapi cum titulo prosa oratione composito seu versibus (ita quidem ut nomen praescriptum vel dedicationis formulam carmen excipiat):

CIL VI 564 tabula marmorea inter alia dedicantur: sigill(a) Priap(i) Liber(i) [muro?] inclus(a) (suppl. Mommsen).

sigill(um) suppl. Cumont 645 n. 18.

CIL IX 2197 *(rep. dicitur Telesiae ad portam amphitheatri vel, ut aiunt Puellii schedae, in ruinis ecclesiae S. Iohannis; extabat a. 1845 Solopacae prope Telesiam in hortis Gugliae. A. 1877 frustra quaesivi)*: Ti. Claudio Ner(one) P. Quintilio Varo cos. (i. e. anno a. Chr. n. 13) L. Octavius Charito operi[[s]] faciundo praefuit et parieto(m) supra arcus de suo fecit, signu(m) (L)iberi et Priapisci (pos)uit.

Ectypum Callipoli a *συνναυτῶν* collegio positum, cf. VI B 5bδ p. 217.

Herma bene vasatus sculptus e saxo Tiburtino, in quo inscriptus est hymnus CLE 1504.

Titulus prope Catinam a Rubrii Samii filio vota patris solvente una cum Priapi bifrontis simulacro positus V D 4.

Etiam in stela votiva Priapo et Pani dedicata, quae Thyrii reperta est, horum deorum imagines fuisse verisimile est, cf. VI C 3d.

Cf. VII F 3q.

Saepe simulacra Priapo dedicata inscriptione caruerunt, qualia multa nobis servata esse consentaneum est.

Aureum simulacrum Priapo apud Verg. buc. 7, 36 Thyrsis pollicetur, ut Corydonem superet, qui venatorem Dianae signum marmoreum promittentem fecerat (cf. VII A 1).

Coronas taeniasque ad consecrationem pertinuisse notum est, cf. VII F 3a.

Etiam aliis deis simulacra Priapi dedicari poterant (cf. VI B 3g. VII B 1h), imprimis Baccho, ut inter cultus instrumentum essent (cf. VII B 1g): testimonio maxime imago IV H 105 est.

d) Taeniae: IV H 89c. 96. 128. 147. 181. 197. In consecrando taeniarum similis est usus atque coronarum. Cf. V D 2 p. 185. Macnas Priapo taeniam tendens (cum satyro saltante et panthera) opere sectili efficta est: Ruesch, Guida 54 nr. 158.

e) Phalli imagines.

Priap. 34, 4s.:

> (puella) . . . quot nocte viros peregit una,
> tot verpas tibi dedicat salignas.

Priap. 37, 8ss.:

> huic dixi: ‚fer opem, Priape, parti,
> cuius tu, pater, ipse pars videris,
> qua salva sine sectione facta

ponetur tibi picta, quam levaris,
compar consimilisque concolorque'.

9 *ipse par* codd. corr. Gronovius 12 *parve et consimilisque* A *parva et consimilisque* cett. corr. Scaliger; *verpae consimilisque* A. E. Housman *Herm.* LXVI (1931) 403, sed languet vocabulum *verpae*.

Cf. O. Weinreich *Phil. Wochenschrift* 1930, 983.

De imagine IV H 132 cf. VII F 2cδ p. 275.

Phallum, quem mulierem nudam in onyche musei Britannici (Walters, Catalogue nr. 3638; Knight tab. III fig. 3) dedicantem videmus, Priapo dedicari Knight 178 non satis certa ratione coniecit; neque ex phallis Atriae in sacello quodam inventis Priapi hoc sacellum fuisse concludere debuit L. Sorricchio, Hatria = Atri, Romae 1911, 261 s. 274. Phallum enim in multorum deorum cultu magni momenti fuisse quis est qui nesciat? Cf. praeterea VII B 2 p. 254.

f) Tabellae pictae obscaenae ex Elephantidos libellis desumptae a muliere libidinosa dedicantur: Priap. 4.

g) Cymbala, tympana, crotala.

Priap. 27, 3 ss. de meretrice:

cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
ponit et adducta tympana pulsa manu,
pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

Saepe in imaginibus haec libidinis atque Bacchicae religionis instrumenta ex arboribus, sub quibus Priapi simulacra constituta sunt, suspensa videmus, velut IV D 97 b. 98 b. E 47. H 65. 80. 87. 95. 163 (?).

Cymbalistria sacris Priapi interfuit Petronio 22, 6/23, 1 teste.

h) Fistula, donum agreste: IV D 98 b. H 60. 83. 95. 202. (Cf. etiam VII A 5 b.) Tibiae: IV D 98 a.

i) Vasa potoria.

Hedyl. Anth. Pal. VI 292. Meretrix formosa, quae fortunas potando consumpsit (*συνεπέκπιεν*, cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 145 n. 2),

τοιγὰρ τῷ κρίναντι τὰ καλλιστεῖα Πριήπῳ
νεβρίδα καὶ χρυσέην τήνδ' ἔθετο προχοήν.

Maec. Anth. Pal. VI 33. Piscatores propter opem sibi a deo oblatam haec dedicant:

φρηγίνεον κρητῆρα καὶ αὐτούργητον ἐρείκης
βάθρον ἰδ' ὑαλέην οἰνοδόκον κύλικα,
ὡς ἂν ὑπ' ὀρχησμῶν λελυγισμένον ἔγκοπον ἴχνος
ἀμπαύσῃς, ξηρὴν δίψαν ἐλαυνόμενος.

Ilona sunt Bacchica, quorum rationem hi duo poetae non sine loco explicaverunt (cf. VII G 5).

Adde imagines IV H 29. 103.

k) Pedum pro dono poni sive suspendi potuit (IV D 98 b. H 60).

l) Thyrsos saepissime locis sacris positos invenimus seu pro dono seu ad sollemnia promptos (IV D 90. E 90. H 29. 35. 38. 125. 129. 181). Ceterum etiam faces dedicari poterant, cf. VII B 1 n.

m) Persona Bacchica dedicatur IV H 149 cf. 150.

n) *Νάβρις*: Hedyl. Anth. Pal. VI 292 (cf. sub i). *Παρδαλῆ*: IV D 98 b. Cf. V F 1 p. 193.

o) Instrumentum artis dedicat holitor, qui suo labore ad opes processit (Incert. Anth. Pal. VI 21); item piscatores senes, qui ab arte se removent sive removerunt (Arch. Anth. Pal. VI 192; Flacc. ibd. VI 193).

p) Ornatus venereus a cinaedo emerito dedicatur: Myrin. Anth. Pal. VI 254. Cf. Priap. 27 sub g.

Praeda ut ita dicam venerea ab amante felici ponitur apud Anon. Anth. Pal. V 199:

Ὁ κρόκος οἵ τε μύροισιν ἔτι πνείοντες Ἀλεξοῦς
σὺν μίτραις κισσοῦ κυάνεοι στέφανοι
τῷ ξανθερῷ καὶ θῆλυ κατιλλώπτονι Πριήπῳ
κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 145 n. 2, qui item atque Herker et Stadtmüller Hedyli hoc epigramma esse suspicatur.

q) Sacra quae posuerant *dedicantes celebrabant inscriptione vel versu abusus quilibet insectabatur* (Buecheler *Kleine Schriften* I 329): sed et ipsa poemata per se donorum loco a Priapo habebantur:

Priap. 47: Quicumque vestrum, qui venitis ad cenam,
libare nullus sustinet mihi versus,
illius uxor aut amica rivalem
lasciviendo languidum, precor, reddat
et ipse longa nocte dormiat solus
libidinosis incitatus erucis.

Recte Buecheler *Kleine Schriften* I 344 collatis locis Petron. 60, Mart. XIV 70 (69), Iuven. 2. 95 Priapum, quod venientes ad cenam convivas ut libent sibi versus adhortatur, in triclinio aut adeo in ipsa mensa positum fuisse conclusit. Item in ipsis sacellis

versuum scriptores, quos alii dei a suis sacris arcebant, ille ultro invitavit — quos sane prohibere non potuit, nam *ad summam, stantes sub divo Priapi perviaeque aediculae omnibus, si seria ac sancta vellent sive nequissimum quemque lusum adlinere (XLII et LIV), potestatem fecerunt* (Buecheler l. c. 329). Hoc quidem Priapeum (41) in sacelli pariete inscriptum fuisse potest:

Quisquis venerit huc, poeta fiat
et versus mihi dedicet iocosos.
qui non fecerit, inter eruditos
ficosissimus ambulet poetas.

Ubique igitur *verba impudica* legebantur (Priap. 8. 60. 79), aut in arboribus horti inscripta (Priap. 61, cf. 2, 2. 60) aut in ipsius sacelli parietibus (Priap. 1. 2. 49): quisquis autem legebat, ut corrigeret vel responderet subscribere poterat (Priap. 57. 72, etiam 79, de quibus epigrammatis rectissime iudicavit Buecheler l. c. 349 s. 357. 361: iocosa imitatione hanc consuetudinem exprimi vix recte existimat Vollmer adnot. ad 57, 8 et 72). Denique in lapidibus votivis carmina inscribebantur (cf. VII F 3 c), velut Priap. 14 tabulae marmoreae inscriptum in agro Capenati inventum est (CIL XI 3862), cf. Buecheler CLE ad 861. 1505. Ceterum ex phallo dei epigrammata suspensa esse Maggi haud bene contendit Priap. 1, 7 s. non intellecto.

De indole Priapeorum carminum, quae in unum corpus collecta diem tulerunt, cf. Buecheler l. c. 329: *prima duo carmina apparet collecticii libri quasi praefatiunculas esse sic ut Martialis xenion apophoretonque libris trina epigrammata praeposuit; tum XLVII ad triclinium Priapum, LXXXI ad amuletum priapeum spectare conieci. inter reliqua vero nullum reperitur quin inscriptum aliquando fuisse in statua Priapi sacellove in hortis possit* ... et quae deinde praeclare de hac re exposuit [1], cf. etiam quae Vollmer in praefatione editionis Priapeorum p. 36 s. de editore atque auctoribus breviter significavit: *neque absona hercle esset coniectura Martialem talia collegisse carmina et edidisse: certe prius collecta esse non habemus quo evincamus. at ipsa carmina antiquiora sunt, vix Ovidio posteriora, cui unum adscribit Seneca rhetor.* F. Marx tamen *Abhandl. d. Sächs. Akad. d. Wiss.* XXXVII 1 (1922) 22,

[1] Priap. 49, quamquam simili argumento est atque 1 et 2, non pro prooemio habendum est, quo alterius corporis Priapeorum indicetur initium; falso Wernicke 143 et C. Calì, Studi letterari, Taur. 1898, 41 ss.

Priap. 9 secundo p. Chr. n. saeculo vel etiam posteriori aetati tribuit. Olim Priapea nobis servata ex hortis Maecenatis collecta esse opinabantur, cf. J. H. Meibom, Maecenas, Lugd. Bat. 1653 p. 174 (at templum Priapi ibi non fuit, cf. VII B 2 p. 254); sane nescio an inter Maecenatis amicos Horatius non solus deum versibus celebraverit. Ceterum Priap. 81 a sacellis Priapi alienum fuisse necessario concludi negandum est, neque enim *incantamentum Priapeum* hoc carmen esse cum Buechelero p. 361 credo, *quod nervorum languori adferat medicinam, fortasse inscriptionem fascini collo suspensi pro amuleto*, sed in tabula votiva (Vollmer l. c. 37 n. 3) vel in ipso pariete potuit inscribere homo fortasse senior fiduciae non satis plenus idem fere, quod *posito in limine genu* Encolpius verbis sollemnibus precatur apud Petronium 133, 3 (cf. imprimis v. 5). Sane num recte hi versus a Priapeo 80 separentur, valde dubito.

De titulo Priapeorum cf. II C 4 bδ. Praeterea cf. p. 16 s. 29 s.

r) Praedae bellicae pars Priapo apud Bithynos obtingebat (III E 1).

s) Dedicationis formulam nudam Caes. Bass. p. 260, 36 K. exhibet versu Priapeo ad exemplum Catulliani fr. 1 M. ficto:

libens hoc tibi dedico, libens, sancte Priape.

Loculos donis reponendis credo esse in pictura IV D 90. Alioquin in mensa vel in saxo collocantur aut ex arbore suspenduntur aut ubivis ponuntur (*Πριηπείων ἐπὶ προθύρων* ap. Myrin. Anth. Pal. VI 254, 8).

4. De animalibus sacris.

a) Anseres ut Veneris ita Priapi *deliciae* erant (Petron. 137, 2), videlicet propter fecunditatem (L. Stephani, Compte-rendu 1863, 22, cf. 1868, 68; Furtwängler *Antike Gemmen* II 208 s.; O. Keller *Tiere des klassischen Altertums*, Aenop. 1887, 288, cf. *Die antike Tierwelt* II 221; Dieterich *Pulcinella* 183 s.; L. Deubner, De incubatione, Lips. 1900, 42; Gruppe 855 n. 2); minus arridet ea sententia, quam Wernicke 99 proposuit, propter vigilantiam eos deo hortorum custodi additos esse.

Nutriebantur igitur in templo Crotoniensi anseres *publici* (Petron. 136, 4—137, 12), quorum cum unum Encolpius occidisset, hoc modo ab anu sacerdote appellatur: ‚*Scelerate*‘, *inquit* ‚*etiam loqueris? nescis quam magnum flagitium admiseris: occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum, itaque ne te putes*

nihil egisse, si magistratus hoc scierint, ibis in crucem. polluisti sanguine domicilium meum ante hunc diem inviolatum, fecistique ut me, quisquis voluerit inimicus, sacerdotio pellat'. Duobus tamen aureis acceptis acquiescit his verbis: ‚*itaque dabimus operam, ne quis sciat. tu modo deos roga, ut illi facto tuo ignoscant*'. Denique cum ex iecore futura Encolpio praedixisset, *epulas etiam lautas paulo ante ut ipsa dicebat perituro paravit.*

Item in imagine IV H 60 loco Priapi sacro tres anseres cum grue versantur, cuius avis natura ut ad amorem pertinere ita contra mala valere antiquis videbatur (at catalogorum Britannicorum scriptores illam avem maiorem ciconiam esse arbitrantur, Keller *Die antike Tierwelt* II 230 s. (cf. *BPhW* 1897, 308; Olck *PW* s. v. Ente 2647) tres minores fortasse anates esse monet).

Priapum gallinaceum in imagine IV K 1 ab ansere, pavone (sive olore), anate (sive gallina Numidica) coli videmus.

De anseris sacrificio cf. VII F 1 b ζ.

Avibus venereis Priapi sacris accedit fortasse columba deae Paphiae imprimis grata (B. Lorentz *Die Taube im Altertume*, progr. Wurzen 1886, 25 ss.; O. Keller *BPhW* 1887, 528 ss.). quam Priapo sacrificatam esse supra p. 269 exposui.

De pavone et papilione cf. VI D 3. Cf. etiam IV H 178.

b) Eae imagines, in quibus aves fructus Priapi aggredi videmus (VI B 3 d), a seria fortasse cogitatione derivandae sunt, nam is deus, qui fructus e terra procreat, animalibus alimenta praebet. Aves arborem sacram Priapi circumvolant (IV H 95) locoque eius sacro suaviter cantant (Theocrit. epigr. 4, 9 ss.).

c) Gallus, animal procacissimum, in quo maximam credebant inesse vim apotropaeam (cf. E. Baethgen, De vi ac significatione galli, diss. Gott. 1887 imprimis p. 22 et 38 s.; F. Schwenn *Gebet und Opfer* 95 ss.; E. Fehrle *Schweiz. Archiv Volksk.* XVI (1912) 65 ss.; O. Weinreich *Genethliakon W. Schmid* 349 s.), ad Priapum pertinuit, nam hunc deum galli capite instructum vel per totum corpus ad eius formam figuratum videmus in imaginibus IV K. Cf. etiam IV H 110. VII C 4 p. 258. De phallis gallinaceis cf. etiam Jahn *Ber.* 78 s. 98; S. Eitrem *Beiträge zur griechischen Religionsgeschichte* II Christ. 1917, 48.

d) Canis ut hominibus rusticis ita deo rustico adest (IV D 3. 68. 69. 77; cf. sub f). Cf. L. Stephani, Compte-rendu 1860

p. 33. 1861 p. 19; Orth *PW* s. v. Hund 2575. Romani Priapo canem facile addiderunt, cum Silvano addere iam pridem consuevissent, cf. H. Peter *Rosch.* s. v. Silvanus 835; Klotz *PW* s. v. 118. Tamen iam apud Graecos dei montani hoc comite utuntur (velut IV H 63). De impudicitia canina Weinreich me monet.

e) Tutorem pecorum Priapum esse iam supra explicatum est (V G 2. VI B 1 f. 2 b. 3 c). Hircum (et pantheram) ad currum iunxit Priapus puer III B 3 c. Cf. IV H 98.

f) Panthera, animal Bacchi imprimis sacrum, etiam ad Priapum pertinebat (cf. O. Keller *Tiere* 151), nam non modo prope eius simulacra in fano Bacchico (IV D 98 b) sive inter thiasotas (IV H 80. VII F 3 d) pantheram versari videmus, sed etiam sacrificio, quod Pan cum duobus Amoribus Priapo offert (IV H 95), duae pantherae adsunt. Ipse deus curru vehitur nitco et panthera iunctis (III B 3 c). Denique panthera (seu tigris) lateri eius adsidet IV G 1: duae pantherae parvae ad pedes figurae IV G 2 esse Huebnero videntur, at Albertini alterum animal leporem esse dicit, alterum paulo maius videri (canem?). Lepus sane a Priapo haudquaquam abhorrebat, animal et Bacchicum et Venereum, quod fecundissimum esse antiqui non ignorabant itaque contra mala valere credebant (cf. Jahn *Ber.* 109; Keller *Die antike Tierwelt* I 216; Gossen *PW* s. v. Hase 2479 s.).

De leone cf. VIII B 5.

g) Scorpius serpens, bestiola muscae similis loco Priapi sacro IV H 74 versantur, quod quamquam a rerum natura nequaquam abhorret, artifex tamen haec animalia quodammodo ad Priapum videtur rettulisse: scorpium enim et serpentem malo oculo inimicos esse constat, cf. si nihil aliud Jahn *Ber.* 96 ss. et ectypum, unde ille celeberrimam commentationem suam exorsus est (cf. Keramopullos, *Ὁ ἀποτυμπανισμός* 121 n. 2). Volans autem illud animal fortasse apis est, quae duplici ratione ad Priapum pertinebat, cum et apotropaea videretur (Jahn l. c. 99 s. 109; A. Blanchet, Rev. étud. anc. XXIII (1921) 47) et sub tutela eius esset (VI B 1 f. 3 c). Ceterum etiam musca apotropaea fuit (J. Tuchmann, Mélusine VIII (1896/97) 14; Blanchet l. c. 47).

h) Aquila Iovis sacra Priapo Pantheo adsidet IV D 12; in arbore Priapi coronam rostro gerens IV H 30 sedet. Ceterum in hac ave etiam magica quaedam fuit vis (Tuchmann l. c. 14; Blanchet l. c. 46).

i) De asino cf. VII A 5d. F 1a.

k) De delphino cf. VI B 5bδ p. 217.

5. De arboribus herbisque sacris.

a) Inter arbores, sub quibus simulacra Priapi saepissime constituuntur (VII B 1i), haec genera commemorantur sive in imaginibus agnoscuntur:

α) Ficus, quae ad Priapum intima ratione pertinet (V A 1a): III B 3α et γ. IV E 35. H 81. Cf. Priap. 69.

Arbores pomiferas Priapo imprimis gratas acceptasque esse consentaneum est.

β) Malus: Priap. 61. IV D 98a, cf. 87.

γ) Olea: Theocrit. epigr. 4, 7. IV H 77. Olea viti maritata: IV H 74 (cf. Theocrit. l. c.).

δ) Vitis: IV D 95. Cf. IV E 37. Theocrit. epigr. 4, 8s., item sub α et ϰ. Vitis maritata etiam III B 3α. IV E 47.

ε) Pinus, arbor fecundissima (L. Deubner, De incubatione, Lips. 1900, 45s.), Panis et Silvani propria: IV D 98b. E 48. H 60. 87. 98. Cf. V D 2.

ζ) Sub myrto Priapus in luco Veneris stat (IV E 36), sed etiam loco ipsius sacro (Theocrit. epigr. 4, 7). Fronde myrtea pila ornata est (IV H 60). Cf. etiam De dis Atticis 16.

η) Saepe Priapus sub quercu stat, quae arbor in ectypis creberrima est: IV D 97a. 98a. E 46. 83. H 61. 65. 78. 202. Cf. Theocrit. idyll. 1, 21ss. epigr. 4, 1. Ceterum quercus etiam Panis sacra est (Paus. VIII 54, 3).

ϑ) Denique sub cupresso stat (Theocrit. epigr. 4, 7), sub ulmo (Theocrit. idyll. 1, 21), sub taxo (IV D 97), sub platano (IV D 98b. H 69. 79. 132).

ι) Inter palmas Priapus Aegyptiacus solet esse (VIII A 2); huius arboris vis contra mala valet. Cf. etiam IV D 82. I 5. V G 1.

ϰ) Coronam hederaceam item atque pampineam a Baccho mutuatus est (III B 4. V D 2. VIII G), id quod iam Car. Paschalius, Coronae, Lugd. Bat. 1671 p. 58, intellexit; phallicam quandam vim olim in hedera fuisse putant Gruppe 786 n. 5 (cf. p. 855 n. 2) et J. Klein *Der Kranz bei den alten Griechen*, progr. Günzburg 1912, 31 n. 2.

λ) Frondem lauream (apotropaeam) figura IV E 47 tenet.

b) Haud raro (velut III B 3c. IV H 35) arbores sacrae foliis nudae sunt, scilicet inde ab antiquissimis temporibus religiose conservatae (V A 1); potuit sane haec res in iocum verti (Priap. 61), nam id admodum exspectandum erat, ut fecunditatis auctor suis

ipsius arboribus prospiceret. Tamen non desunt monumenta, in quibus frondosas inveniamus arbores (IV D 98. H 80. 105, cf. H 93).

c) Inter flores rosae, cum Veneris sacrae sint, maxime ad Priapum pertinent, quas inter poma sinu gestat IV G 1; papavera seminosa apud simulacra eius nata vides IV E 47. H 24. Cf. VII F 2 ca. VIII A 1 c. Inter herbas eruca Priapi propria est (Priap. 46, 8. 51, 20; Colum. X 108 s.), cum membri vires excitet. Caerefolio caput dei ornatum esse dicitur IV C 17, ulva IV E 90. Quas custodiat herbas, ridicule ipse enumerat Priap. 51, quod carmen ex Verg. Priap. 86 expressum esse Birt *Erklärung des Catalepton* 46 censet.

G. De festis atque singulis caerimoniis. Cf. p. 8. 32.

1. Prudent. contra Symm. 1, 111 s.:

hic deus e patrio praenobilis Hellesponto
venit ad usque Italos sacris cum turpibus hortis.

Mart. III 68, 7 s. de sua Terpsichore:

schemate nec dubio, sed aperte nominat illam,
quam recipit sexto mense superba Venus.

Mentulam Priapi dici e duobus qui sequuntur versibus satis perspicitur (cf. V C 1); ergo cum ambiguitate obscaena (III A 3 d. D 7) dies quidam festus significatur, quo Priapus Veneris sacro recipiebatur (VIII P 1, cf. J. Marquardt *Römische Staatsverwaltung* III Lips. 1878, 555). Pro sexto mense necesse videtur W. Gilbertio p. XIV editionis suae quartum reponi, quo sane aptior illi caerimoniae reperiri potest locus; sed in re plane incerta cautius a coniecturis abstinebimus, praesertim cum altero testimonio nova nobis difficultas exoriatur, quod testimonium exstat apud Schol. Bern. Verg. buc. 7. 33 (p. 810 Hagen): ‚*Priape custos horti*', *quia Priapus hortis praeesse dicitur, unde et mense Martio Priapeia sacra celebrantur.* De idibus Martiis cogitari potest.

Dies feriarum apud Petron. 134, 7 commemoratur.

2. De pervigiliis mysteriisque.

a) Priap. 34:

Cum sacrum fieret deo salaci,
conducta est pretio puella parvo
communis satis omnibus futura,
quae quot nocte viros peregit una,
tot verpas tibi dedicat salignas.

Sacrum non est *sacrificium*, ut interpretatur Maggi.

b) Apud Petron. 16ss. Encolpium, Ascyltum, Gitona *sacrum* Priapi (16, 3) turbasse eaque re *inexpiabile scelus* (17, 6) admisisse Quartilla sacerdos queritur; quamquam autem impune neminem quod non liceret aspexisse monet (17, 4), paulatim ad preces descendit atque adulescentes illos sic appellat (17, 8s.): ‚*maior in praecordiis dolor saevit, qui me usque ad necessitatem mortis deducit, ne scilicet iuvenili impulsi licentia quod in sacello Priapi vidistis vulgetis deorumque consilia proferatis in populum. protendo igitur ad genua vestra supinas manus petoque et oro, ne nocturnas religiones iocum risumque faciatis neve traducere velitis tot annorum secreta, quae vix mille homines noverunt.*‘ Qualia autem haec sacra fuerint, ex poenis, quas dei iussu Quartilla ab illis repetit (c. 19ss.; cf. VI C 3d), satis divinare possumus, praesertim cum *pervigilio* res finiatur, cf. 21, 7: ‚*Itane est?*‘ *inquit Quartilla,* ‚*etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?*‘ Cf. Weinreich *Genethliakon W. Schmid*, Stuttg. 1929, 396s. Ceterum alios deos mysteriis Priapi adiunctos fuisse haud improbabile est, cum de *deorum* consiliis Quartilla loquatur (cf. Jessen 2967); at cf. 137, 8. Quod autem illam regionem *praesentibus* (cf. VI C 3f) numinibus plenam esse sacerdos gloriatur (17, 5, cf. VII B 2e), de pluribus deis cogitat, quos non tantum sacrarum imaginum specie adesse, sed etiam ipsos meantibus occurrere ostentatione ridicula praedicat (cf. K. Kerényi *Die griechisch-orientalische Romanliteratur*, Tub. 1927, 98 not.).

c) Talium sacrorum Hieronymum memorem fuisse, cum mysteria obscaena Israelitarum Priapo tribueret, M. Vernes exposuit, cf. VIII B 2.

d) Improprie (cf. Lobeck, Aglaophamus 651s. n. p) poeta anonymus (cf. VII F 3p) Anth. Pal. V 199 *ἱερὴν παννυχίδα* nocturna amoris gaudia vocat velut Meleager Anth. Pal. VI 162 (meretrices hoc nomine appellantur: Ioseph. bell. Iud. 1, 511; Lucian. dial. meretr. 9; Petron. 25, 1, cf. Stephani, Compte-rendu 1860, 12s.; E. Maaß *Arch. Jahrb.* XXI (1906) 89ss.; Ch. Fränkel *Satyrnamen* 59; K. Mras *Wien. Stud.* XXXVIII (1916) 330s.). Cur *τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος* Priapo dedicentur, Wilamowitz explicat *Hell. Dichtung* I 145 n. 2: *Der Gott war unter ihnen und hat sie gesegnet*; sed *ξείνια* etiam simpliciter dona votiva vocari possunt (velut Anon. Anth. Pal. V 204, 6).

3. Intererat Priapus etiam aliorum deorum, imprimis Bacchi sacris arcanis (VIII G) atque fortasse etiam Cereris mysteriis,

quae posterioribus temporibus cum Liberalibus coniuncta erant (IV II 104, cf. 105).

Diodor. IV 6, 4 (inde Euseb. praep. evang. II 2, 14): *ἔν τε ταῖς τελεταῖς οὐ μόνον ταῖς Διονυσιακαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις οὗτος ὁ θεὸς τυγχάνει τινὸς τιμῆς, μετὰ γέλωτος καὶ παιδιᾶς παρεισαγόμενος ἐν ταῖς θυσίαις.*

Haec tamen verba non de ipso Priapo, sed in universum de phallo interpretanda videntur, cum Diodorus antea nonnullorum sententiam laudaverit, qui phallum divinitate humanaque specie indutum dicebant illum esse (VI E 3b). Ab Eusebio pendet Theodoret. Graec. affect. cur. I 111 s. (cf. III 84), qui *hierophantarum* scientiae arcanae librisque sacris ascripsit allegoricam interpretationem genealogiae Priapi (III A 2b), quippe quam paulo ante apud Eusebium legisset verbo *φασί* inductam. Mysteria Lampsacenorum ab eo significari Foucart in libro p. 218 laudato p. 39 censuit, sed de Lampsaco nullum verbum fit atque omnino Theodoretum hariolari satis apparet.

Neque tamen veridissimile est Priapum in variorum deorum orgiis locum quendam habuisse; quamquam quod Iuven. 6, 316 s. eas mulieres, quae Bonae deae secretis intererant, *Priapi maenades* vocat, non revera hunc deum inter orgia illa cultum esse dicit, sed Bacchanalia sive potius Priapi sacra (cf. schol.) in comparationem vocat, cum eiusdem notae furorem describit:

Nota Bonae secreta deae, cum tibia lumbos
incitat et cornu pariter vinoque feruntur
attonitae crinemque rotant ululantque Priapi
maenades, o quantus tunc illis mentibus ardor
concubitus, quae vox saltante libidine, quantus
ille meri veteris per crura madentia torrens — etc.

De dea Atargati cf. VIII B 5. De Orphicis cf. VIII K.

4. Sacrorum Priapeorum summam in phallo fuisse consentaneum est, qui revelabatur vel erigebatur, ut spectantibus vis dei patefieret.

a) In ara Aquileiensi (III B 3 a γ) Silenus Priapo sacra facturus phallum eius folliculo quodam velat; figurae aeneae IV D 65 phallum iam velatum videmus, scilicet ut mox caerimonia sollemni revelaretur erectus. Optime explicavit Michaelis p. 89 ss. Huiusmodi ritus fortasse iam apud Lampsacenos in usu fuit: nimirum quod in eorum nummis Priapus plerumque anasyrmatis gestu insignis est (IV A 2), ad cultum referendum videtur, cf. p. 8.

b) Simulacri marmorei IV G 1 phallum duo Amores filis agitant (Jahn *BJ* p. 59), puerili imitatione ut solent ritum verum sollemnemque exprimentes (cf. VIII P 1). Hic autem ritus non minus antiquus esse potest, fortasse ab Aegyptiis desumptus, quos in phallagogiis simulacra parva circumtulisse Herodot. II 48 tradidit, quorum ingentes phalli nervis agitabantur, quare *νευρόσπασια* dicebantur; cf. Lucian. de dea Syria 16; Athanas. hist. Arian. ad monach. 57 extr. Migne XXV col. 761 (cf. A. v. Gutschmid apud A. Wiedemann *Herodots zweites Buch*, Lips. 1890, 224 n. 1).[1]

Cf. IV D 60 (p. 104).

5. Ceteroquin sacra Priapea posterioribus saltem temporibus videntur Bacchanalium haud ita dissimilia fuisse (IV H 93. 166 cf. 167. 168. 185), qualia in tot imaginibus a divis sive hominibus horum habitu indutis celebrari videmus (cf. VII D 3). Collucentibus per tenebras facibus furore instincti fanatico ad tibiarum (etiam lyrae: IV H 185, cf. 158. 159) cantum vel tympanorum cymbalorumque pulsum (nonnumquam scabillo rhythmum moderante, cf. VIII B 5) saltabant (cf. etiam Priap. 19), sicuti ipsum Priapum saltatorem fingebant, cf. VI C 2. Huius autem furoris in vino non minimam causam fuisse facile suspicaris, quippe qui motus vehementia fessi rursus vino se dedere solerent, sicut ipsi Priapo Maec. Anth. Pal. VI 33 (VII F 3 i) vasa potoria donari facit,

ὡς ἂν ὑπ' ὀρχησμῶν λελυγισμένον ἔγκοπον ἴχνος
ἀμπαύσῃς, ξηρὴν δίψαν ἐλαυνόμενος.

Cf. pervigilium illud Petronianum (cf. sub 2 b) et Oenotheae sacerdotis nomen satis perspicuum, praeterea VII F 1 b *α*. Sacrificia inter haec orgia deo oblata esse consentaneum est (cf. VII F 1 b *α*), de libidinibus verbis non opus pluribus.

[1] De neurospastis profanis cf. H. Blümner *SB Münch.* 1918, 6 p. 23. 48 s.

VIII. Quae rationes Priapo cum aliis numinibus intercesserint

De deis barbaris

A. Priapo cum deis quibusdam Aegyptiis necessitudo intercedebat. cf. p. 238.

1. Idem habebatur atque Horus.

a) Excerptum *περὶ ἀγάλματος Πριάπου* servatum a Suida s. v. *Πρίαπος* 2, quem exscripsit Eudocia personata p. 576 Fl., et a Ps.-Codino de orig. Const. 2, 12 ed. Th. Preger, Script. orig. Constant. II 156 s. cf. *Beiträge zur Textgeschichte der Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως*, progr. Monac. 1895, 28 ss.) atque inter excerpta codicum Lipsiensis ed. G. Tischendorf, Anecdota sacra et profana, Lips. 1855 ²1861, 64 nr. 23 et Parisini ed. M. Treu, progr. Ohlav. 1880, 7, 1 ss.: hoc excerptum ad Lydum redire Tischendorf et L. Traube, Varia libamenta critica, Mon. 1883, 28 ss., contenderunt (cf. Preger *Beiträge* 29; F. Börtzler *Porphyrios' Schrift von den Götterbildern*, diss. Erlang. 1903, 66), neguaverunt tamen sive dubitaverunt I. F. Schultze, Quaestionum Lydianarum part. pr., diss. Gryph. 1862, 5, et R. Wünsch in praefat. ad Lyd. de mens. p. XIV s. De auctore Lydi cf. VI E 3 c β p. 238.

Τὸ ἄγαλμα τοῦ Πριάπου, τοῦ Ὥρου παρ' Αἰγυπτίοις κεκλημένου, ἀνθρωποειδὲς ποιοῦσιν, ἐν τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατέχον, ὡσανεὶ παρ' αὐτοῦ φανεῖσαν τὴν ξηρὰν καὶ τὴν θάλασσαν· ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ κρατοῦν τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ ἐντεταμένον, διότι τὰ κεκρυμμένα ἐν τῇ γῇ σπέρματα φανερὰ καθίστησι· τὰ δὲ πτερὰ τὴν ταχυτῆτα τῆς κινήσεως· τὸν δὲ κύκλον τοῦ δίσκου τὴν περιφέρειαν. ταὐτὸν γὰρ τῷ Ἡλίῳ δοξάζουσιν.

Suidam exscripsi, cum ea quae apud ceteros testes discrepant aut non genuina aut minoris saltem momenti viderentur: suo quidem Marte illi in fine descriptionis imaginis inaniter repetunt; quod vero *δηλοῖ* post *κινήσεως* addiderat nonnulli codices Suidae et Eudocia, *αὐτοσχεδίασμα* est, quo verba ab excerptore male contracta planiora fieri volebant; neglegentius Ps.-Codinus, quem Preger (quam correxit, cum sic ederet: *ἔχει δὲ καὶ πτερὰ διὰ τὴν ταχυτῆτα τῆς κινήσεως· τὸν δὲ κύκλον τοῦ δίσκου ⟨διὰ⟩ τὴν περιφέρειαν.*

Hor, cuius signum orbis solis alatus est, hoc simulacrum minus est quam dei Min, qui cum idem atque ille ab Aegyptiis putaretur (Plut. Is. et Osir. 56, cf. Parthey ad h. l. p. 252), signo

illo solari instruebatur, cf. R. V. Lanzone, Dizionario di mitologia egizia, Taur. 1881/6, 935 ss.[1] Huius enim dei proprius gestus ille generandi (cf. sub 2), dextra autem manu is flagrum tenere solet (cf. Steph. Byz. s. v. *Πανὸς πόλις*), quod hominem illum Graecum errore pro sceptro habuisse P. E. Iablonski, Pantheon Aegyptiorum I Francof. Viadr. 1750, 291 (cf. 209 s. 288), putat; at etiam sceptrum Min nonnumquam tenet, cf. Lanzone tab. CCCXXXII 1.

b) Procop. de bell. I 19, 27 ss. narrat Diocletianum frustra, ut Blemyarum Nubaeorumque vim a Thebaide prohiberet, regionem, quae *Δωδεκάσχοινος* dicitur, Nubaeis concessisse, qua Blemyas arcerent, et in insula Philis cultu communi eorum numinum, quae utrique venerabantur, instituto barbarorum et Romanorum amicitiam confirmare conatum esse.

§§ 35 ss.: *ἄμφω δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη, οἵ τε Βλέμυες καὶ οἱ Νοβάται, τούς τε ἄλλους θεούς, οὕσπερ Ἕλληνες νομίζουσι, πάντας καὶ τήν τε Ἶσιν τόν τε Ὄσιριν σέβουσι καὶ οὐχ ἧκιστά γε τὸν Πρίαπον. οἱ μέντοι Βλέμυες καὶ ἀνθρώπους τῷ Ἡλίῳ θύειν εἰώθασι. ταῦτα δὲ τὰ ἐν Φίλαις ἱερὰ οὗτοι δὴ οἱ βάρβαροι καὶ ἐς ἐμὲ εἶχον, ἀλλὰ βασιλεὺς αὐτὰ Ἰουστινιανὸς καθελεῖν ἔγνω. Ναρσῆς γοῦν . . . τῶν ἐκείνῃ στρατιωτῶν ἄρχων τά τε ἱερὰ καθεῖλε βασιλέως οἱ ἐπαγγείλαντος καὶ τοὺς μὲν ἱερεῖς ἐν φυλακῇ ἔσχε, τὰ δὲ ἀγάλματα ἐς Βυζάντιον ἔπεμψεν.*

De his rebus cf. U. Wilcken *Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde* I 1, Lips. 1912, 30. 68 ss. 134; J. Geffcken *Der Ausgang des griechisch-römischen Heidentums*, Heidelb. 1920, 195. Priapus hoc loco nemo alius dicitur nisi Horus, Isidis et Osiridis filius.

c) Horus puer, cum saepius phallo permagno instrueretur, tamquam Priapus etiam ithyphallus a figulis Graecanicis fictus est, ita quidem ut illius exemplo sinistra manu vestem paululum allevet quamvis ipso phalli tumore suspensam (IV C 13. 14) eademque manu fructus cum spicarum fasciculo floribusque (papavera Maspero agnovit) sustineat (IV C 13). Tamen si omnem huius pueri divini habitum et blandum eius nitidumque os spectes,

[1] Ceterum apud Graecos Priapus ipse numquam alatus invenitur, cum phallicis imaginibus omnino alae maxime conveniant, cf. Jahn *Ber.* 76 ss.; Friederichs *Kleinere Kunst* p. 290; G. Karo, Strena Helbigiana, Lips. 1900, 154 n. 2; P. Wolters *Bonn. Jahrb.* CXVIII (1909) 267 not.; De dis Atticis 37. 40 s. *Mus. Rhen.* LXXVI (1927) 431 (cf. Ch. Lenormant, Rev. numism. 1838, 12; E. de Chanot, Gaz. arch. I (1875) 112 s.); W. Deonna, Genava VI (1928) 71 nr. 40 cum n. 3; O. Weinreich *PhW* 1930, 983.

Harpocratem potius cum mansisse quam Priapum factum esse dicas; apte W. Weber *Die ägyptisch-griechischen Terrakotten*, Berol. 1914, 182, imagines Hori comparavit item cucullo puerili (cf. V F 1) usuti (W. M. Flinders Petrie, Roman Ehnasya, Lond. 1905 tab. XLVIII fig. 53. 54.). Ceterum hic Horus sive Priapiscus, quem dextra tempori admota more quasi militari (Dar.-Saglio IV 2 p. 1060 fig. 6094) Weber 182 (cum n. 12) salutare dicit (Perdrizet, Terres cuites Fouquet 1921 p. 30, avibus furibusque eum minari putat), hoc gestu apud Alexandrinos haud ita raro bona hominibus prosperare videtur, ut solent dei manu sublata, cf. W. Deonna, Rev. de l'hist. des rel. XL tom. 80, 1919, 73 ss.[1]

2. Min vel Chem. Aegyptiorum deus ithyphallus *κατ' ἐξοχήν*, qui Panopoli colebatur, quamquam a Graecis Pan vocari solebat, tamen facile etiam cum Priapo confundi poterat, id quod ex testimonio supra allato (sub 1 a) satis apparet. Cf. Weber l. c. 105 s. et 182 (etiam 73 ss.); J. Vogt *Expedition Sieglin* II 2, Lips. 1924, 32 ss. Sane quod ille phallum erectum manu comprehendens ab artificibus nonnumquam fictus est, non Aegyptiis deberi videtur (IV C 16 b, cf. V C 4)[2], neque crurum pedumque arte inter se compressorum habitum inde translatum esse putabimus (V E 2); flagrum vero dei Panopolitani exemplo manu dextra attollit Priapus a figulis Graecanicis figuratus (IV C 15. 16). Etiam quod figurae Priapi aut solius aut cum Venere coniuncti saepe palmis (floribus: IV C 16 b) includuntur, ad dei Min imprimis auctoritatem revocandum videtur (Weber 123. 182; Vogt 32 s.), quamquam arbores ne ab Horo quidem (Petrie l. c. tab. XLVIII fig. 67 et 68, cf. Weber 182 n. 14; Perdrizet p. XXIII) sive ab ipso Priapo (VII B 1 i) alienae sunt. Ab utroque igitur latere (ab altero tamen IV C 6 b) palmae adstant pomis semper fere onustae, aut mediam fere corporis partem attingentes (IV C 2. 6) aut super caput eminentes; plerumque trichilae in modum aut ipsae leni fastigio ascendentes in unum competunt (IV C 3. 5. 9. 23) aut quasi fornice inter se coniunguntur (IV C 10. 14. 22. 24) corona florea (IV C 10? 24) sive fructibus (uvis) ornato (IV C 22, etiam 23). Nodi magici, quos Perdrizet agnoscere sibi visus est, Vogtio rectius fructus videntur

[1] Ceterum etiam in rudibus signis hic gestus invenitur, velut Augustae Trevirorum in museo provinciali figura aenea non phallica est dextra capiti admota, sinistra lateri inhaerente.

[2] Cf. etiam deum aliquem, cuius imaginem Ballod in libro p. 293 n. 1 laudato p. 64 s. fig. 78 praebet.

et ramusculi in orbes curvati (IV C 3. 5. 14). Et quod Perdrizet palmas non modo umbram, sed etiam sedem Priapo IV C 2 praebere dicit, habitu Priapi Besae simili deceptus est, cf. infra sub 3.

3. Etiam cum Besa (sive qui eius similes sunt dei)[1] necessitudo Priapo ita intercedebat, ut et facie et omni habitu eius similis fingeretur. Sane quod pinguis solet esse parvaque statura, magis ad universam Aegyptiorum artem pertinet; figurae IV C 1—5. 24 tamen Besae potissimum similitudinem referunt cruribus divaricatis atque genibus paulum inflexis, praesertim cum manus minus vestem allevare quam feminibus impositae esse videantur (cf. imprimis IV C 3). Phallum ingentem quasi clavam in terram pendentem in figura IV C 15 aeque videmus atque in Besae imaginibus multis aliorumque numinum similium, quamquam talia ab arte Graecorum nequaquam aliena sunt. Maxime autem vultum Priapi ad Besae similitudinem admodum foedum atque trucem finxerunt (C. M. Kaufmann *Graeco-ägypt. Koroplastik*[2] Lips. 1915, 102 s.), rarius serenum ita, ut Sileni quoque memoria revocetur (IV C 6 c. 9. 12); Herculis similis facies figurae IV C 7 esse dicitur. Imprimis supercilia turgida, nasum resimum, labra spissa, etiam aures grandes a capite longe prominentes respicias (cf. maxime IV C 17). Maximi vero momenti est, quod eam barbae formam Priapus a Besa mutuatus est, quam haud raro in figuris vere Graecis et Romanis invenimus (cf. V D 1), semper fere in figuris Aegyptiacis magis minusve expressam: mentum enim intonsum villis includitur aut sine ordine pendentibus (IV C 5. 12. 24) aut ad certum numerum redactis (sive quattuor: IV C 2. 6 partim. 9. 21, sive sex: 6 partim. 15), quorum duo a mystace descendere solent. Archaicae Graecorum artis ritu comptos vides sicut ipsam comam in figuris IV C 1. 2 c. 7.

4. A Sarapide[2] Priapus modium mutuatus est (cf. Weber 182; Kaufmann 102; Vogt 33), quo figurae Aegyptiacae fere omnes ornatae sunt; saepe subest aut mitra (IV I 4) aut corona

[1] De Besa cf. F. Ballod *Prolegomena zur Geschichte der zwerghaften Götter in Aegypten*, diss. Monac. 1912 (Moskau 1913).

[2] O. Barkowski, De carmine adversus Flavianum anonymo, diss. Regim. 1912, 41, Priapo necessitudinem ideo cum Sarapide fuisse statuit, quod is idem Bacchus putaretur (Diodor. I 25). Sed Bacchi magistrum eundem Sarapidis tutorem fuisse ex carmine in Flavianum scripto concludi non potest, cum v. 50 a v. 48 s. itemque a v. 47 (quo Mithrae potius quam Isidis cultum significari puto) plane seiungendus sit (cf. p. 168), sicut Etruscorum amicitia et quae sequuntur nihil ad Sarapidis cultum pertinent.

florea (IV C 5. 6. 21), nonnumquam (IV C 10? 12, cf. E 39) satis ampla (taeniis redimita), quali corona figurae muliebres saepe instructae sunt mortuorum comites, quas supra p. 180 commemoravi, item Horus (Perdrizet tab. LXXVIII nr. 325; Vogt tab. XI 1. XX 4. LXIII), Satyrus (Perdrizet tab. LXVIII nr. 214) aliique. Orbe solis ornatus est modius IV C 18 (cf. Kaufmann 103). Duos modios subdita corona florea figura IV C 5 habet.

5. Diodor. IV 6, 3: *οἱ δ' Αἰγύπτιοι περὶ τοῦ Πριάπου μυθολογοῦντες φασι τὸ παλαιὸν τοὺς Τιτᾶνας ἐπιβουλεύσαντας Ὀσίριδι τοῦτον μὲν ἀνελεῖν, τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ διελόντας εἰς ἴσας μερίδας ἑαυτοῖς καὶ λαβόντας ἀπενεγκεῖν ἐκ τῆς οἰκείας λαθραίως, μόνον δὲ τὸ αἰδοῖον εἰς τὸν ποταμὸν ῥῖψαι διὰ τὸ μηδένα βούλεσθαι τοῦτο ἀνελέσθαι. τὴν δὲ Ἶσιν τὸν φόνον τοῦ ἀνδρὸς ἀναζητοῦσαν καὶ τοὺς μὲν Τιτᾶνας ἀνελοῦσαν, τὰ δὲ τοῦ σώματος μέρη περιτλάσασαν εἰς ἀνθρώπου τύπον, ταῦτα μὲν δοῦναι θάψαι τοῖς ἱερεῦσι καὶ τιμᾶν προσιάξαι ὡς θεὸν τὸν Ὄσιριν, τὸ δὲ αἰδοῖον μόνον οὐ δυναμένην ἀνευρεῖν καταδεῖξαι τιμᾶν ὡς θεὸν καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. περὶ μὲν οὖν τῆς γενέσεως τοῦ Πριάπου καὶ τῆς τιμῆς τοιαῦτα μυθολογεῖται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν Αἰγυπτίων.*

Fabula ad phallagogia explicanda inventa (Weber 73 s.), quae secundum Hecataeum Abderitam (cf. E. Schwartz *Mus. Rhen.* XL (1885) 228 ss. *PW* s. v. Diodoros 671 s.) a Diodoro I 21 s. (cf. imprimis 22, 6 s.) narratur (cf. Plutarch. Is. et Osir. 18, 36; Wiedemann *Herodots zweites Buch*, Lips. 1890, 225), hoc loco ex auctoritate viri docti cuiusdam hellenistici Graecis nominibus Titanum et Priapi aucta est. Sequebatur autem hic vir doctus quam Diodorus ante explicavit sententiam eorum, qui Priapum phallum esse putaverunt divinitate indutum, cf. VI E 3 b. Vix igitur ex hac fabula colligi potest (Weber l. c. 182) Priapum revera in cultum Osiridis penetrasse; ea potius re mythographus ille nititur, quod Priapus in cultu Bacchi locum habuit, qui idem Osiris habebatur (cf. Diod. I 22, 7). De ipsa fabula cf. etiam G. Kaibel *GGN* 1901, 513.

6. Paamyles *θεὸς πριαπώδης* dicitur, cf. II D 8.

Priapi ipsius cultum ab Aegyptiis olim in regionem Hellespontiacam allatum esse iniuria Zoega, Bassirilievi II 166 not., putavit, neque magis recte alii viri docti originem eius ex Aegypto derivaverunt (Lee A. Stone, The story of phallicism, Chicago 1927, I 23 s. 29. II 120), cf. etiam Voß *Myth. Briefe* II² 345.

B. Priapi nomine etiam aliorum populorum dei appellari potuerunt.

1. *Πριάπιος λιμήν* in insula Taprobane situs a phallico cultu indigenarum appellatus videtur esse, cf. II D 5a p. 56.

2. Vulg. regg. I (III) 15, 13: Insuper (sc. Asa) et Maacham matrem suam amovit, ne esset princeps in sacris Priapi et in luco eius, quem consecraverat, subvertitque specum eius et confregit simulacrum turpissimum et combussit in torrente Cedron.

Chron. II 15, 16: Sed et Maacham, matrem Asa regis, ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi, quod omne contrivit et in frusta comminuens combussit in torrente Cedron (sc. Dominus? errore Hieronymi, subiectum debuerat esse Asa).

Agitur de Ascherae sacris obscaenis, quae Hieronymus (cf. comm. in Os. 4, 14) suo Marte Priapo tribuit. Cf. M. Vernes, Journ. asiatique ser. XI tom. XV (1920) 100 ss.

3. Hieron. de nom. hebr. p. 101, 28 ss. Lagarde, p. 45, 17 ss. Klostermann: Beelfegor, quod interpretatur simulacrum ignominiae, est autem idolum Moab cognomento Baal super montem Fogor, *quem Latini Priapum vocant, et de hoc in libris Hebraicarum quaestionum plenius dictum est.*

Quae cursivis litteris exaranda curavi, Hieronymus non ex Eusebio vertit, sed de suo addidit.

Cf. comment. in Os. 4, 14 (Patrol. lat. ed. Migne vol. XXV col. 851 s.): colentibus maxime feminis Beelphegor ob obscoeni magnitudinem, quem nos Priapum possumus appellare. Ibd. 9, 10 s. (col. 896): Beelphegor idolum Moabitarum, quem nos Priapum possumus appellare. Adv. Iovinian. 1 22 (Migne XXIII 241): proprie quippe Phogor lingua Hebraea Priapus appellatur.

Hieronymo utuntur auctore Isidor. or. VIII 11, 24 et Ps.-Rufin. comment. in Os. 9, 10 (Migne XXI 1008): Beelphegor quem figuram Priapi dixerunt tenere; cf. paulo inferius: en quibus tantae fuit paternae dignitatis oblivio, ut cum maiores eorum in salutem eligi mundo pereunte meruissent, isti deinceps stultitia in eis et obscoenitate certantibus Priapos vitulosque venerati sunt.

Hieronymus igitur Beelphegor (cf. de hoc deo W. Baudissin *Realencyklopädie für protest. Theol. und Kirche* s. v. Baal und Bel II 334; Cumont *PW* s. v. Beelphegor), quem alii eundem Saturnum (i. e. *Κρόνον*) esse contenderunt, suo Marte Priapum interpretatus est.

4. Ad Priapi fortasse similitudinem saepius barbari dei efficti sunt, velut figura aenea IV H 53 deum Gallicum expressum esse suspiceris, quem Priapum nominabant. Scilicet in multis regionibus ex antiquis temporibus phallica numina culta sunt, velut Nesactii (M. Hoernes *Jahrb. d. Zentral-Kommiss.* III 1 (1905) 343; Reinach. Rép. stat. IV 40, 7; A. Gnirs *Pola* Vindob. 1915, 166ss. *Istria praeromana*, Karlsbad 1925, 113ss.). Cf. VII C 6.

5. Ad religionem deae Syriae, quae Atargatis vocabatur, Priapum relatum esse non veridissimile est, cum omnis vitae causam in ea esse rati (Plutarch. Crass. 17, 10) imagines phallicas in templo eius posuerint (Lucian. de dea Syr. 16, cf. 28s.; cf. Höfer *Rosch.* s. v. Syria 1632). Huic rei etiam imago IV H 94 testimonio esse potest, nisi forte minus iusta de causa Priapi herma, quem tam saepe in Bacchi sacris artifices Graeci et Romani effinxerunt, etiam huic imagini quasi spatii explendi gratia additus est. Hanc imaginem non ad ea spectacula pertinere, quae turbae in foris praebebantur, sed ad cultum eius deae, cuius leones sacri in fanis versabantur (Lucian. l. c. 41), editorem recte exposuisse credo; coniecit igitur certamen, quo tympanistria et scabellarius (idemque tibicen) ut olim Apollo et Marsyas inter se contenderent, a leone ut vicario deae ita diiudicari, ut tympanistriam benevole respiceret, scabellum pede opprimeret illumque pulsu pedum tibiarum cantum modulari cogeret, qua re sacerdotes deae Syriae non modo tympanum a maioribus traditum scabello novissime a Graecis Romanisque accepto esse praeferendum, verum etiam a patrio cultu ritus adventicios arcendos significasse credit. Equidem scabellum non ut sileat, sed ut sonet a leone premi putaverim; in festis igitur deae (cf. Lucian. 50) sollemnem tibiarum cantum non modo ipse tibicen pulsu pedum modulatur, sed etiam femina illa et leo tympani et scabelli sono coniuncto: illis enim temporibus antiqua consuetudo non iam omnino valebat, ut qui tibiis caneret idem scabello uteretur. De scabello cf. Leonard *PW* s. v., praeterea Perdrizet, Bronzes Fouquet p. 68ss. Terres cuites Fouquet tab. C nr. 324; F. Weege *Der Tanz in der Antike*, Hal. 1926, 13s.; Not. d. Scavi 1927, 73s. fig. 36 (p. 72). Satyrum tibicinem eundemque scabellarium nymphamque cymbalistriam in vasculis Arretinis IV B 3 vides, cf. etiam H. Lehner *Bonn. Jahrb.* 122 (1912) p. 424. 426; R. Zahn *Galerie Bachstitz's-Gravenhage* II (1921) tab. 76 nr. 207 p. 67s.; Bull. corr. hell. XXIII (1899) tab. IV p. 592s. (Zahn *Amtliche Be-*

richte XXXV (1913/14) 304). Ceterum fortasse Priapus etiam ad religionem Cybelae pertinuit, cf. VIII P 6.

De deis Graecis Romanisque

C. Priapi cultus IV. saeculo exeunte in Atticam allatus cum iis deis ithyphallicis, qui iam pridem ibi colebantur, confusus est, quamquam non omnes hi dei eadem sorte usi sunt; cf. quae fusius in dissertatione mea explicavi et huius commentationis p. 9 ss. Hoc cum ea re probari possit, quod inde ab illa aetate aequalium testimonia de antiquis deis fere omnino deficiunt, tum loci praesto sunt, quibus scriptores antiqui eo dicendi vel iudicandi genere quod tum fuit paene diserte hanc rem confirmant:

1. Strabo XIII 1, 12 p. 587/8: *Ἀπεδείχθη δὲ θεὸς οὗτος* (sc. *ὁ Πρίαπος*) *ὑπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ καὶ Κονισάλῳ καὶ Τύχωνι καὶ τοῖς τοιούτοις.*

Particula *ἀλλά* prima fronte mira videtur, habet tamen quo referatur: Strabo enim recentem deum Priapum esse cum Hesiodi auctoritate confirmaverit, alios tamen antea fuisse deos eiusdem generis dicere vult. Id igitur eum non ignorasse probabile est his deis postea Priapum quasi substitutum esse, etsi verbis non plus enuntiat quam ii, qui deos ithyphallicos *πριαπώδεις* dixerunt (II D 8).

2. Diodor. IV 6, 4: *Τοῦτον δὲ τὸν θεὸν* (sc. *τὸν Πρίαπον*) *τινὲς μὲν Ἰθύφαλλον ὀνομάζουσι, τινὲς δὲ Τύχωνα.*

Diodorus cum Priapum ab aliis Ithyphallum, ab aliis Tychonem nominari dicit, horum deorum nomina postquam cum illo confusi erant non prorsus e memoria hominum excessisse, sed cognominum loco maiori illi deo imposita esse significat.

3. Hesych. s. v. *Ὀρ[η]θάνης· τῶν ὑπὸ τὸν Πρίαπόν ἐστι θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον.*

4. Lex. Seguer. Bekk. Anecd. I 472, 24 s. Bachm. Anecd. I 173, 16 s.: *Ἀφρόδιτος· ὁ Ἑρμαφρόδιτος. παραπλήσιοι δὲ τούτῳ ἄλλοι δαίμονες· Ὀρθάνης, Πρίαπος.*

5. Phot. s. v. *Ὀρθάνης· πριαπώδης θεός· ἐκτέτεκται Ἑρμοῦ καὶ νύμφης.*

De lectione cf. De dis Atticis 22.

Similiter Schol. Lycophr. Alex. 538.

6. Schol. Synes. epist. 32, quod F. Boissonade *ex nescio quo Synesii codice* protulit (Epistolographi Graeci ed. Hercher p. LXXIII): *Κοτυς ἐστὶν ὄνομα θεοῦ ἐφόρου οὔσης τῶν αἰσχρῶν, ἥτις καλεῖται καὶ Κοτυτώ. Κονισάλοις· παιγνίοις. δαίμων πρια-*

πριαπώδης ὁ Κονίσαλος (sic!) καὶ τοῖς αἰσχροῖς ἀνακείμενος, ὡς Ἕλλάδιος φησίν.

7. Suid. s. v. κονίσαλος· κονιορτός. ἢ Κονίσαλος· δαίμων πριαπώδης· ἐκ τοῦ μὴ ὀκνεῖν καὶ ἐπὶ κόνεως μίγνυσθαι. καὶ κονισάλεος.

Eodem auctore usus Schol. Aristoph. Lys. 982: Κονίσαλος· δαίμων πριαπώδης ὁ Κονίσαλος· ἐκ τοῦ μὴ ὀκνεῖν καὶ ἐπὶ κόνεως μίγνυσθαι.

8. Tychonem cum Priapo coaluisse testatur Diodor. IV 6, 4, cf. sub 2. Eodem spectavit qui lemma ad Persae epigramma Anth. Pal. IX 334 (De dis Atticis 31 s.) scripsit, quem Diodorum inspexisse iure H. Stadtmüller negavit. Cf. W. F. Otto *Die Götter Griechenlands*, Bonn. 1929, 142. Non recte Kaibel *GGN* 1901, 495 (accessit Keramopullos, Ὁ ἀποτυμπανισμός, Ath. 1923, 87), Priapum ideo cognomine Tychonem appellatum esse censet, ut ei propter potentiam timendam mitius ac pulchrius nomen esset.

9. Hesych. s. v. Ἴλάων· ἥρως, Ποσειδῶνος υἱός, . . . ἄλλοι δὲ θεὸν πριαπώδη φασίν. Cf. De dis Atticis 56.

De Aphrodito cf. sub F.

Neque dubitari neque probari potest Lampsacenorum et Atticorum religiones ita inter se permixtas esse, ut cum plurima inter eas iam pridem similia fuissent, potentior ille deus Asiaticus non modo deis Graecis quasi victis suas leges imponeret, sed etiam ab Atticis nonnihil mutuaretur; certe quanta inter imagines in vasculis antiquis pictas (De dis Atticis 16 ss.) atque Priapi simulacra a posterioribus facta similitudo intercedat, vix est quod moneam.[1]

D. Non modo in Attica, sed etiam in aliis regionibus, ubicumque dei ithyphallici colebantur, sua auctoritate Priapum usum esse non est quod neges (cf. p. 11 s. De dis Atticis 9 s.).[2] Sed cum illorum deorum memoria admodum rara inveniatur, nihil fere est, quod probari possit; id tamen certum quod Usener *Tychon* 27 (cf. Leaf, Strabo on the Troad 76) pronuntiavit Orneis (cf. VII B 2 c) antiquum deum ithyphallicum nomen Priapi accepisse, cum ibi iam multo ante quam ille ab Hellesponto advenit

[1] Magis a solitis Priapi imaginibus differunt figurae aeneae geminorum deorum phallicorum una basi inter se coniunctae, quae in sacello rustico prope Chalcidem in Euboea inventae sunt (G. A. Papabasiliu, *Πρακτικά* 1912, 145 ss., cf. O. Kern *Arch. f. Rel.* XIX (1916/19) 552 s.; Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 161 n. 2).

[2] Iam pridem tamen varii dei phallici in Silenorum numero referebantur (cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 161 n. 2). Cf. etiam n. 1 et p. 310 n. 1.

huiusmodi cultus fuerit: aliter enim Strabo XIII 587 (test. 1 p. 35) suspicari non potuit cultum Priapi, nisi circa Lampsacum coeptus esset, ex illo oppido in Asiam translatum esse: *εἶτ' ἐξ Ὀρνεῶν τῶν περὶ Κόρινθον μετενηνεγμένου τοῦ ἱεροῦ εἴτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τὸν θεὸν ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὴ σφόδρα εὐάμπελός ἐστιν ἡ χώρα καὶ αὕτη καὶ ἐφεξῆς ὅμορος ἥ τε τῶν Παριανῶν καὶ ἡ τῶν Λαμψακηνῶν.* Vetustatem eius cultus idem testatur VIII 382: *Ὀρνεαὶ ... ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον, ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν.* Cf. I A. Ceterum iam Euphronium cultus originem ex hoc oppido derivasse non est quod suspiceris (Jessen 2968).

Etiam simulacrum illud Priapi spectatu dignum in Helicone constitutum, cuius descriptionem accuratiorem apud Paus. IX 31, 2 aegre desideramus (*ἐνταῦθα* [sc. *ἐν Ἑλικῶνι*] ... *καὶ ἄγαλμα Πριάπου θέας ἄξιον*), postea Priapi nomini addictum esse Usenerus l. c. non sine veritatis specie coniecit, quamvis quo tempore confectum sit ignoremus.

E. Romanorum deum ithyphallicum Mutinum (sive Mutunum) Titinum (vel Tutinum sive Tutunum)[1], utpote cuius cultus in ipsa

[1] R. Thurneysen *Mus. Rhen.* LXXVII (1928) 335 et 432, ut iam M. O'Briain *Zeitschr. f. kelt. Phil.* XIV (1923) 325, duplex huius dei nomen ex veterum Hibernorum sermone explicavit, qui membrum virile *moth*, muliebre *toth* dicebant, qua ratione formam quae est Tutinus antiquissimam esse efficitur. Hoc si recte disputatum videtur, in integro tamen de Titino res est: Titiorum enim deum, cum olim sui iuris fuisset, cum Mutino Tutino confusum esse suspicari licet. At magnam suspicionem id movet, quod cum virilem naturam in eo vigere appareat, alterius sexus naturae nullo modo particeps videtur fuisse. Hoc qui recte monuit F. Altheim in disputatione satis subtili de Mercurio Latinorum (*Griechische Götter im alten Rom* 39 ss., cf. *Römische Religionsgeschichte* I (Berol. et Lips. 1931) 107 ss.) ex Etruscorum religione Mutini Titini originem repetere studet. Is cum Titinum a Titiis cultum esse concedat, tamen in nomine huius dei ipsiusque gentis notionem phalli inesse credit; at huius rei nullum est testimonium: nam voces onomatopoeticas, quae sunt *τιτίς* et *titus*, antiquissimis temporibus siquidem omnino fuerunt hoc significasse eo minus est verisimile, quod vocabuli Graeci notio inter muliebrem et virilem sexum variabat; neque in nomine Tityi similibusque, quae recte cum nominibus Etruscis comparantur, maiore iure phalli notionem invenias quam in nomine Titanum (Altheim 66 ss., cf. quae in Mus. Rhen. l. c. 426 ss. dixi, etiam II D 8). Ergo Titum fuisse apud Etruscos genium ithyphallum qui demonstrari possit equidem non video; certe ut Fascinum, quem Vestales coluisse dicuntur (cf. VI E 3 b), et phallum ex foco surgentem, quo Romulus et Servius Tullius geniti esse narrabantur, a genio distinguere malo, ita Titinum ab illis plane abhorrere puto,

urbe usque ad Augusti principatum duraverit atque apud humiliores ita manserit, ut nominis forma vulgari pronuntiatione mutaretur, paullatim Priapi auctoritate submotum neque tamen cum eo confusum esse in Mus. Rhen. LXXVI (1927) 418 ss. explicavi (cf. supra p. 27). Neque enim deus Lampsacenus in sacellum veteris dei in Vellis situm penetravit neque pristinam ei religionem restituit; nam aris sublatis de illo sacello balneraria domus Cn. Domitii Calvini facta esse Fest. p. 154 M. 142 L. tradidit. Tamen Varronem in antiquitatibus divinis (XIV fr. 59 Agahd p. 176; cf. I fr. 39 p. 157 s.) hos duos deos pro uno habuisse Augustin. civ. dei IV 11 testis est: *Mutunus vel Tutunus, qui est apud Graecos Priapus.* Idem civ. dei II 14. IV 23. 34. VI 9. VII 24 de Priapo verba fecit, cum proprie Mutinus nominandus esset (cf. p. 240); testimonia exscripsi l. c. 421 s.

In censum non venit autoschediasma gloss. Salomonis (ed. August. Hain 14153. Vouillème Berol. 100. cf. CGIL I 167 ss.), quod Goetz laudat in Thes. gloss. emend. s. v. tutulus: *Tutulus sacerdos minorum deorum ut priapus (h. e. Tutunus* Goetz). Ipsa enim glossa ex Fulgent. expos. serm. ant. 14 transscripta est: *Varro in pontificalibus ait tutulos sacerdotes dici brevium deorum* (cf. Schol. ad Attonis polipt. 43 nr. 77 ed. Goetz), Priapi nomen exempli causa ex Fulgent. l. c. 11 sumptum: aegre igitur glossatorem illum Mutinum cognitum habuisse dicas.

Fortasse vero non Varronis solius hoc fuit commentum, sed iam Titii similiter de hoc deo iudicaverunt, quem proprium eius gentis fuisse persuasum mihi est. Exstant enim haud pauca exempla denarii a Q. Titio anno 90 fere a. Chr. n. percussi et a Traiano restituti, cf. imprimis E. Babelon, Monnaies de la republique romaine, II (Par. 1886) 489 s. nr. 1; H. A. Grueber, Coins of the roman republic in the British Museum, Lond. 1910, vol. I nr. 2220—24 tab. XXXVI 1; H. Mattingly et E. A. Sydenham, The roman imperial coinage II (Lond. 1926) 306 nr. 776 tab. IX

qui neque in foro umquam fuerit et extra domos privatas in templis quoque cultus sit. Iam vero cum Titinus ad Etruscos certa ratione referri non possit, de Matuto non minus dubito; nam si Altheim 57 muttonis vocabulum etiam apud Etruscos fuisse atque in Muttenorum ceterorumque nominibus servatum esse recte coniecit (quamquam satis lubricum de his rebus iudicium est), de Mutini tamen origine praeiudicatum nolim, quoad ab ipso vocabulo Latino nomen dei derivari posse videtur: equidem duas illas formas, quae sunt Mutinus et Matunus, inde ab Etruscorum temporibus in uno eodemque deo perstitisse minus facile credo quam certo tempore, cum huius dei cultus magis magisque ad vulgus descenderet, alteram ex altera depravatam esse. Ceterum a Lucilio 78 M. *mentinum* ioco sive errore ad antiquam pronuntiandi consuetudinem revocatum esse non dubito quin statuamus (Thurneysen 335 n. 1; Altheim 56 n. 2).

nr. 169; P. L. Strack *Untersuchungen zur römischen Reichsprägung des II. Jahrh.*, I Stuttg. 1931, 184 n. 801; quem denarium cum ab exemplo tetradrachmorum Lampsacenorum (IV A 1a) haud ita alienum esse appareat. Titium illum propterea suum deum ad similitudinem Priapi effinxisse verisimile est, quod necessitudo quaedam inter eos intercedere ei videbatur, cf. quae exposui l. c. 430s.

F. Hermaphroditum (cf. p. 10s. De dis Atticis 58ss.) eundem Priapum esse iudicaverunt viri docti quidam antiqui:

Mnaseas Patrensis ap. Schol. Lucian. Iup. trag. 6 (cf. test. 3 p. 36s.) FHG III 155, cf. L. Preller *Ausgewählte Aufsätze*, Berol. 1864, p. 323: *Μνασέας δὲ ὁ Πατρεὺς Ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει, ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱόν.*

Lex. rhet. Bekk. Anecd. 472, 24s. = Bachm. Anecd. I 173, 16s.: *Ἀφρόδιτος· ὁ Ἑρμαφρόδιτος. παραπλήσιοι δὲ τούτῳ ἄλλοι δαίμονες· Ὀρθάνης, Πρίαπος.*

Eadem supplevit A. Papadopulos-Kerameus in lexico Sabbaitico p. 3, 6.

Cf. etiam Diodor. IV 6, 5.

Hermaphroditum Priapo comparare non potuerunt, nisi phallus a principio illius ita fuisset proprius, ut etiam postea haud raro membro erecto fingeretur. Tamen hic deus, qui olim Cypro in Atticam advectus Aphroditus appellatus erat, non item ut ceteri dei ithyphallici, quos Attici venerabantur, cum Priapo coalescere potuit, quamquam huius adventu effectum videtur esse, ut cultus eius, quem a superstitioso Theophrasteo (char. 16, 10) diligentissime observari videmus[1], brevi tempore obso-

[1] Aliter Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 96 iudicavit, cum haec scriberet: *und als ein Ἀφρόδιτος bekannt ward und die Kunst Hermaphroditen bildete, ist niemals ein Gott in ihnen verehrt worden.* O. Immisch in editione characterum Lipsiensi 1897, 127ss. et H. Bolkestein *Theophrastos' Charakter der Deisidaimonia*, Gissae 1929 (*RGVV* XXI 2) p. 44ss., Lobeckii sententiam renovaverunt, qui apud Theophrastum nomine Hermaphroditorum *maiorum utriusque sexus effigies cubiculares sub specie Hermarum biformium consecratas* significari existimaverat; at quamnam rationem inter tales Hermaphroditos et illum Hermaphroditum, qui ex Aphrodito factus erat, intercedere putabimus? Equidem illo loco vocabulum *ἑρμαφρόδιτος* quodam modo propriam antiquamque vim retinuisse arbitror, cum Theophrastus non tam plures deos Hermaphroditos quam plures hermas dei Aphroditi dicat; superstitiosus ergo homo, quem tam egregie describit, pro sua natura quarto et septimo mensium die non eos deos adorat, quibus hi dies sacri erant, sed quae ab illis petenda

lesceret; sed ut sacra ei facere desierunt, ita formam eius fingere atque pingere numquam omiserunt, quo factum est, ut nominis eius fama ne a Lampsacenorum quidem deo tam novo atque singulari obscurari potuerit. Sane necessitudo quaedam inter hos duos deos permansit: nam sicut Hermaphroditus phalli tentigine nonnumquam Priapi tam fuit similis, ut mirum non sit, cur cum eo confusus sit, ita illius figura nonnumquam a muliebri habitu haud ita longe distat; in ea vero re, quod uterque Venere et Mercurio ortus esse putabatur, non tantum momenti esse potuit, quantum S. Reinach, Rev. arch. 1898 I 327, existimavit, quoniam Priapum vulgo non Mercurio, sed Baccho patre natum esse dicebant (III A). Nihilo tamen minus natura valde inter se differebant: Priapi enim originem moresque libidinosos artifices saepe mollitiae cuiusdam effeminatae nota designaverunt, iunctionem vero plenam virilis naturae muliebrisque eius figura non expresserunt [1]; figuras igitur dei androgyni phallum anasyrmate quod dicitur detegentis Hermaphroditi potius quam Priapi nomine appellavi p. 180 s.[2], quamquam iam ab antiquis non semper satis discriminis inter eos factum esse locis supra exscriptis apparet. In imaginibus IV F 9. H 199. I 5 (?) Priapum sive simulacrum eius cum Hermaphrodito coniunctum videmus (cf. IV H 38).

erant a numine inferiore exspectans in cultu eius nimius est atque non unum, sed plures hermas eius veneratur eosque per totum diem. Cf. etiam W. R. Halliday, Folk-Lore XLI (1930) 142 ss.

[1] Haud pauci hoc saepe factum esse putaverunt, velut E. Braun, Bull. dell'Inst. 1843, 51 s. *Arch. Zeit.* 1843, 137. *Hyperb.-röm. Studien* II (1852) 41; Jahn *BJ* 52 s.; P. Herrmann *Rosch.* s. v. Hermaphroditos 2340; E. Anthes *Westd. Zeitschr.* XIII (1894) 27; Vogt *Samml. Sieglin* II 2 p. 32. Cf. III E 4 p. 94.

[2] Nuperrime M. Kokitsch, Starinar (Rev. de la Soc. arch. de Belgrade) ser. III tom. V (1928/30) 194 ss. tab. XXXIX, figuram lapideam Veneris publicavit in Macedonia (Prilepac prope Prilep) inventam, cui qui in humili basi rotunda adstat deus tener atque imberbis anasyrmate insignis (desunt bracchia phallusque) Priapus editori, mihi potius Hermaphroditus videtur. — Ceterum habitum non earum tantum figurarum, quas IV E enumeravi, sed earum quoque, quarum veste tectus immodice tamen assurgit phallus (IV F), ad Hermaphroditum translatum esse testimonio mihi videtur esse figura marmorea 0,93 m. alta I fere p. Chr. n. saeculo facta, quae nuperrime Romae venalis proponebatur, scripsit mihi de hoc signo imaginesque per nostratium institutum Romanum locis ope expressas misit Hermannus Lang amicus. Priapum ipsum hoc opere repraesentari aegre concedam, cum a phalli magnitudine mire discrepet vestis plane muliebris orisque imberbis (paulum mutilati) lineamenta emollita. Pectus muliebre sub rugis vestis parum dispicitur, sed in hac re antiquiores potissimum artifices verecundius Hermaphroditum finxisse constat.

G. A viris doctis quibusdam[1] Priapus idem Bacchus habitus est:

1. Schol. Lucian. Iup. trag. 6 (cf. test. 3 p. 36 s.): *Πρίαπόν τινα θεὸν εἶναι Ἕλληνες μεμυθολογήκασιν, ὃν οἱ μὲν αὐτῶν τὸν αὐτόν φασιν εἶναι τῷ Διονύσῳ ἐπιθετικῶς αὐτοῦ τούτου δηθεν Πριάπου καλουμένου, ἄλλοι δὲ Διονύσου μὲν υἱόν, μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης.*

2. Schol. Theocrit. idyll. 1, 21 (cf. test. 2 p. 35 s.): *παρ' ἐνίοις δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ. καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας ὁ αὐτὸς φαίνεται· ἔστι γὰρ οἷον βριήπους διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις καὶ μέθαις ἐκβοήσεις.* Huc respicit Schol. Dionys. Perieg. 576.

3. Athen. I 54 p. 30 A/B (cf. test. 4 p. 37): *τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίηπος ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ, ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος.*

Suid. s. v. *Πρίαπος* 1: *ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ.* Ex Athenaeo hoc petitum esse L. Küsterus intellexit.

Athenaeum laudat Eustath. Hom. Il. 2, 381 p. 242, 38.

4. Ex *Ἐπικλήσεων* sylloga ut Athenaeus ita Anon. Laur. pendet, qui inter Bacchi cognomina Priepi (sic!) nomen enumerat (Studemund, Anecdota I 268), cf. Nicet. ibd. 275. 282.

His testimoniis, quae ad Apollodorum referenda videntur (cf. 24 s.), commentum viri docti cuiusdam nobis esse servatum iam G. Zoega, Bassirilievi II 165 n. 1, intellexit (cf. Jessen 2977). Scholiastarum verbis hoc non dissuadetur atque Lampsacenos ipsos Priapum et Bacchum unum numen credidisse ne Athenaeus quidem contendit (falso F. A. Voigt *Rosch.* s. v. Dionysos 1063; Baumeister 1406; Preller-Robert I 736; Jessen 2977). Igitur *Διόνυσος Πρίαπος*, qui in cognominum catalogis referri solet (G. H. Moser, Nonni Dionysiacorum libri sex, Heidelb. 1809, 216; C. F. H. Bruchmann, Epitheta deorum quae apud poetas Graecos leguntur, Lips. 1893, 91. 199), numquam in ipso cultu fuit, sed in umbraculis tantum doctorum (non plane recte Usener *Tychon* 25 n. 2); nam si Lampsaceni hos deos non satis inter se distinxissent, cultus Priapi quomodo integer ut dei peculiaris et a Baccho diversi ad ceteros Graecos pervenire potuerit, non intellegitur. Ne id quidem probandum, quod non raro significari video, Priapum ita a Baccho originem duxisse, ut ab uno quod olim fuisset numine in illa potissimum regione nescio quo modo novus hic deus oreretur (cf. C. O. Müller *Handbuch der Archäo-*

[1] Idem quodammodo sensit Ephraemius Caes. v. 161 (cf. VI C 3 g p. 227 n. 1).

lege[2] 659; A. Conze *Heroen- und Göttergestalten der griechischen Kunst*, Vindob. 1875, 37; E. de Chanot, Gaz. arch. I (1875) 112; Baumeister 1406; Gruppe 855 n. 1).[1]

Hoc tamen negari non potest, cum natura inter sese simillimi essent, iam satis antiquo tempore Priapi cultum artiore vinculo cum Bacchi cultu nexum esse, cf. Jessen 2977 s.; Pohlenz *Neue Jahrb.* XIX (1916) 580. Lampsaceni enim suum deum Baccho natum esse dicebant (III A 1 et 2, cf. B 1. 3. 4. C 2), et omnibus temporibus is *comes* (Petron. 133, 3 v. 1, inde carm. in Flavianum 49, cf. V B 1) vel *minister* (Myth. Vat. II 38) illius putabatur, quamobrem Phales, Bacchi ipse quoque socius (Aristophan. Ach. 263), facile Priapus nominari potuit (cf. De dis Atticis p. 49). Festis igitur paternis deus Hellesponticus apud Ovidium interest (III C 1, cf. Myth. Vat. II 38, qui eum sacris Liberi interesse commemorat), atque ut ipse vino satis indulget (VI C 2, cf. imprimis Eustath. Hom. Il. 2, 381 p. 242, 35 ss.: *φίλοιφον γὰρ το μεθύον. διὸ οὐ μόνον οἱ ὀχευτικοὶ Σιληνοὶ καὶ Σάτυροι τῷ Διονύσῳ οἴνῳ ἀνεῖντο, ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν αἰδῶ πολὺς Πρίηπος, ὃς καὶ εἰς ἐπίθετον τῷ Διονύσῳ ἔκειτο, καθὰ γράφει Ἀθήναιος*), ita apto loco simulacrum eius in imaginibus est, in quibus ebrium vini datorem videmus (IV E 81. H 39, cf. VI C 2). Omnino Ps.-Augustino quaest. vet. et novi test. 114, 12 teste Liber *ubique cum Priapo pictus videtur, cum quo inhoneste vivebat* (III D 6); nec solum pictus, verum etiam fictus (IV H 40 a. CIL VI 564. IX 2197, cf. VII F 3 c). Etiam maenades propinquitate quadam contingit (IV E 51 cf. I 4), ac Priaporum illa gens a Moscho personato cum Satyris et Panibus coniungitur (VII A 5 a, cf. etiam Ovid. met. XIV 637 ss. et III C 1). Iis igitur rebus, quae a Satyris denominatae erant, Priapi quoque nomen idoneum erat (II D 1 b. 4 c. 10 b), quamquam is minus bene cum his numinibus ab Aetio (II D 10 c) confusus est, cf. etiam lemma Pers. Anth. Pal. IX 334 (De dis Atticis 31). Nec mirum est, quod a Sileno puerum educatum esse fingebant (III B 3). Cf. etiam IV D 18.[2] Tamen inter hos *Βακχίου ὑπηρέτας* (cf. G. Süß, Acta et Comment. Univ. Dorpat. B V (1924) 6) nobiliore loco habetur atque sacrificia ab iis accipit (VII D 3 b); quin adeo ea re, quod Bacchus aetate florens, ipse

[1] Cumont 646 n. 30 nescio qua ratione mirum cognomen *Φανάκης*, quod Baccho apud Mysos fuisse Auson. epigr. 48 s. (29 s.) indicat, ad Priapum rettulerit.

[2] Sileni sive Priapi imaginis truncum valde dubium exhibent Reinach, Rép. stat. III 17, 1, et Espérandieu, Recueil IX nr. 6929. Cf. p. 116. 134 n. 1. 180 s.

senior effingi solebat, quidam induci potuerunt, ut solita genealogia prorsus neglecta tutorem Bacchi eum crederent (III E 3). In monumentis igitur non ipse thiaso solet interesse, sed illa Bacchi turba suo more ante simulacra eius se gerit (IV D 97. 98. E 47. H 77. 86 a b. 153—157. 158 cf. 159. 161—165. 167. 168. 177. 199, cf. p. 150 n. 1), quae in fanis Bacchicis constituta inter cultus instrumentum locum habent (VII B 1 g) vel ante fana custodiae causa posita sunt (velut IV H 33, cf. VI B 3 g). Nec dubium potest esse, quin sacra ei in Bacchi festis oblata sint (IV E 47. H 80. 81, etiam E 90; cf. VII G 3. 5), quamquam fieri potest, ut quod ante eius signum parari videmus sacrificium utrum Priapo fiat an ad ipsius Bacchi cultum pertineat, diiudicare aegre audeas (IV E 48). Etiam initiandi ritus prope simulacrum eius celebratur (IV E 48, cf. H 69) itemque aliae caerimoniae arcanae (IV B 3. E 90. H 184, cf. 104).[1] Fortasse in mysteriis novae post mortem vitae spes eius figura significabatur (VI D 5). Notabilis etiam gemma IV E 28 Priapi imagine ornata, in cuius parte aversa quae leguntur litterae ad Bacchi nomen videntur referendae esse (Henkel 381). Omnino satis diversa inveniuntur Bacchicae religionis fabularumque argumenta, quibus imago Priapi additur (IV E 32. 82—83a. F 7. H 66. 75. 150). In oscillis q. d. (cf. F. Altheim *Terra Mater* 68 s.) talium rerum plenis imago Priapi non deest (IV H 83—86). Omnino sunt imagines, quae cum ad Priapum solum spectare videantur, ita Bacchicis argumentis circumdatae sunt, ut ab hoc cultu separari vix possint (velut in domo Tiberina IV H 89). In pompa illa Ptolemaei filius Bacchi honoratissimo fuit loco (VI E 2 b), atque tanta fuit auctoritas eius, ut cum Bacchanalibus eius cultus ex Aegypto ad Italos afferretur (cf. p. 25 s.). Ceterum quoniam natura eius Baccho tam similis est, in quibusdam monumentis non semper apte distinguas, quantum ipsius potentiae tribuendum sit, quantum Bacchi necessitudini, velut vindemia in ectypis IV E 47 (cf. D 95. E 45; Matz-v. Duhn nr. 2774) expressa Priapi an Bacchi auspiciis fiat, in dubio relinquendum est (cf. IV E 21); etiam de mysteriis Bacchi cogitari potest, quo talia argumenta pertinere P. Perdrizet, Cultes et mythes du Pangée (Ann. de

[1] Hoc loco picturam Campanam commemoro, quam Helbig nr. 507 sic describit: *Eine priapähnliche ithyphallische Figur, unbärtig, schießt aus einer Arabeske empor und stützt mit der L. die Vannus mystica auf das Haupt, in welcher ein Kantharos, ein Rhyton und unter einem roten Tuche der Phallos liegt.* Cf. IV D 60 (p. 104).

[Est XXIV] Nancy 1910, 95 s., auctore exposuerunt W. Deonna, Rev. arch. 1916 I 79 ss.; F. Cumont, Syria X (1929) 217 ss.; alii.

Ab hoc autem deo, quocum fabulis et cultu artissime coniunctus erat, multa Priapum mutuatum esse consentaneum est, imprimis coronam hederaceam sive pampineam (V D 2. VII F 5 a κ) et thyrsum cantharumque (V G 6); etiam vultu atque vestitu illius similis effingebatur (V D. F) aut etiam ad Silenum Satyrosve propius accedebat (cf. etiam VIII A 3). Ipsa sacra Priapea a Bacchanalium ritu haud ita aliena fuisse probabile est (VII G 5) — sed ne repetam, quae passim per hanc commentationem dixi, singulas similitudines hoc loco persequi supersedeo.

II. Posterioribus temporibus Priapum Solem esse interpretati sunt (cf. p. 31 s.):

1. Arrian. Bithyn. fr. 23 Jac. (FGrHist II B 857): *οὕτω καὶ ὁ Πριαπος οὐ μόνον ἐν τῷ η λέγεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ α Πρίαπος, καὶ διὰ τοῦ ε δὲ Πρίεπος παρὰ Ἀρριανῷ ἐν Βιθυνιακοῖς, παρ' ᾧ καὶ εἰς ἥλιον ἀλληγορεῖται ὁ Πρίεπος διὰ τὸ γόνιμον.*

Arrianum, non Bithynos Priapum Solem putasse apparet (Ed. Meyer *Geschichte des Altertums*[3] I 2 p. 738; Jacoby, F Gr Hist II Comm. p. 565), quamquam a Thracibus religio solaris non aliena videtur fuisse (Soph. fr. 582 P.); incerta profert Usener *Tychon* 28.

2. Ioannes Lydus (excerpt. *περὶ ἀγάλματος Πριάπου* VIII A 1 a; de auctore cf. VI E 3 c β) Horum eundemque Priapum Solem putari dicit.

3. Corona radiata, qua Priapi figurae IV D 54 et 55 ornatae sunt, quamquam ipsa per se certum huius opinionis testimonium non est (cf. L. Stephani *Nimbus und Strahlenkranz*, Petrop. 1859), tamen huc eo magis referenda est, quod altera figura etiam lunae dimidiatae signum habet. Cf. praeterea IV E 64. VIII A 4.

Priapi natura facile ad solem referri poterat, praesertim cum Bacchus iam pridem a Stoicis idem Apollo et Sol haberetur (Cleanthes fr. 546). Cf. praeterea sub K.

I. Cum Pane artissima necessitudo Priapo intercedebat (cf. p. 13. 15 s. 17, 1. 32):

1. Cum hoc deo Priapum confuderunt Cornut. 27 et hymni Tiburtini auctor v. 35, cum eum Pantheum esse explicarent, cf. VI E. 3. De hermis musei Lateranensis cf. III E 3 p. 93 s.

2. Schol. Theocrit. idyll. 1, 3 4 e: *ἔχει δὲ καὶ τῇ μιᾷ χειρὶ τὸ ὀρθιανον σημαῖνον τὴν ἐργασίαν* (sc. *ὁ Πάν*), *τῇ δὲ ἄλλῃ τὴν σύριγγα σημαίνουσαν τοὺς ἀνέμους.*

Falx Pani male attributa, quae potius ad Priapum pertinet Ahrens, quamquam apud Nonn. Dionys. XVII 153 ss. Panes nonnulli falces pro armis gerunt (cf. F. Wieseler, Commentatio de Pane et Paniscis, ind. schol. aest. Gott. 1875, 21 s. n. 8). Totam quam in scholiis Theocriteis ad idyll. 1, 3,4 sub c—f de Pane legimus dissertationem cum ad Apollodori *περὶ θεῶν* libros rettulisset R. Münzel, Quaestiones mythographae, Berol. 1883, 10 ss., verba supra exscripta eodem redire voluerunt Br. Schmidt, De Cornuti theologiae Graecae compendio 78, et Wendel *Ueberlieferung und Entstehung der Theokrit-Scholien* 62 (Apollodor. F 134 d Jac. FGrHist II D p. 1080). Hoc si recte dixerunt, negari vix potest iam illum, quod Cornutum novasse supra exposui (VI E 3 cγ), Priapum pro universi symbolo habuisse eaque ratione usum eundem Panem credidisse, quamquam hoc ipse Schmidt suo iure negavit. At falcis explicatio a scholiasta Theocriteo prolata, etsi eadem apud Cornutum 27 p. 51, 7 s. L. exstat, plane ab ea allegoria abhorret, qua Apollodorus Panis figuram ad universi naturam rettulit. Ergo W. H. Roscher *Festschrift für Joh. Overbeck*, Lips. 1893, 60 n. 2, rei non satisfecit, cum *ῥόπαλον* legi iuberet pro eo quod in codicibus est *δρέπανον*, sed pro pedi allegoria, quam Apollodorum proposuisse et per se probabile est et Filargyrii Serviique ad Verg. buc. 2, 31/2 consensu confirmatur, posteriore tempore hominem aliquem doctum falcis explicationem a Priapo huc transtulisse puto seu errore seu ea ratione adductum, quod aeque atque Cornutus Panem et Priapum pro eodem numine habebat. Id denique monuisse satis habeo cetera verba scholiastae, quae littera *e* Wendel notavit, ex antecedentibus repetita esse, quae pro recentiore additamento Duebnerus non sine causa habuit. Ceterum Apollodorum Priapi res ad Bacchum rettulisse p. 37 suspicatus sum.

3. Aptissime Priapus et Pan inter se coniungi poterant: nam ut ambo inter Bacchi asseclas erant (cf. Ps.-Mosch. idyll. 3, 27 s., etiam lemma Pers. Anth. Pal. IX 334, vide De dis Atticis 31), ita Panem saepe quibuscumque Priapi signa constituta erant locis sive Baccho sacratis (IV H 39. 91. 98, cf. D 97 a) sive ipsius propriis (Theocrit. idyll. 1, 15 ss. IV H 65. 77. 133; cf. etiam vasculum, quod De dis Atticis 16 nr. c commemoravi) suo modo se gerere fecerunt; et videmus capripedem hermam eius portantem (IV H 82, scilicet ut in fano Bacchico erigat, cf. IV H 59) atque adeo sacrificium ei peragentem (VII D 3 b). Apparet igitur Priapum, sui

videlicet nominis deum, certe nobiliorem fuisse quam Panum illam gentem, quamquam eum pari loco fuisse dicas cum ipso Pane deo unico et singulari. Etenim cum huius potentia pariter et ad rem rusticam (cf. Mich. Psell. VI B 1 d) et ad amores (de Aleiphr. IV 13. 16 cf. VI C 3 f) pertineret, amborum simulacra uno loco constitui poterant (IV D 94, cf. imagines eorum, quibus idem tripus ornatus fuisse videtur IV I 4) unumque donum ambobus sufficiebat (Crinag. Anth. Pal. VI 232; VI C 3 d. VII F 3 c); prope autrum Panis et Nympharum herma Priapi est in ectypo IV H 58. Apte etiam Theocrit. epigr. 3 eos pari libidine accensos Daphnin occupare fecit (III D 5, cf. etiam Ovid. met. XIV 638 ss.; III C 1) idemque idyll. 1 ambos ad eum morientem accessisse narravit (III E 2). Tamen animi natura valde inter se differebant (VI B 1 d), eoque fortasse apud Graecos Romanosque in universum potentiam eorum distinctam esse dicas, ut Pan gregibus potius, Priapus ruribus ipsis prospiceret (quamquam officia Priapi propria facile ad illum deferri poterant velut a Maecio Anth. Pal. IX 249, cf. Wilamowitz *Hell. Dichtung* I 144 n. 2. 154): id quoque moneo Panem masculo amori magis providere quam Priapum, cf. VI C 2. Cf. praeterea p. 115 n. 1. 181.

K. Protogonus sive Phanes Orphicus h. Orph. 6, 8 s. Priapus nominatur:

λαμπρὸν ἄγων φάος ἀγνόν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω
ἠδὲ Πρίηπον ἄνακτα καὶ Ἀνταύγην ἑλίκωπον.

Protogonum ut *πολύσπορον* (v. 10) cum Priapo confusum esse non mirum (cf. III B 2); hoc loco etiam propter lucis largitionem ex etymologia quadam (II B 1 d) Priapus nominatur (cf. sub H). Cave tamen, ne haec antiquioribus temporibus tribuas. Cf. Gruppe *Rosch.* s. v. Phanes 2249. 2261. 2263. *Myth.* 431; Jessen 2967; K. Beth, Wien. Stud. XXXIV (1912) 290 s.; Rizzo, Dionysos Mystes 63 ss. (99 ss.); V. Macchioro, Zagreus, Flor. 1930, 469 s.

L. Iustinus gnosticus sive *ψευδογνωστικός* (Hippolyt. V 28) *τὸν Ἀγαθόν*, summum ex tribus principiis, quae mundo praeposuit, Priapum esse interpretatus est:

Hippolyt. ref. omn. haer. V 26, 32 s. (p. 132, 3 ss. W.): *ὁ δὲ Ἀγαθός ἐστι Πρίαπος, ὁ πρίν τι εἶναι ποιήσας· διὰ τοῦτο καλεῖται Πρίαπος, ὅτι ἐπριοποίησε τὰ πάντα. διὰ τοῦτο, φησίν, εἰς πάντα ναὸν ἵσταται ὑπὸ πάσης τῆς κτίσεως τιμώμενος καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς βασιλεύων τὰς ὁπώρας ἐπάνω αὐτοῦ, τουτέστι τοὺς καρποὺς τῆς*

κτίσεως, ὧν αἴτιος ἐγένετο, πριοποιήσας τὴν κτίσιν πρότερον οὐκ οὖσαν.

6 *πρῶτον* cod.

Cf. Usener *Götternamen* 340; supra p. 32.

M. Lucian. de salt. 21 cur Priapum Bithynicum inter Titanas sive Dactylos Idaeos numeravisset, p. 91 s. (III E 1) exposui.

N. Myth. Vat. II 38, cum haec traderet: *Priapum quidam dicunt esse Adonem, filium Veneris, qui a feminis colitur*, fortasse non somniavit, sed melioris auctoris sententiam servavit, qui hos duos filios Veneris unum efficere studuit (cf. Jessen 2978 s.). Eam genealogiam, qua Priapus filius Adonidis habebatur, contaminator quidam in antiquam de ortu eius fabulam inculcavit, cf. III A 3 b (B 1).

O. Mercurio, deo phallico[1], Priapus satis propinquus fuit, sed materia idolorum ab initio differebat (cf. Wilamowitz *Sappho und Simonides*, Berol. 1913, 35 n. 1; *Hell. Dichtung* II 108 n. 1; De dis Atticis 17; supra p. 9. 11. 13. 16 s.).[2] Probari igitur non potest, quod O. Crusius *Beiträge* 15 n. 6. 24 s. exposuit, Priapum quem Lampsaceni colebant olim Mercurium fuisse (*örtliche Erscheinungsform des tyrsenischen Hermes* dicit; cf. iam A. Hirt *Bilderbuch*, Berol. 1805, 172; Ed. Gerhard *Hyperbor.-röm. Studien* II (1852) 255). Neque alter cum altero confusus est, ut Cumont 645 voluit aliique, quamquam Tychon, Atticorum deus ithyphallicus, non totus cum Priapo coaluit, sed etiam idem Mercurius habebatur (cf. De dis Atticis 30 ss.). Ipse vero Priapus tam arte cum Baccho coniunctus erat, ut cum Mercurio coalescere iam non facile posset. Tamen item atque Orthanes a quibusdam Mercurii filius putabatur (III A 3 a). Caduceum semel ab eo mutuatus est (V G 4). Cf. etiam Kaibel, Epigr. nr. 814; Gruppe 1329 n. 9; Jessen 2978.

[1] Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 159 ss. Mercurium a Graecis membro erecto ideo esse instructum exposuit, ut non ipsam procreandi vim, sed universam naturam virilem repraesentaret (*Anerkennen müssen wir, daß es hellenisch war, die Kraft, nicht bloß Zeugungskraft, sondern überhaupt die Manneskraft auch eines Gottes in einem Phallos darzustellen*). Hanc rem longius persequi huius loci non est; id tamen moneo Priapi ut fecunditatis auctoris phallum semper eam habuisse vim, quam huius membri propriam esse natura docebat. Cf. p. 5 ss.

[2] Fuerunt tamen etiam *Ἑρμαῖ ξύλου* (Paus. I 27, 1. VIII 31, 6; cf. Ed. Gerhard *Hyperbor.-röm. Studien* II (1852) 225; Eitrem *PW* s. v. Hermai 700).

P. Etiam cum aliis numinibus Priapo artior fuit necessitudo.

1. Cum Venere et Amore sive Amoribus facile coniungebatur (cf. L. Stephani, Compte-rendu 1870/1 p. 103 et 175. 1873 p. 10; Bernoulli *Aphrodite* 132 s.; Jessen 2988; supra p. 7. 14. 22 ss. 26)[1]: cum ex illa natus esse diceretur (III A 2), artifices cum saepe lateri eius adiunxerunt (plerumque sinistro, dextro tamen IV E 22. 42. 43? 79); rarius sane ipse matri adstat, saepius signum eius appositum est, quo illa niti vestemque reponere solet (IV D 73. 77. 89. 100. E 8—10. 22. 41—43. 60. 66. 79. 80. F 3. H 25. 27. 28. 40. 54. 57. 171, cf. etiam IV D 18). Tertius non raro Amor accedit sive simulacrum eius, ita ut dextro lateri Veneris adstet, ille sinistro (IV D 74. E 12) vel vice versa (IV E 33. H 20, etiam F 5); cf. praeterea IV E 11. 36. 74. H 22. 26. 57. 99. 172. 173. Matrem corporis statura liberos superare consentaneum est; semel tamen (IV D 77) Veneris figura minor Priapo addita est. Apud Aegyptios autem matrem paulatim uxorem factam esse p. 24 et 103 s. exposui. Mart. Cap. VII 725 v. 17 ss. vide VI C 3 c.

Iam vero cum Priapum tam saepe cum Venere coniunctum videamus, cum una cum hac dea cultum esse probabile est (cf. A. Minto, Boll. d'arte VI (1912) 214); demonstratur et Mart. III 68, 7 s. ioco obscaeno (VII G 1) et pictura IV E 36, in qua Priapi signum in luco Veneris constitutum videmus. Pompeis cum una cum Venere et Amore cultum esse (tamquam *preside di nozze felici*: M. Della Corte, Iuventus, Arpini 1924, 92) ex pictura IV E 33 colligi potest; nempe in templo Veneris Pompeianae simulacrum eius a dextra signi deae ipsius conspicitur, dum Amoris simulacrum ab altero latere adstat. Sane Priapum

[1] Venus Priapum denudat in manubrio osseo musei Neapolitani (nr. 78296; Heusch, Guida p. 394). Venus aenea cum Priapo coniuncta etiam Hauniae est, Sidone in sepulcro inventa (C. Jacobsen, Ny Carlsberg Glyptotek, Fortegnelse over de antike kunstværker, 1907, 332 nr. 5). Duos hermas Priapi, quibus Venus olim nitebatur, Maionica *Führer* 49 s. nr. 10 commemorat. Imaginem exspecto monumenti, quod D. M. Robinson, Excavations at Olynthus II (1930) 34, describit: *Two little lead ithyphallic herms with a bearded head of Priapus, cast on the same base with a female herm, perhaps of Aphrodite, reminding us of the male and female Cabir. They were probably amulets for use in the houses.* At quidquid id est (cf. Wilamowitz *Der Glaube der Hellenen* I 161 n. 2), cum multo ante annum 300 confectum esse Robinson confirmet, ad ipsum deum Lampsacenum referri non potest (cf. p. 14 n. 1). Cf. praeterea VIII F (p. 502 n. 2).

auctoritate haud pari usum esse inde intellegitur, quod staturae brevitate non modo Venere, sed etiam Amore inferior est atque etiam in basi minus alta quam ille stat. Accedit, ut in ceteris monumentis eum Veneri Pompeianae et Amori additum non inveniamus (M. Della Corte, Ausonia X (1921) 85ss.); etiam in picturis novissime inventis desideratur (A. Ippel *Pompeji*, Lips. 1925 fig. 43 et 44; T. Warscher *Pompeji*, Ber. et Lips. 1925, 242; W. Bombe *Neue Jahrb.* IV (1928) 31 tab. 3; M. Della Corte, Pompei, I nuovi scavi, Pomp. 1930, 8 etc.).

Amores saepe in imaginibus prope Priapi simulacra agere videmus (IV E 45. H 159. 170. 177. 178, cf. etiam 57); etiam coli ab eis hunc deum libidinis praesidem non miramur (VII D 3a), quo tamen cultu non modo divinis officiis satisfaciunt (cf. Furtwängler *Antike Gemmen* III 292), sed etiam naturae puerili, nam omnino quae homines agunt lusu imitantes inde ab Alexandri temporibus artifices eos fingere atque pingere mirum quantum adamaverunt, cf. Th. Birt, De Amorum in arte antiqua simulacris et de pueris minutis apud antiquos in deliciis habitis, progr. Marp. 1892. *Aus dem Leben der Antike* 134ss. *Das Kulturleben der Griechen und Römer*, Lips. 1928, 208 et 447; ipse de hac re disputavi *Bonn. Jahrb.* 132 (1927) 254ss. *Xenia Bonnensia* 1929, 89ss. (*Kallimachos und Homer* 44ss.). Cf. imprimis IV E 36. Ii quoque Amores, qui phallum figurae IV G 1 filis ita agitant, ut is modo erectus modo languidus appareat, verum ritum sollemnemque pueriliter imitantur (VII G 4b), *vitam humanam per deminutionem exprimentes* (Birt, progr. p. 17).

Saepius ipsis Priapi simulacris pusiones illi adduntur ludentes (IV G), qui cum quattuor numero esse soleant, compluribus viris doctis genii anni temporum esse videntur, quos inde ab Alexandri temporibus puerili aetate fingere consueverant (Braun, Bull. dell' Inst. 1845, 52; Brunn, ibd. 1849, 76; Wieseler, Ann. dell' Inst. XXIV (1852) 229s.; Jahn *BJ* 57 etc.). Equidem hunc vel illum artificem ab hac cogitatione fortasse alienum non fuisse haud negaverim, etsi neminem umquam aperte eam expressisse video; nam fructus Priapi gremio collectos horum puerorum dona putari Cornuti verbis 27 p. 50, 20/2 L. demonstrari non potest, neque qui figuram IV G 1 fecit duorum puerorum fila agitantium officia naturamque ita inter se distinxit, ut per eos naturae vis decrescere renovarique videatur (Jahn *BJ* 59; cf. E. Frh. v. Sacken ad IV G 9 p. 27s.). Atque non modo ea re ut cauti simus mo-

nemut, quod nonnumquam unus puer invenitur, sed omnino tales gentes non tam nugaces sese praebere oportebat, ut Priapi barbam vellerent (*Xenia Bonnensia* 70 s. [*Kallimachos und Homer* 25 s.]) vel vestem eius puerili curiositate allevarent; nam cum infantes naturam vel nutricum humeris insidentes naturam secuti artifices iam dudum fingere coepissent, in Priapi tamen imaginibus hoc ad lusus verterunt (*Bonn. Jahrb.* 132 (1927) 253 s.). Ergo facile lascivos illos Amores agnoscis, quorum lusibus illud saeculum tantopere gaudebat. Sane hos quoque seria quadam atque subtiliore ratione *tamquam fertilitatis et abundantiae maternae testimonia* deo omnium fertilissimo adiunctos esse Birt, progr. p. 24, censuit. At delicias Veneris — Baccho enim fere non adduntur — a Priapo adeo non alienas fuisse puto, ut interiorem et reconditum intellectum hos divos minutulos in Priapi societate umquam habuisse opus non sit credere: certe mox ad suos lusus descenderunt.

Altior sensus imagini IV E 64 subest.

2. *Nymphaeum Bacchique comes* Priapus a Petronio 133, 3 v. 1 vocatur (cf. Ps.-Mosch. idyll. 3, 26 ss.) atque rursus v. 5 *Dryadum raptas*: ut ebrius nympha (sive maenade) nititur (IV E 51), ita quamcumque invenit amore persequitur sive invitam sive ipsam cupidam (III D 1—4). Simulacrum eius prope fontis nymphas est apud Theocrit. idyll. 1, 21 s., cf. IV H 58. Sed Priapum etiam coli videmus a nymphis, quae a Bacchis mortalibus non semper certo distingui possunt (VII D 3 c); a quibusdam rursus nympha aliqua mater eius dicebatur (III A 1). A nymphis modo natus lautus est (III B 3 α). Cf. supra p. 7. 16. 25. 30 s.

3. Hercules non modo propter amores cum Priapo comparari poterat (Nicet. Eugen. 3, 209 ss., cf. p. 221; etiam IV H 71), sed etiam divina sua potentia ἀλεξίκακος ille a Priapi natura non longe aberat: maxime apud Romanos cum ruri vis eius plurimum valeret, non modo Silvanum, sed etiam Priapum proxime contingebat. Herculis igitur exemplo artifices Priapum veste amictum effinxerunt eo modo, quem p. 115 descripsi; quantum vero ille Priapo debere potuerit, ex vasculo apparet, quod Aquis Apollinaribus (Vicarello) in ipso fonte sulphurato inventum est (O. Jahn *Arch. Zeit.* 1867, 78 ss. tab. 225, 2. 3; Dar.-Saglio fig. 6601; Reinach, Rép. rel. II 301, 1—3). Hermam enim, quem in hac imagine a Bacchis et Satyro coli videmus, Herculem nominandum esse non modo artifex ipse pelle leonina clavaque significavit,

sed etiam inde apparet, quod fontium vis salutifera ad hunc referri solebat. Tamen Priapi artificem non immemorem fuisse maxime ex eo intellegitur, quod habitu reclinato manu dextra ex alabastro sucum membro infundentem fecit. Hos duos igitur deos saepe una cultos esse haud improbabile est (cf. etiam IV D 94), quamquam certa ratione demonstrari nondum potest. Figurae Herculis fragmenta una cum titulo Rubrii inventa esse G. Libertini, Not. d. Scavi 1922, 497, refert, sed ibi non sacellum, sed villam fuisse Ribezzo intellexit (V D 4). Priapum olim cum Hercule Lydio coniunctum fuisse p. 94 negavi (III E 4). Cf. IV H 77. Clavam Priapus Pantheus IV D 12 ab Hercule accepit, fortasse etiam cognomen invicti (Hymn. Tiburt. inscript., cf. VI A 1). Cf. etiam VIII A 3 (IV C 7).

4. Praecipue inter numina rustica Priapum venerabantur (Tibull. 1, 1, 11 ss.; Calpurn. buc. 2, 64 ss., cf. VII A 5 ab; supra p. 30). Silvanum una cum eo cultum esse Hor. epod. 2, 21 s. testis est (cf. R. Peter *Rosch.* s. v. Silvanus 851 s.); necessitudine eos artiore inter se coniunctos fuisse satis apparet, si falcem illum ab hoc, canem hunc ab illo mutuatum esse recte diximus (V G 3. VII F 4 d). Pellem tamen (vel vestem) fructuum plenam Silvanus non Priapo debet (A. Reifferscheid, Ann. dell'Inst. XXXVIII (1866) 217; Jessen 2973; Peter l. c. 835; Klotz *PW* s. v. Silvanus 118), sed Satyris vel Panibus (recte Perdrizet, Bronzes Fouquet 20 s.; cf. E. Pottier, Bull. corr. hell. IX (1885) 367 n. 4). Aram Aquileiensem III B 3 a Silvano dedicatam esse demonstrari non potest (cf. Michaelis 94; Brusin 134). Silvanum propter Priapum nonnumquam neglectum esse (id quod Jessen 2973 putavit) non negaverim; tamen in provinciis Latinis illum pluris fuisse apparet, quamquam quod eius crebriora inveniuntur monumenta quam Priapi, huius simulacra plerumque lignea fuisse ne obliviscaris, etsi haec materia ne a Silvani quidem simulacris aliena fuit, cf. p. 30.[1]

5. Hecatam cur Artemidorus Pergaeus cum Priapo coniunxisset, VI E 2 a p. 234 explicavi; morem patrium illum secutum esse (cf. p. 14) inde fortasse concludi potest, quod in titulo

[1] Silvano potius quam Priapo ascribam truncum, quem publicavit W. Kubitschek *Römerfunde von Eisenstadt*, Vindob. 1926 (*Sonderschriften d. öst. arch. Inst.* XI) p. 104 tab. I 2. Cf. etiam ectypum Romae inventum Not. d. Scavi 1909 p. 9 (Reinach, Rép. rel. III 233, 4) et cistam marmoream H. Brising, Antik konst i Nationalmuseum, Stockh. 1911 tab. XXXVII.

Tralibus reperto (Bull. corr. hell. IV (1880) 337 l. 25) *Πριάπιον καὶ Ἑκατέου αὐλή* inter se coniunguntur (cf. Preller-Robert I 323 n. 2; supra p. 57). Ceterum F. Frhr. Hiller v. Gaertringen *Thera* I 166 n. 130, *Ἑκατέου αὐλήν* hominis nomine dici suspicatus est.

6. Ad Magnae Matris religionem Priapum (fortasse iam in patria) pertinuisse inde facile conicias, quod Ovid. fast. VI 319 ss. (III C 1) in festis deae turrigerae illum Vestam tentasse narravit; accedit, quod etiam cum dea Syria fortasse necessitudo quantulacumque ei intercedebat (VIII B 5). Quae vero P. Knapp *Jahrb. f. class. Phil.* 1881, 228 s., allegavit monumenta, non omnia huc referenda videntur. Qui mulierem musicam in imagine IV H 185 pictam *ἀγύριριαν* esse ex habitu eius non satis certa ratione conclusit, nec magis credo, quod in ectypis quibusdam votivis Berolinensibus ([Conze] *Beschreibung* nr. 697 et 698) Priapum sinistro lateri Cybelae additum esse suspicatus est, praesertim cum dei illius senioris, quamquam capitis tegumentum non deest, phallus tamen sub veste talari non assurgat. In imagine vero columbarii villae Pamfili (O. Jahn *Abhandl. Philos.-philol. Klasse Bayer. Akad. Wiss.* VIII (1858) 251 ss. tab. II 5; E. Samter *Röm. Mitt.* VIII (1893) 134; Reinach, Rép. peint. 316, 6) inter adulescentes in via saltantes mulieresque spectantes fortasse parvum simulacrum Priapi mitra tecti (schemate videlicet eorum signorum quae IV F enumeravi) a tergo conspici praefracte negandum non est, quamquam spectaculum illud non a quibusvis circulatoribus, sed a Cybelae ministris praeberi inde, quod leonem domitum secum ducunt, non satis demonstrari potest (cf. Dieterich *Pulcinella* p. 167 s.; E. Samter *Arch. Anz.* 1898, 47 s. *BPhW* 1898, 732).

7. De Iove cf. III B 2. Cf. praeterea IV D 12. 13 (VI E 3 d β).

8. De Marte cf. III E 1.

9. De Iano cf. V D 4.

10. De nonnullis numinibus, ad quae Priapus ampliorum officiorum ratione pertinuit, cf. VI E. De Gratiis cf. IV B 2. De aliis numinibus vide VII A 1.

Excursus de Petronio

Priapum in opere Petroniano magni momenti esse nemo est quin intellegat. Atque cum iam Buechelerus *Neues Schweiz. Mus.* III (1863) 29 = *Kleine Schriften* I 436 s., monuisset Encolpio ubicumque versaretur cum Priapo sive mulieribus eius ministris rem esse, E. Klebs *Phil.* XLVII (1889) 623 ss. demonstrare studuit Petronium iram Priapi, qua ille per maria terrasque exagitabatur, eo consilio induxisse, ut diversas narrationes inter sese coniungeret exemplo errorum Ulixis, cui Neptunus suscensebat, in risus converso. Klebs multorum assensum tulit, sed non sine causa et alii et R. Heinze *Herm.* XXXIV (1899) 501 s., O. Schissel v. Fleschenberg *Wien. Stud.* XXXIII (1911) 264 ss. (cf. *Phil.* LXXII (1913) 111 s.), S. Hammer, Charisteria Morawski, Crac. 1922, 89 s., universi operis argumentum ab ira Priapi pendere negaverunt aut saltem dubitaverunt. Id tamen certum est haud semel hunc deum nonnihil momenti ad fata Encolpii fecisse.

Atque iam in principio summae totius Priapum aliquid valuisse Sidonii carm. 23, 155 ss. (Petron. fr. 4 B.) testimonio satis confirmatur (cf. Buecheler ed. mai. p. 207).[1] Klebs 624 s. igitur (iniuria loco 133, 3 nisus) sacrilegium aliquod Encolpium commisisse putavit, quam sententiam C. Cichorius *Römische Studien*, Lips. 1922, 438 ss., renovavit et subtiliore ratione explicavit atque illustravit. Ut enim Ovidiana illa Iunone teste (met. 3, 281 s.) *multi nomine divorum thalamos iniere pudicos* (de huius rei exemplis seu fictis seu rerum fide confirmatis exposuit O. Weinreich *Der Trug des Nektanebos*, Lips. et Berol. 1911), ita Encolpium per hortos Massiliensium inhoneste partes Priapi egisse ille suspicatus est (cf. VI C 3 e). Sed hoc prorsus in dubio relinquendum est, cum Th. Birt *Phil. Woch.* 1925, 95 s. rectissime monuerit sacri stipitis *colonum* ex posterioris latinitatis consuetudine intellegendum esse eum, qui sacrum stipitem colit. Tamen satis verisimile est iam Massiliae[2] Encolpium iram patroni sui divini

[1] Sidonius in Petronium ipsum transtulit, quod ille de Encolpio narraverat; ne his quidem diebus desunt, qui propter hunc locum Petronium aliquando Massiliae versatum esse confirment (M. Clerc, Massalia II (1929) 259 ss.).

[2] Massiliae iam narratores Ionici res geri saepe fecerunt, cf. Norden *Die germanische Urgeschichte* 458 n. 1; A. Hausrath *Cimbria*, Dortm. 1926, 52 s.

meruisse, certe postea saepius culpam ille in se admisit, qua Priapum infensum habuit.

Nam cum sacra mysteria cum sociis turbavisset, Quartilla sacerdos iniuriam deo illatam (non sibi ipsi, ut putaverat Klebs 625) suo more ulta est (cf. VII G 2 b). Hinc iram Priapi primum exarsisse Anton non recte existimaverat (cf. Schissel 267 n. 1), nedum rem ita nobis fingamus ut Hammer 89 s. n. 3 proposuit. Quod autem Lichas per Priapum ad supplicium Encolpium in suas manus incidisse credit (cf. VI C 3 a), rationem huius partis operis non ita perspicimus, ut Encolpium olim simul in deum peccasse appareat: sed si Schissel 267 Licham Priapo votum fecisse recte suspicatus est (Tryphaena enim Neptunum potius adisse videtur), is deus amatorem deceptum eo libentius audivit, quod pridem infenso animo in illum erat.

Crotone vero Encolpius *noxiosissimi corporis* (130, 7) culpa non tantum Circae animum offendit, sed etiam ipsum deum, cuius donis apte uti ille non valuerat (cf. quae Proselenos 134, 2 dicit: *nec contentus ipse peccare, mihi deos iratos excitasti*, quippe quae a Circa ejecta esset 132, 5). Huic ergo culpae ut ignosceret numen deprecatus (133, 3 recte post veteres interpretes Heinze 502 n. 1 explicavit, cf. Schissel 265 s. 267 ss.; Hammer 98) eius sacerdoti membrum sanandum committit; curatione tamen nondum perfecta cum profugisset, postea etiam de veneficio cogitat aut saltem se excusat (138, 7, cf. 130, 5. 131, 4 ss.), postremo autem a Priapo hoc malum sibi illatum esse ratus huius dei ira se vexari declamat (139, 2, cf. 140, 11): ergo *maioribus deis* se gratiam debere credit, cum in integrum restitutus est (140, 12).[1]

Iam vero quod 139, 2 gravem iram Priapi per maria terrasque se sequi queritur, cum omnes suos errores eum spectare appareat, hoc quidem tempore suum fatum universum ad dei Hellespontiaci voluntatem redire animum inducit. Sed tamen per totum opus in hac re omne momentum positum fuisse[2] inde concludi non potest, atenimvero ne negari quidem, praesertim cum ipse Klebs 633 monuerit, ne hanc rem urgeremus neve omni tempore Priapi memoriam flagitaremus: artificiosius videlicet Petronius narra-

[1] *Maximum iratum* Priapi dici Schissel 268 falso negavit, nam *maiores dei* appellantur. De hoc loco cf. etiam E. Maaß *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) 454 s.

[2] Nostris temporibus totius narrationis acumen in Priapo posuit Bruno Brehm *Der lachende Gott*, Mon. 1928.

tionum seriem instituit, quam ut eadem ut ita dicam cantilena usque quaque repetita taedium legentibus afferret.[1]

Sed sive paucioribus locis irae Priapi mentionem factam esse putamus sive omne argumentum inde suspensum fuisse credere malumus, apparet memoria Ulixis in risus deflexa[2] Petronium arte ad consuetudinem saturae Menippeae se applicavisse (cf. Ed. Norden *Die germanische Urgeschichte in Tacitus Germania*, Lips. et Berol. 1920, 24 n. 1). Tamen ad id quoque genus ars Petroniana pertinet, quod nos *Roman* vocare solemus, in quo iram divinam magni momenti ad rerum eventum saepe esse videmus (Heinze 501 s.; Hammer 89 s.; K. Kerényi *Die griechisch-orientalische Romanliteratur*, Tub. 1927, 23 not.), totiusque operis id maxime proprium videtur, quod Veneris sive Amoris loco Priapus positus est[3] (cf. etiam IV H 200). Namque omnino Priapi partes apud Petronium sicut tam saepe in poesi Priapea ita sunt ridiculae, ut seriorum deorum res quasi parodia inversae esse videantur (cf. O. Weinreich *Genethliakon W. Schmid*, Stuttg. 1929, 396 s.), quamquam quae verbi causa de mysteriis Quartillae vel de templo Crotoniensium eiusque sacerdote narrantur, ad veritatem proxime accedere nemo umquam negavit. Longius has res persequi nunc eo facilius omittere licet, quod O. Weinreich de his rebus se acturum esse promisit.

[1] E. Maaß *Mus. Rhen.* LXXIV (1925) 449 s., quod Odysseae irrisionis in amoribus ita credit esse summam (*sexuelle Irrfahrt*), ut a Priapo occasiones Encolpio offerantur, quibus is uti non possit, rem artioribus terminis circumscripsit quam debuit. Huc enim si Petronius spectavit, historia finita erat, cum 140, 12 Encolpius a Mercurio in integrum restitutus erat. Ceterum non credo recte Maassium interpretatum esse *inopem et rebus egenis attritum* (133, 3) esse *ἀδύνατον καὶ ἐπιθυμίᾳ νοσοῦντα*.

[2] Ulixis 139, 2 eodem modo mentio fit atque Hecalae 135, 8, quam illa parte derideri apparet (VII B 2 d). Norden aptissime Apul. met. IX 13 contulit.

[3] *Venerem* Encolpi (c. 126) non Amori, ut solet in seriis narrationibus, sed Priapo deberi Heinze 501 n. 3 dixit; cf. Sidon. carm. 23, 157. De precatione 133, 3 cf. VII E 3. Stare non possunt quae Schissel 271 s. de Petronii consiliis disputat. De illo, qui in Ps.-Luciani Amoribus est *κατὰ τὴν Ἀφροδίτην περιπλοῦς* (cf. imprimis cap. 2 et 3), monuit R. Reitzenstein *Das Märchen von Amor und Psyche bei Apuleius*, Lips. 1912, 34 et 65 s. (cf. A. Hausrath *Neue Jahrb.* XVII (1914) 454 s.). O. Immisch *Neue Jahrb.* XXIV (1921) 419, iram Priapi ad id rettulit, quod dicit *burleske Spielart der Aretalogie in höchster künstlerischer Veredelung*. Hanc sententiam A. Kiefer *Aretalogische Studien*, diss. Frib. 1929, 41 ss., fusius explicavit; qui etsi plura quam probabile videtur a *virtute* Priapi irati pendere voluit, tamen aliquatenus opus Petronii ad hoc genus pertinere credi potest, sicut etiam mimica argumenta eo redundasse apparet.

Index librorum quos saepius breviter indicavi

F. Altheim *Griechische Götter im alten Rom*, Giss. 1930 (*RGVV* XXII 1).
— *Terra Mater*, Giss. 1931 (*RGVV* XXII 2).
P. Arndt-W. Amelung (-G. Lippold) *Photographische Einzelaufnahmen antiker Sculpturen*, Mon. 1893 ss.
E. Babelon et J. A. Blanchet, Catalogue des bronzes antiques de la Bibliothèque nationale, Par. 1895.
E. Babelon, Catalogue des camées antiques et modernes de la Bibliothèque nationale, Par. 1897.
A. Baumeister *Denkmäler des klassischen Altertums*, 3 voll. Mon. et Lips. 1889.
O. Benndorf et R. Schöne *Die antiken Bildwerke des lateranensischen Museums*, Lips. 1867.
J. J. Bernoulli *Aphrodite*, Lips. 1873.
Th. Birt *Erklärung des Catalepton*, Lips. 1910.
C. Boetticher *Der Baumkultus der Hellenen*, Berol. 1856.
Le bronzi di Ercolano l. II Neap. 1767/71 (Antichità di Ercolano V. VI).
H. Brunn-Fr. Bruckmann *Denkmäler griechischer und römischer Sculptur*, Mon. 1888 ss.
G. Brusin, Aquileia, Udine 1929.
E. Buecheler *Kleine Schriften* I—III Lips. et Berol. 1915—1930 (imprimis I 328 ss.: Vindiciae libri Priapeorum).
A. Calderini, Aquileia Romana, Mediol. 1930 (Pubbl. d. Univ. catt. del Sacro Cuore ser. V vol. X).
CLE = Carmina latina epigraphica conlegit F. Buecheler, 2 voll. Lips. 1895/7.
F. de Clarac (-A. Maury), Musée de sculpture antique et moderne I—VI Par. 1841—1853. (Imagines repetivit S. Reinach, Répertoire de la statuaire grecque et romaine I Par. 1897.)
[A. Conze] *Kgl. Museen zu Berlin, Beschreibung der antiken Skulpturen*, Berol. 1891.
A. B. Cook, Zeus I. II Cantabr. 1914/25.
O. Crusius *Beiträge zur griechischen Mythologie und Religionsgeschichte*, progr. Lips. 1886.
E. Cuq et s. v. Priapus in Dictionario antiquitatum (cf. Daremberg-Saglio) Fasc. IV p. 645—647.
E. Curtius *Gesammelte Abhandlungen* I. II Berol. 1894.
L. Curtius *Die Wandmalerei Pompejis*, Lips. 1929.

Ch. Daremberg - E. Saglio, Dictionnaire des antiquités grecques et romaines, 5 voll. cum tab. vol. Par. 1877—1919.
S. Eitrem *Opferritus und Voropfer der Griechen und Römer,* Christ. 1915 (Videnskapsselskapets Skrifter. II. Hist.-Filos. Klasse. 1914. No. 1).
W. H. Engel *Kypros,* 2 voll. Berol. 1841.
É. Espérandieu, Recueil général des bas-reliefs, statues et bustes de la Gaule romaine I—X Par. 1907—1928 (cum supplemento 1931).
C. F[amin], Musée royal de Naples, Peintures, bronzes et statues érotiques du cabinet secret, Par. 1836.
E. Fehrle *Die kultische Keuschheit im Altertum,* Giss. 1910 (*RGVV* VI).
A. Fick *Vorgriechische Ortsnamen,* Gott. 1905.
F. Fiedler *Antike erotische Bildwerke in Houbens römischem Antiquarium zu Xanten,* Veter. 1839.
G. Fiorelli, Catalogo del museo nazionale di Napoli, Raccolta pornografica, Neap. 1866.
P. Fossing, The Thorvaldsen Museum, Catalogue of the antique engraved gems and cameos, Hauniae 1929.
Ch. Fränkel *Satyr- und Bakchennamen auf Vasenbildern,* Hal. Sax. 1912.
C. Friederichs *Kleinere Kunst und Industrie im Altertum,* Düsseld. 1871.
C. Friederichs - P. Wolters *Kgl. Museen zu Berlin, Die Gipsabgüsse antiker Bildwerke in historischer Folge erklärt,* Berol. 1885.
A. Furtwängler *Beschreibung der Glyptothek König Ludwigs I. zu München,* 1900.
— *Beschreibung der geschnittenen Steine im Antiquarium,* Berol. 1896.
— *Die antiken Gemmen,* 3 voll. Berol. 1900.
— *Die Sammlung Sabouroff,* 2 voll. Berol. 1883/87.
— *Kleine Schriften* edd. J. Sieveking et L. Curtius, 2 voll. Mon. 1912/13.
Ed. Galletier, (P. Vergili Maronis) Epigrammata et Priapea, Édition critique et explicative, Par. 1920.
Ed. Gerhard *Gesammelte akademische Abhandlungen und kleine Schriften* 2 voll. (cum tab. vol.) Berol. 1866/68.
Ed. Gerhard et Th. Panofka *Neapels antike Bildwerke* I, Stuttg. et Tub. 1828.
GGA = *Göttingische Gelehrte Anzeigen.*
GGN = *Nachrichten von der Gesellschaft der Wiss. zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse.*
A. Fr. Gori(us), Museum Florentinum I (Gemmae antiquae), Flor. 1731.
O. Gruppe *Griechische Mythologie und Religionsgeschichte,* 2 voll. Mon. 1906.
C. F. Heinrich, Hermaphroditorum, artis antiquae operibus illustrium, origines et causae, Kil. 1805.
W. Helbig *Führer durch die öffentlichen Sammlungen klassischer Altertümer in Rom* I. II [2](ed. E. Reisch) Lips. 1899, [3](edd. W. Amelung-E. Reisch-F. Weege) Lips. 1912/13.
— *Untersuchungen über die campanische Wandmalerei,* Lips. 1873.
— *Wandgemälde der vom Vesuv verschütteten Städte Campaniens,* Lips. 1868.
K. Fr. Hermann - H. Blümner *Lehrbuch der griechischen Privataltertümer* [3], Frib. et Tub. 1882.
P. Herrmann (- F. Bruckmann) *Denkmäler der Malerei des Altertums,* Mon. 1904 ss.
H. Herter, De dis Atticis Priapi similibus. diss. Bonn. 1926.
E. Hübner *Die antiken Bildwerke in Madrid,* Berol. 1862.

O. Jahn *Archäologische Beiträge*, Berol. 1847.
— *III — Priapus*, *Bonn. Jahrb.* XXVII (1859) 45 ss.
— *Ber.* = *Berichte über die Verhandl. d. sächs. Gesellsch. d. Wiss. Phil.-Hist. Klasse* VII 1855 (p. 28 ss.: *Über den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten*, p. 215 ss.: *Über ein pompejanisches, den Herakles bei der Omphale darstellendes Wandgemälde*).
O. Jessen s. v. Priapos in Roscheri lexico tom. III 2, 2967 ss.
G. Kaibel, Epigrammata graeca ex lapidibus conlecta, Berol. 1878.
C. M. Kaufmann *Graeco-ägyptische Koroplastik*[2], Lips. 1915.
O. Keller *Die antike Tierwelt*, 2 voll. Lips. 1909/13.
A. D. Keramopullos, *Ὁ ἀποτροπαϊσμός*, Ath. 1923.
O. Kern *Die Religion der Griechen*, I Berol. 1926.
Richard Payne Knight, An account of the remains of the worship of Priapus, lately existing at Isernia, in the kingdom of Naples: in two letters; one from Sir William Hamilton, K. B. His Majesty's Minister at the court of Naples, to Sir Joseph Banks, Bart. President of the Royal Society; and the other from a person residing at Isernia: to which is added, a discourse on the worship of Priapus, and its connexion with the mystic theology of the ancients, Lond. 1786. De hoc libro rarissimo, cuius exemplum Gottingae in bibl. Univ. (Antiquit. II 1255) asservatur (editiones renovatas non vidi neque versionem francogallicam 1866 primum impressam), cf. F. G. Welcker *Bonn. Jahrb.* XIV (1849) 44 s. n. 11; O. Gruppe *Geschichte der klassischen Mythologie und Religionsgeschichte*, Lips. 1921, 123 s.
P. Kretschmer *Einleitung in die Geschichte der griechischen Sprache*, Gott. 1896.
W. Leaf, Strabo on the Troad, Cantabr. 1923.
Chr. Aug. Lobeck, Aglaophamus, 2 voll. Regimont. 1829.
A. Maggi, I Priapea, Revisione del testo e commento, Neap. 1923.
H. Mareseca *Führer durch das k. k. Staatsmuseum in Aquileia*, Vindob. 1910.
F. Matz et F. v. Duhn *Antike Bildwerke in Rom*, 3 voll. Lips. 1881/2.
A. Michaelis *Die Priaposara des Euporus aus Aquileia*, *Arch.-epigr. Mitt. aus Öst.* I (1877) 81 ss.
—, Ancient marbles in Great Britain, Cantabr. 1882.
K. O. Müller *Handbuch der Archäologie der Kunst*[3] (ed. Fr. G. Welcker), Vrat. 1848 (sive Stuttg. 1878).
K. O. Müller et Fr. Wieseler *Denkmäler der alten Kunst*, Gott. 1854—61.
Ludw. Müller, Description des antiquités du Musée-Thorvaldsen, Sect. I—III (III: Description des intailles et camées antiques du Musée-Thorvaldsen), Haun. 1847.
Real Museo Borbonico I—XVI Neap. 1824—57.
PW = A. Pauly-G. Wissowa(-W. Kroll-K. Mittelhaus) *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft*, Stuttg. 1894 ss.
P. Perdrizet, Bronzes grecs d'Égypte de la collection Fouquet, Par. 1911.
—, Les terres cuites grecques d'Égypte de la collection Fouquet, Nancy—Paris—Strasbourg 1921.
E. Pfuhl *Malerei und Zeichnung der Griechen* I—III Mon. 1923.
Le pitture antiche d'Ercolano I—V, Neap. 1757—1779 (Antichità di Ercolano I—IV. VII).

Joh. U. Powell, Collectanea Alexandrina, Oxon. 1925.
L. Preller-C. Robert *Griechische Mythologie*[4] I. II. Berol. 1894—1926 (cf. imprimis I 735—737).
Priapea numeris editionis Buechelerianae (°cur. Guil. Heraeus Berol. 1922) attuli, cf. F. Vollmer, Poetae latini minores II 2, Lips. 1923, 36 ss.
K. Prinz *Martial und die griechische Epigrammatik* I Vindob. 1911.
S. Reinach, Pierres gravées, Par. 1895.
—, Répertoire de peintures grecques et romaines, Par. 1922.
—, Répertoire de reliefs grecs et romains, 3 voll. Par. 1909—1912.
—, Répertoire de la statuaire grecque et romaine, 6 voll. Par. 1897—1930.
G. E. Rizzo, Dionysos Mystes 1914 [Memorie della r. Accad. di Napoli III].
—, La pittura ellenistico-romana, Mediol. 1929.
W. H. Roscher *Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie* (nunc edit K. Ziegler), Lips. 1884 ss.
M. Rostovtzeff, Mystic Italy, New York 1927.
H. Roux ainé et L. Barré, Herculanum et Pompéi, 8 voll. Par. 1875—77.
A. Ruesch, Guida illustrata del museo nazionale di Napoli, Neap. 1908.
E. Frh. v. Sacken et F. Kenner *Die Sammlungen des k. k. Münz- und Antiken-Cabinetes*, Vindob. 1866.
Th. Schreiber *Die hellenistischen Reliefbilder*, Lips. 1894.
F. Schwenn *Gebet und Opfer*, Heidelb. 1927.
C. Sittl *Die Gebärden der Griechen und Römer*, Lips. 1890.
SB = *Sitzungsberichte.*
A. H. Smith, A catalogue of sculpture in the department of greek and roman antiquities, British Museum 3 voll. Lond. 1892—1904.
A. Sogliano, Le pitture murali campane scoverte negli anni 1867—79 (inest in libro: Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX, Neap. 1879).
V. Spinazzola, Le arti decorative in Pompei e nel museo nazionale di Napoli, Mediol. 1928.
P. Stengel *Die griechischen Kultusaltertümer*[3], Mon. 1920.
F. Studniczka *Das Symposion Ptolemaios* II., *Abhandl. Phil.-hist. Klasse sächs. Gesellsch. Wiss.* XXX 2, Lips. 1914.
L. v. Sybel *Katalog der Sculpturen zu Athen*, Marp. 1881.
H. Usener *Götternamen*, Bonn. 1896 (= [2] 1929).
— *Der heilige Tychon*, Lips. et Berol. 1907 (cf. imprimis p. 25 ss.).
G. Vorberg, Glossarium eroticum, Stuttg. 1928 ss.
H. B. Walters, Catalogue of the engraved gems and cameos, greek, etruscan and roman, in the British Museum, Lond. 1926.
—, Catalogue of the terracottas in the British Museum, Lond. 1903.
O. Weinreich *Antike Heilungswunder*, Giss. 1909 (*RGVV* VIII 1).
F. G. Welcker *Alte Denkmäler*, 5 voll. Gott. 1849—1864.
Wernicke = Priapeia sive diversorum poetarum veterum in Priapum lusus. Recensuit notasque Jos. Scaligeri, Frid. Lindenbruchii, Pet. Burmanni et suas addidit Dr. Julius Aemilius Wernicke, Professor. Particula prima. Thoruni 1853.
U. v. Wilamowitz-Moellendorff *Hellenistische Dichtung in der Zeit des Kallimachos*, 2 voll. Berol. 1924.

U. v. Wilamowitz-Moellendorff *Der Glaube der Hellenen* I Berol. 1931.
— *Reden und Vorträge*[3] Berol. 1913, [4] 2 voll. Berol. 1925/26.
— *Sappho und Simonides*, Berol. 1913.
— *Die Textgeschichte der griechischen Bukoliker*, Berol. 1906 (*Philol. Untersuchungen* XVIII).
F. Winter *Die Typen der figürlichen Terrakotten* I. II Berol. et Stuttg. 1903 (*Die antiken Terrakotten* ed. R. Kekule v. Stradonitz vol. III 1. 2).
G. Wissowa *Religion und Kultus der Römer*[2], Mon. 1912.
P. Wolters *Führer durch die Glyptothek*, Mon. 1928.
G. Zoega *Abhandlungen* ed. F. G. Welcker, Gott. 1817.
—, Li bassirilievi antichi di Roma I. II Romae 1808.
—, De origine et usu obeliscorum, Romae 1797.

Index rerum et personarum [1]

Abarnus 2. 42. 65 ss. 256
Achelous 140
Acis 187 s.
Actaeon 122
Adam Brem. (IV 26) 51
Adonis 64 ss. 76. 159 s. 309
Adonis, faber 49
adoratio 263
adulteri cucullati 193
adventus deorum ad homines 84
aediculae 250. 253 ss.
Aegyptiorum religio 23 s. 26. 89. 101 ss. 180. 289 ss. 305. 310 figuli 23 s. 101 ss. 128 animalia hominum partes agentia repraesentant 162
Aesculapius 10. 225
Aesepus 45
Aetius 52. 59 ss. 304
Afranius 25. 85. 228
Agathemerus cf. Iulius
Ἀγαθός Iustini gnostici 32. 239. 308 s.
Ἀγαθὸς Δαίμων 238
agnus 269
ἀγύρτρια 314
alatus phallus 10, 1. 291, 1
Alces 42
Alciphr. epist. (IV 13, 16) 227 etc.
Alexander Pheraeus 90
Alexandri expeditio 1 ss. passim
Alexandria passim impr. 1. 8. 13 ss. 33. 74 ss. 104 s. 235 s. 241. 292
Amor (sive Amores) 20. 22 s. 25 s. 41. 44. 82. 130 ss. 134, 1. 136. 150. 181 not. 182, 1. 186. 198. 212. 220. 224. 237 s. 242. 262. 289. 310 ss. 317
amoris praeses Priapus 220 ss. amor cum fluctibus coniungitur 219
ἀναγαλαντίας 184
anas 283
ἀνάσυρμα 8. 20. 180 ss. 288. 302
Anaxagoras philosophus 98
Anaximenes Lampsacenus 12
androgynus cf. Hermaphroditus
Andromeda 159
Andronicus Comnenus 50
animalia sacra 282 ss. hominum partes agentia 162. 263
animi Priapi indoles 186. 204 s.
anni tempora 271. 311 s.
—ανός 41
anser 226. 269. 282 s.
anticipatio temporis 72
Antipater Sidonius 19. 28. 216
Antipater Thess. 84. 175.
antrum 181 not. 250
Antyllus medicus 52. 59
Anyte 16. 75. 246 s.
Ἀφνειός 90
Aphroditus 10 s. 130. 297 s. 301 s.
apis 206. 212. 275. 284
Apollo 15. 48. 57 s. 87 s. 147. 202. 218. 225. 267. 296. 306
Apollodorus 1. 9 s. 24 s. 35 ss. 38. 44. 93. 204. 237 ss. 251 s., 1. 303. 307
Apollonides 19. 98 ss.
Apollonius Rhodius 33 Schol. (1, 932) 65 ss.
Apollon. reg. Tyr. hist. (33) 40 passim
ἄπους 171

[1] Loca p. 256 ss. enumerata nunc fere non repeto.

Apul. met. (7, 8) 196 s. (9, 13) 317, 2 (10, 21) 51
aqua 134. 214 s.
aquila 106. 187. 239. 284
ara 250 s. 254. 277
Arabes mitrati 196
Aratus 18. 221
arbores sacrae 4 s. 16. 29 s. 163 ss. 249. 282. 285 s.
archaistica ars 8. 22. 131 s. 180. 293
Archias Antiochenus 7. 19. 22. 28. 168 ss. 212. 216 ss.
Archigenes medicus 59 s.
Ἄρειος mensis 90
Ariadne 82. 119 s. 126
Arichis princeps Beneventanus 34. 253
aries 187. 269
Aristophanes 10. 59. 175
Aristoteles 177. 182. 184
armatorum saltationes 89 ss.
armilla 198
Arretina vascula 19. 26. 99 s. 118. 258
Arrianus 32. 42 ss. 48. 306
Artemidorus geographus 67 ss.
Artemidorus Pergaeus 1. 14. 38. 43. 104. 202. 214. 231. 233 ss. 313 s. cf. Thera
arundo 200 s. 212
Asa 295
Aschera 295
Asianus pictor 2. 48 ss. sculptor 105 Asianorum nomina 48 s. phalli sepulcrales 232. Cf. barbara or. (Priapi)
asinus 4. 7. 12 s. 15. 65. 78 ss. 144. 151. 158. 173. 244. 264 ss. 285
Atargatis 149. 288. 296. 314
Ath. (I 54) 37. 205. 303 passim
Atlas 238
Atria 279
Attici dei Priapi similes 9 ss. 13. 35. 231. 272. 275. 297 s.
Attis 180
Augustinus 6, 3. 33. 202 s. 272. 300 passim
Augustomagus 181
aures grandes sive ferinae 186 s. 293
auritus 85
avarum 166
avis 199. 207. 212. 283
Babylonii mitrati 196
Bacchae 22 s. 78 ss. 96. 113. 119 s. 123. 138. 262. 278. 304 s. 312 passim
Bacchanalia cf. Bacchus, festa
Bacchus passim impr. 1 ss. 35 ss. 62 ss. 303 ss. βριήπνος 44 εὔκαρπος 45 περικιόνιος 192, 1 θηλυμίτρης 197 infantia ac primae res gestae 15. 73 ss. 82 ss. 94. 100. 123. 127. 142. 182 s. expeditio Indica cf. India. amores 82. 119 s. 126 s. 236 pater Gratiarum 99 laniatio 91 imagines 5. 9. 96. 132. 134, 1. 144. 147. 161, 1. 194. 269 rubor 172 s. pompa Attica 10 Ptolemaei cf. sub h. v. festa 18. 23. 25 s. 27, 3. 28, 1. 32. 53. 72, 1. 74. 78 ss. 89. 94, 1. 100. 143. 225, 1. 262. 266 s. 272. 287 s. 304 ss. luci 248 idem ac Priapus 24 s. 35 ss. 44. 65. 96. 303 s. Apollo 306 Osiris 23. 294 Priapus eius similis 8. 20 s. 96. 183. 185. 186, 1. 192 ss. 201. 204. 217. 306 eius tutor 65. 90 s. 93 s. 304 s. Novus Bacchus 18. 53. Cf. Liber
baculum 200
barba 20 s. 96. 182 ss. 293
barbara origo ac natura Priapi 3 ss. 12 s. 21 s. 25. 28, 1. 42 ss. 46 ss. 94. 183 ss.
basilica prope portam Maiorem 146 s. 230 s.
βαθυαιδοῖος sim. 69
Baubo 180. 237
Bebryces 3
Beelphegor 295
bellica natura Priapi 3. 6 s. 89 ss. 236. 282
Bes 24. 90, 1. 183. 186, 1. 293
bifrons Priapus 187 s.
Bithyni 3. 6 s. 28. 42 ss. 56 s. 89 ss. 94. 206. 236. 282. 306. 309
Blemyes 291.
Boeotia 14
Boethiacus lectus 122
βωλοκοπεῖν obscaene 224
Bona Dea 288 Bonus Genius 238
Bosporani 7. 219. 256
βριήπνος 44
Brietium 42

Bryazon 42
bucolicum metrum 55 s. 204

Cabiri 3, 2. 48. 219. 310, 1
caduceus 200. 309
Cael. Aurel. 59 s.
caerimoniae cultus Priapi 286 ss.
Caesar 28, 1
calathus cf. modius
calceamenta 198
Calena vascula 25. 150
Caligula 221
Callimachus 73. 75. 252. 317, 2
Callipolis 7. 42. 217 ss. 269. 278
Callixenus Rhod. cf. Ptolemaeus, pompa
calvities 5. 184
Calypso 138
canis 283 s. 313. Cf. *Κύνες*
cantharus 8. 97. 201. 305, 1. 306
capella 157. 268
capilli 20 s. 96. 184 s.
capitis tegumentum cf. mitra
Carna 273
Cassiodorus 63. 77. 195
Cassius Chaerea 221
Catasterismi 15. 82 ss.
Catullus 28. 39 s. 50. 53 ss. 209. 217 ss. 247 s. 262. 267
cauda 186
Celes 10. 269
Ceres 151. 287 s.
certamina deorum cum hominibus 84. 296
ceryceum 200. 309
Chaeremon grammaticus 238
Chaeremon trag. (fr. 14 N.²) 81
Chalcis in Euboea 298, 1
χαρίεις 177. 205
Charon Lampsacenus 2
Chem cf. Min
Chione nympha 35 s. 62
chorea sacra 267
χύτλωσις 72 ss.
Cic. Cat. (2, 22) 194 Verr. (II 1, 63. 81) 33
ciconia 283
Cissii mitrati 196
Claudianus 227 passim
Claudius Saturninus 185
clava 100. 106. 239. 312
clavus 170, 1
Clinis 267, 1
colloquium in Priapeis 29. 246
colonus 315
colorum varietas 194 s. 196. 204
columba 269. 283
Columella 30. 175. 208 passim
columna 248 s.
coma 20 s. 96. 184 s.
Comici 9 ss. 18 histrio 121. 130 leno 184. 186 persona 124 cf. Xenarchus
Commodus 167
Conisalus 10 s. 35. 58. 245. 297 s.
consecratio 248. 276 ss. dei 74
convivium 227 s. 235 s. 280
Copa (23 ss.) 80. 208. 255 s. passim
cornu 96. 187 musicum 267 potorium 201. 305, 1 cornucopiae 100. 104. 199
Cornutus 25. 32. 44. 64 s. 203 s. 238 s. 307. 311
corona 8. 13. 21. 184 s. 196. 199. 249. 263. 271 s. 277 s. 285. 292 ss. 306 radiata 306
corymbifer 81
cothurnus 198
crepitus ventris 233
Creta 47. 257
Crinagoras 17, 1. 43 passim
crines 20 s. 96. 184 s.
croceus color 195 s.
crotala 279
Croton 32. 252. 254 s. 261. 282 s. 316 s.
crypta 253
Ctesilochus 197
cucullus 193. 196. 292
cupressus 165 s. 285
Curetes 92
Cybele 78 ss. 218. 297. 314
cymbala 279. 289
Cyprus 257. 301
Cyzicus 218. 256

Dactyli Idaei 89 ss. 309
Daedalus 171
δαίδαλα 169
Daphne 15. 87 s.
Daphnis 15 s. 88 s. 92 s. 222. 308

dedicatio 276 ss.
delphinus 217. 285
Demetrius Apameus 59
Δημοσάτυρος 50
Demosthenes Bithynicus 2. 42. 62. 77. 89
δενδρίτης 4 s.
Diana 58. 69. 137. 142. 145. 221. 240
digitorum gestus 190 s., 3
Diocletianus 291
Diodorus (IV 6, 1 ss.) 37 s. passim
Diogenes 221
Dione nympha 36. 62 Venus 36. 63
Dionysiastae 162. 228
Διονυσίακος 52, 2
dioptra 52
Dioscuri 219
Dirce 75
divitiarum auctor Priapus 233 ss.
do ut des 264
Δωδεκάσχοινος 291
Cn. Domitius Calvinus 27. 300
dorsuale 268
Dryope 87

ebrietas sacra 222. 267. 289. 304
ecclesiae patres 33. 177 etc.
elegia ex epigrammate dilatata 29
Elephantis 279
ἐμβάς 198
ἐνδένδρος 4 s.
ἐνδρομίς 198
Endymion 145
epigramma cf. elegia
Ἐπικλήσεων sylloge 37. 303
Epona 240
Eratosthenes 15. 24. 82 ss.
Ericepaeus 70
eruca 224. 286
Erycius Cyzicenus 39. 256
Etruria 25 s. 258. 299 s., 1
Et. M. s. v. *Ἀβαρνίδα* 65 ss.
εὐεργέτης 202
Euhemeri ratio 242
εὔκαρπος 45
Eunuchi 176. 227
Euphronius 18. 53 ss. 252 not. 299
Euporus 71
Eur. Bacch. (1 ss.) 234 s. (416 ss.) 127 (519 ss.) 75
evangelium deorum *Σωτήρων* 234 s.

faba 273 Syriaca 86
facere (simulacra) 243
falx 31. 104. 169. 199 s. 208 ss. 239. 306 s. 313
fanorum custodia 213. 255. 305
Fascinus 27, 3. 232. 237. 299, 1
fasti 3. 57. 89 s.
Fauna 94 Faunisca 128
Faunus 91. 94 Fauni 242 cf. Satyri
fax 251. 280. 289
festa Priapi 286 ss. Bacchi cf. Bacchus
ficus 164 s. 285
fistula 242. 279
flagrum 24. 291 s.
Flavianus 33. 165. 167 s.
Flora 88. 273, 1
flores 271 s. 291
focus 299, 1
fontes 7. 215. 247. 312 s.
forensia spectacula 296. 314
formosus Priapus 185
Fortuna 159
fructus 198 s. 270 ss.
fulmina Iovis 239
Fur. Bibac. (fr. 1 M.) 174. 244 s.
fustis 200. 208 s.

Galatea 138. 159
Galenus 52 s. 59 ss.
Gallicus deus 296
gallina Numidica 283
gallus 162 s. 269. 283
Gallus Priapus 221
gemma 228
genibus nixus Priapus 19. 98 ss. 190. 293 adorans 147. 255
genius 241 s. 299, 1 Bonus Genius 238 genii pueriles 181 s. anni temporum 311 s.
German. Arat. Schol. 82 ss.
Germanorum cultus Priapi 34, 1 cf. 226, 1
Gnosticus Iustinus cf. Iustinus
Gordianus II. 50
Gorgoneum 193. 232

Gratiae 63, 1. 98 ss. 213. 314
Gregorius Magister 170, 2
grus 283

haedus 199. 268
Haliartus 75
Harpocrates cf. Horus
harundo 200 s. 212
Hathor 104
Hecale 252. 317, 2
Hecata 14. 211. 214. 223, 1. 231. 234. 313 s.
Hecataeus Abderites 294
hedera 8. 13. 76. 96. 185. 285. 306
Hedylus 17 s. 43. 64, 1. 224. 226. 280
Helicon 12. 257. 299
Heliodorus medicus 52
Heliogabalus 227, 1
Hellanicus (fr. 25 a Jac.) 48. 57
Hellespontiacus Priapus 40
Hellespontus cf. Lampsacus, praeterea 48 ss. 212
hemerologia 57
Heraclides medicus 52
Hercules 20. 22. 94. 100 (?). 106. 115. 120. 133 s. 143. 145. 186. 197 s. 221. 223 s. 235. 239. 243. 293. 312 s.
hermae 5. 10. 20. 22 s. 133 s. 170 ss. 301 s., 1. 309.
Hermaphroditus 10 s. 19. 21. 24. 36 s. 82. 128. 130. 138. 160. 180 s., 3. 182, 1. 186. 197. 201. 223. 242. 297 s. 301 s. natura ambigua 94. 189. 299, 1. 302
Hermipp. (fr. 46 K.) 50
Herodotus medicus 60
Hesiodus 1. 35. 297
Hesych. s. v. *Βάκχον Διώνης* 63, 1 *Παριανός* 41 *Πριηπίδος* 41 s.
Hieronymus 287. 295
Hilaon 10 s. 58. 298
Hippocrates 52. 59
Hippolytus, Thesei filius 32. 92. 220 scriptor eccles. 32
Hipponax 225
hircina barba 184
hircus 72 ss. 94. 268. 284
Hom. (B 571) 35. 251 s., 1 hymn. Merc. (530) 172, 1 Pan. 75 s.
Horatius 29 ss. 164 s. 167 s. 200 s. 210 s. 216. 245. 282
horti 6. 27 ss. 199 ss. 205 ss. 231. 244 ss. *hortuli* 244 s.
Horus 23 s. 102. 104. 182. 193. 200. 290 ss. 306
Hygin. astr. (2, 23) 82 ss. fab. (125) 86 (160) 64 inventorum indices 77
Hymenaeus 63, 1
Hyperborei 267

Iamb. fr. adesp. (2 D.) 41
Ianus 187 s. 314
Iason 223, 1
Ilus 48. 57
Imbrus 11
inaures 125. 198
India, Bacchi expeditio 66 ss. 71. 76. 126 s. Indi mitrati 196 s.
infantes 14 s. 20. 71 ss. 100. 311 s.
instrumentum domesticum 228
invictus 202. 313
Ioannes Lydus 238. 290
ioci Priapi 221 s. 227
Iones 194. 197
Ἰωνικοὶ λόγοι etc. 55
irrumatio 209. 227
Isis 24. 218. 291. 293, 2. 294
Israelitae cf. Iudaei
Ithyphalli 192. 194
Ithyphallicum metrum 55 s.
Ithyphallus 10 s. 38. 46. 297
itinerum index 6. 19. 188. 214. 246. 264, 1
Iudaeorum sacra obscaena 287. 295 sacrificium asini 265, 1
Iulius Agathemerus 32
Iuno 14. 66 ss. 76. 82 ss. 89 s. 183. 240
Iupiter 14. 64 s. 70 s. 76. 80. 85. 99. 174. 197. 239. 314
Iustinus gnosticus 32. 44. 239. 308 s.
Iuvenalis (2, 95) 51. 166 s. (6, 316) 288 fr. Winst. 175
iuvencus 269
Iuventas 120. 224

καλιή 98
καλύβη 256

[illegible] 21. 195
[illegible] 10. 269
Κινδανύβας 46
[illegible] 75
κορυμβοφόρος 81
[illegible] 21. 195
Κρόνος 294
Κυβδασος 10
[illegible] 10
Κύννης 140

lac 275 s.
Lactantius 4. 84. 265 etc.
[illegible] 200
Λαικάζων 190
Lampsacus 1 ss. 12 ss. 17. 19 ss. 25. 28. 32 s. 38 ss. 43. 62. 65 ss. 76 ss. 89. 95 ss. 179 s. 183. 185. 187. 203. 215 ss. 247 s. 250 s. 255. 263 ss. 288. 298 ss. 303 s. 309
lararia 255
Lares 30. 169
laridum 273
larva defuncti 136 s.
lavatio infantium 72 ss. 312
Laverna 240
Lavinium 27, 3. 272
Leda 118
leno 166. 184. 186
leo 149. 284. 296. 314
Leonidas Tarentinus 16 ss. 53. 215 ss.
lepus 85. 284
liba 273 ss.
Liber 31 s. 243. 277 cf. Bacchus
lignea simulacra 4 s. 8 s. 17. 28 ss. 33. 46. 134. 163 ss. 177 s. 189 ss. 209 ss. 266. 313
Livius Andronicus 50
Lordon 10. 72. 189, 1
λόρδωσις 5. 179. 189 ss. 313
Lotis 15. 78 ss. 86 ss. 265
lotos herba 86 organum med. 52
Lucian. 39. 65. 89 ss. etc. Ps.-Lucian. Amores 194. 317, 3 Schol. Iup. trag. (6) 36 s. passim dial. deor. (23) 39 passim
Lucilius (78 M.) 300 not.
Lucretius 32
lucus 247 ss. 277
luna (sive Luna) 125. 145. 306
lupanaria 226 s. 255 s.
lychnuchus 135
Lycia nomina 46 s.
Lycurgus, Bacchi inimicus 160
Lydia 256 Hercules 94. 313 mitra 196
Lydus, Ioannes 238. 290
lyra 289

Macedonia 302, 2
macies 170. 189
Macrobius 85
Maecenas 28. 165. 244. 261. 282 horti 143. 254
maenades cf. Bacchae — *Priapi maenades* 288
Magna Mater cf. Cybele
Magnesia 11. 46
maiorius 241. 277
manicae 21. 192 ss.
Manimazos 144
manus divina 14. 69 manus lateri iniecta 191 membro applicata 179. 292 porrecta sive sublata 190 s. temporibus admota 292
marina potentia Priapi 7. 16 s. 215 ss. 246
Mars 6 s. 44. 89 ss. 94. 314
marsupium 201. 236
Marsyas 84. 296
Martialis 8. 30. 33. 39 s. 51. 65. 88 s. 281. 286 etc.
Massilia 315
masturbatio 179. 221
matronae 77. 226
Matth. Vindocin. 51. 220, 1
Medea 223, 1
medicinalia 52 s. 59 ss. 181. 224 s. 233
Megasthenes 197
mel 275
melca 276
Meleager poeta 18 s.
Menander 85
Mende 266
Menippea satura 317
menisci 200 s.
menologia 57
mensa 248. 251

menses Bithynici 3. 57. 90
mercatores 12. 215 ss.
Mercurius 6, 2. 9. 11. 13. 16 s. 36. 64. 99. 113. 127. 134. 138. 172, 1. 215. 219 s. 223. 225. 230. 237. 246. 302. 309. 316 s.
meretrices 196. 226 s. 279 s. 286 s.
metamorphoses 86 ss.
metrica 54 ss.
mimus 25. 173. 228. 317, 3
Min 23 s. 102 s. 190. 290 ss.
Mincius 212 s.
Minerva 72. 147. 222
minium 173 s.
Mithras 168. 293, 2
mitra 21. 94. 184. 194 ss. 293. 314
Mnaseas Patrensis 24. 36. 301
modius 24. 198 s. 239. 293 s.
moetinus 300 not.
molles atque effeminati 227
mollitia Priapi 20 s. 94. 185. 188 s. 192 ss. 302
monilia 198
mortuorum tutela 7. 32. 229 ss. mortuorum imagines deorum similes 230 s.
Mosch. pers. epitaph. in Bionem 25. 43. 242
muli cf. asini
muliebris vestis 94. 192 ss.
Musa 155. 222
musca 284
musicum studium 92
Mutinus Titinus 27. 33. 225. 240. 254. 263. 299 ss.
mut(t)o 51. 300 not.
Mutteni 300 not.
myrtus 272. 285
mysteria Priapi 8. 32. 261. 286 ss. 306 Bacchi cf. Bacchus

Naevius 175
Naides cf. Nymphae
nani 183, 1
Narcissus 159
nasus aduncus sive resimus 186. 293
nates 189 s.
Nauplia, imago asini 266
nautae 7. 12. 16 s. 197. 215 ss. 246. 269
nebris 104. 133. 193. 198. 280. 313
Νειλατον 218
Nemesianus 30 etc.
Nemesis 136
Neptunus 218 s. 315 s.
Neronis domus aurea 160
Nesactium 260. 296
neurospasta 176. 289
Nicaea 42. 50. 257
Nicander (fr. 41 Schn.) 87
Nicomachus pictor 82
Nicomachus Flavianus cf. Virius
Nicopolis ad Istrum 97. 118. 260
Nixi dei 100
nodi magici 292 s.
Nomentanum Martialis 88
nominum ratio 1 ss. 43 ss. in metamorphosibus 87 nomen suum ipse cum gravitate pronuntiat 241
Nonn. fab. 45. 64 ss. 177. 206
Nonnus poeta 75. 81. 307
Nubaei 291.
nuptiae 27. 222 ss.
Nymphae 16. 25. 30 s. 72 ss. 86 ss. 140. 143. 227. 242 s. 247. 262. 308. 312 Nympha mater 7. 35 s. 41. 62. 312
Nysa nympha 74. 127

obelisci 200 s.
oculus malus 232. 284
Oenothea 261. 289. 315 ss.
oleum 276
oliva 271 s.
olor 283
Olynthus 310, 1
omnipotens Priapus 31 s. 232 ss.
Omphale 22. 94. 133. 197 s.
Ὄνοι sidus 82 ss.
onomatologica 1 ss. 43 ss.
Oribasius 52. 59 ss.
Orneae 1. 12. 18. 35. 38. 251 s. 298 s.
Orphici 44. 70 ss. 177. 180. 288. 308
Orthagoras, numen venereum fictum 10
Orthanes 10 s. 35. 46. 58. 64. 297. 309
Ὀρθός 9, 1
Orus 66 ss.
oscilla 305
osculatio simulacrorum 263

Ostris 23 s. 291. 294
Ostia 74. 258
ostreae 217.
Ovidius 29. 33. 39. 78 ss. 86 ss. 222. 252

Paamyes 58. 294
palma 24. 103. 285. 292 s.
palustris regio 212 s. 247
Pamphilus grammaticus 37
pampinea corona 185. 285. 306
Pamyes 58. 294
Pan (sive Panes) 13. 15 s. 17, 1. 23. 25. 31 s. 59. 64. 75 s. 82. 85. 88 s. 91, 1. 93 s. 101, 1. 115, 1. 136 ss. 140. 142. 150. 173 s. 181. 186 s. 200. 205. 215. 220 s. 224. 225, 1. 227. 238 s. 242 ss. 247. 250. 262. 278. 285. 292. 304 s. 306 ss. 313
παννυχίδες 286 s.
panthera 72. 74. 278. 284
Pantheus 31 s. 202. 236 ss. 241. 262. 306 s. 313
pantomimus 91
papaver 271. 286. 291
papilio 136. 157. 160 s. 229. 283
παραστάτης 202
παρήχησις 44
Paridis iudicium 162
Parium 1. 41. 218 s. 257
Parthenius, episcopus Lampsacenus 33
partus 69. 100
Parus 1, 2
Pasicrates medicus 52
Patavium 29. 258
pater 201 s.
Paul. Aeg. 52. 59 ss.
Paus. (II 25, 5) 252 not. (IX 31, 2) 2. 39. 62 passim
pavo 160 s. 229. 283
Pax dea 127. 236
pecorum cura 199. 206 s. 212. 284
pedum 104. 200. 239. 280. 307
Pelagia 63, 1
Peloponnesii daemones 190
Peloponnesus 14. 257
Percote 1. 12. 41 s. 62. 257
Perennius 19. 26. 99 s. 118
Pergamum 19. 25. 98. 257
Perge 14 cf. Artemidorus
περίωπος 44
περίτιος mensis Macedonicus 57
periuri 42
Perseus 159
Περσικαί 198
personae 124. 280
perspectus 277
pervigilia 8. 18. 32. 286 s. 289
pes pedi applicatus 171. 190. 292
Petronius 14. 32. 63. 93 s. 168. 223 ss. 241. 252 s. 255. 263 s. 267 s. 273. 282 s. 287. 289. 315 ss.
Phales 10 s. 237. 304
phallagogia Aegyptiorum 289. 294
phallophori 130
phallovitrobuli 167
phallus passim, cf. imprimis 5 ss. 10, 1. 33 s. 51 ss. 70. 72. 164. 173 ss. 213. 215. 225 s. 228 ss. 236 s. 239. 253 s. 278 s. 291, 1. 299 s., 1
Φανάκης 304, 1
Phanes 70. 177. 239. 308
Philae 291
Phili(s)cus 15. 85
φίλοι 228
Philumenus medicus 60
Phocaea 1, 2
Phocas 219, 1
Phrygia 46 ss. 232. 267 mitra 21. 195 s. *Φρύξ* servus 197 cf. Thraces.
Phyromachus 19. 98 ss. 170
Picus 91, 1
pileus 195. 197
Pindar. Pyth. (10, 33 ss.) 267
pinea, pinus 272 s. 285
pirus 165
piscatores 7. 167 ss. 197. 215 ss. 246. 269. 280
pisces sacrificantur 269
Piso 50
pistoria opera 167
Plato Phil. (38 C/D) 167 Symp. (189 C ss.) 70
Plato comicus 10
Plin. nat. hist. (19, 50) 207 (31, 23 al.) 42 (33, 111 s.) 174
Plinius minor 29. 54

Plut. Crass. (17, 10) 296 Luc. (13, 5) 58 Numa (15) 91, 1 Sol. (8, 5) 196
Plutus infans 127. 236
pocula 166 s. 228. 279 s.
podagra 64, 1
Polycles 197
Polyphemus 138. 159
Pomona 88
Pompei 6, 2. 22. 26. 30. 120. 254 s. 258. 310 s. Villa Item 26. 72, 1. 120. 158
populus arbor 165
porcus 26. 268
Porphyrius 25. 44. 237 ss.
porta sacra 249
potoria vasa 166 s. 228. 279 s.
praesens 226. 287
Προαίνετος 42
Praxiteles 41
precatio 263 s. 317, 3
Priamus 43. 46. 50
Πρίανσος 47
Πριαπαῖος 57 s.
Priapea passim imprimis 16 ss. 28 ss. 34, 1. 53 ss. 280 ss.
Πριάπειος, *Πριαπήιος* 53 ss.
Πριαπηναῖος 57 s.
Priapeum metrum 18. 28. 53 ss.
Πριαπικός 57
Πριαπίνη 58
Πριάπιον 57. 204. 314
Πριάπιος 56 s. *λιμήν* 56. 295
Πριαπίς 41. 53
Πριαπίσκος (sive *πριαπίσκος*) 51 s. 102. 104. 179. 182. 193. 292
πριαπισκωτός 53
πριαπισμός 32. 58 ss.
πριαπισταί 58. 61. 228. 261
πριαπίζειν 58 ss.
πριαπώδης 58. 297 s.
Priaponesus 14. 47 s. 257
Priapus deus passim Priapi 25. 29. 31. 59. 93 s. 211. 242 ss. 261 s. 270. 304 nomen contumeliae causa hominibus impositum 50 priapus phallus 32. 48 s. 51. 228 s. 236 s. 253 s. 288. 294
Priapus fluvius 48 s. insula 14. 48 oppidum 1 ss. 12. 35. 40 s. 47 s. 57 s. 77. 257
Priapus pictor vascularius 2. 48 ss.
Priasus 46
Priene 46 s.
Πριηπηναῖος 48. 57 s.
Πριέπιος 3. 56 s. 89 s. 206
Priepus etc. cf. Priapus
Prietus 42. 47. 57
Πρίνετος 42
Πριόλας 46
πρίων 47
πριοποιεῖν 44
Prob. pers. Verg. georg. (4, 110 s.) 185
προίεσθαι τὸ σπέρμα 44. 221
prologi tragici 234 s. Afranii 85
Πρόνεκτος 42
Προπύλαιος 213
prosapia 45 s.
Proserpina 119. 238
Protogonus cf. Phanes
Prudentius 33. 40. 77. 203. 242. 245
Psyche 136. 262
Ptolemaei cf. Alexandria—Philadelphi pompa 1. 13 s. 76. 104. 182 s. 194. 235 s. 305 Euergetes 13 Philopator 18. 26. 53
Ptol. geogr. (VII 4, 3) 56
puerorum amor 18. 29. 221. 308
purpurae inventio 77 purpurea vestis 73, 1. 77. 195 s.
puteal, puteus 215. 247
Pygmaeus 72
Pythagorei 146

Quartilla 32. 261. 287. 316 s.
quercus 165. 285

recalvus 184
reluctans hostia 268
Rhea 76
Roma passim imprimis 18 s. 25 ss. 258. 299 ss.
Roman 160. 317
Romulus 299, 1
rosa 271. 286
ruber color 172 ss.
Rubrius Samius 187 s. 208. 214. 278. 313
Rufus Ephesius 52. 59 ss.
ruinas amant Alexandrini 249
rusticae vitae desiderium 13. 23
rusticus deus Priapus 203 ss.

sacculus pecuniae 201. 236
sacerdotes 261
sacrificia 264 ss. 289 etc. ab ipsis dis oblata 262 s.
sarpimenta 210 s. 249 s.
Saturnum 34. 258
Sabi 91
salix 165
saltatio 89 ss. 104. 222. 289. 314 ithyphallorum 90, 1. 173. 190, 1. 197
Samothrace 3. 2
sanat Priapus 224 s. 233
sanctus 201
sannio 180. 191 not.
Sarapis 13, 3. 24. 198. 239. 293 s.
saturica signa 207
Saturnii versus 188
Saturnus 295
Satyri et Sileni 9. 21. 23. 25 s. 31 s. 59 ss. 73 s. 82. 85. 96. 106. 113. 118. 123. 128. 135, 1. 136. 138. 142. 186 s. 198. 242. 262. 278. 296. 298, 2. 304 s. 312 s. *Σάτυροι* sim. comoediarum titulus 50. Cf. Faunus
σατυρίασις, σατυριασμός 32. 59 ss.
satyrica fabula 85. 141
satyricum metrum 55 s.
σατύριον herba 51. 56 s. 179
scabellum 149. 289. 296
scamnum Hippocratis 52
scirpeum 200. 291
σχεδία Hippocratis 52
scirpius 284
sedere 100. 170 post precationem 234. 263
Seleucidarum regnum 19
Semele 74. 119
Semones 240
sepulcra 7. 32. 64. 136. 138. 229 ss. 256
Serapis cf. Sarapis
serpens 284
sertum cf. corona
Servius Tullius 299, 1
sibilare 191 not.
Sidonius 39 s. 169. 178, 1. 315
Sileni cf. Satyri-Silenus tutor Bacchi 74. 94. 129 Priapi 72 ss. 262. 304 mitratus 94. 197, 1 *ἀνάσυρμα* 180 s. asinus 78 ss. imagines 116. 130. 134, 1. 180 s. 186. 190. 293. 304, 2
silvae 205. 245 s. 248 s.
Silvanus 30 ss. 142. 198. 200. 239. 242 s. 284 s. 312 s.
Simias Rhodius 85
σιμότης 186
simulacra passim-a deo ipso non distincta 31. 243 ss. cum deo ipso coniuncta 72 dedicata 277 s. in templis 255
Sinope 219, 1
sinum 275
Siren 160
Smyrnaei nummi 119 s.
Socrates Cous 37
sol (sive Sol) 31 s. 238 s. 290 s. 294. 306
somnium 264
Soph. Oed. Col. (287 s.) 234 s.
Sophocles, Apollonii Rhodii interpres 45. 65 ss. 76
sopio 46
Soranus 52. 59 s.
Sotades 15. 50. 53. 55. 94
σωτήρ 65. 219 *κόσμου* 163
speculum 201
σπερματικὸς λόγος 237 s.
Spes dea 136
σφηνοπώγων 184
spinam extrahens puer 170, 2
Steph. Byz. s. v. *Ἄβαρνος* 67 ss. *Λάμψακος* 62. 205 etc. *Ὄρνεαί* 252 not.
stipes 169. 178, 1. 315
Stoici 5, 2. 24 s. 32. 237 ss. 306 s.
στόρθυγξ 170 s.
Strabo (p. 376) 251 s., 1 (382) 251 s. etc. (587 s.) 35. 205. 297 etc.
strigilis 200
symplegmata 224
συνναῦται 217 ss. 261
Syria dea 149. 288. 296. 314
syrinx 242. 279 Syrinx nympha 88

Tabellae obscaenae pictae 279 votivae 282
taenia 21. 96. 185. 196. 201. 249. 277 s. 294
talaris vestis 8. 20 s. 192 ss. 314
Taprobane 56. 295

Taraxippus 190, 1
Tegeatae 90
Telesphorus 193
templa Priapi 8. 16. 32. 97. 251 ss. 277. 280 ss.
tempora anni 271. 311 s.
Terent. Eun. (732) 64
terminus (sive Terminus) 6. 213. 246
Terpon 9. 237
terrae contagio 100 terrenus deus Priapus 203 ss.
testiculi 178. 244
Thebanus daemon ithyphallus 189 Thebae 257
θηλυμίτρης 197
Themison 59
Theocritus 15 s. 22. 31. 43. 88 s. 92 s. 168 ss. 185. 204 s. 214. 222 s. 247. 249 s. 263 s. 268. 308 Schol. (1, 3/4 e) 306 s. (21) 35 s. passim (81) 93. 185
Theon, Theocriti interpres 36
Theophanes continuatus 42
Theophilus, episcopus Alexandrinus 33
theophora nomina 49
Theophrast. char. (16, 10) 301 s., 1
Thera 1. 14. 104. 214. 228. 233 ss. 257 cf. Artemidorus Pergaeus
thiasi lasciviores 228
thiasus Bacchicus cf. Bacchae, Bacchus, Satyri
Thomas apostolus 63, 1
Thraces 46, 1. 267. 306 cf. Phryges
Θρίαμβος 89. 303
thymiaterium 251
θυν(ε)ῖται 218
thyrsus 8. 32. 97. 200 s. 217. 280. 306
tiara 21. 195
tibiae 267. 279. 289. 296
Tibullus 29 s. 204 s. 223. 264. 277
tigris 284
Timocles comicus 50
tintinnabula 201
Titanes 58. 89 ss. 294. 299, 1. 309
Titii 299 ss.
Titinus cf. Mutinus
τιτίς 299, 1
titus 299, 1
Tityus 299, 1
topia 22 s. 245 ss.
tragelaphus 58
Traianus 300 s.
Tribacelus 175
τριπέτηλος 172, 1
Τριφάλης, Triphallus 175
Triphis 104
Triptolemus 151
τρισκελής 171 s.
τρίττοια 268
tugurium 256
tus 276
tutulus 300
Tutunus cf. Mutinus
Tychon 10 s. 35. 38. 65. 90. 240. 297 s. 309
Tymnes 19. 58
tympana 267. 279. 289. 296

Ulixes 315 ss.
umbella 141

Valerius Cato 28. 244 s.
Valerius Flaccus 33. 39. 250 s.
vannus mystica 74. 104. 148. 305, 1
Varro 27 cum n. 3. 175. 272. 300
Veliae 27. 254. 300
velum 144. 250. 277
Venus 7. 14. 16. 18. 22 ss. 26 cum n. 3. 36 s. 62 ss. 89. 92 s. 99. 106. 134, 1. 138. 189. 191, 2. 201. 220 s. 224. 254 s. 286. 292. 310 ss. 317 armata 157 Dione 36. 63 Marina 218 ss. Pompeiana 254 s. 258. 310 s. *pudica* 179 apud Aegyptios 24. 103 s. mater Gratiarum 99 hortorum patrona 27 cum Amore coniuncta passim, cum Baccho 62 ss. passim, cum Hermaphrodito (et Amore) 181 not. 182, 1. 302, cum Mercurio 64. 302, cum Pane et Amore 25. 150 calceamenta 198 concha 136. 229 luci 248 sacra animalia 282 ss. myrtus 285 rosa 271. 286
Vergilius 28 ss. 40. 51. 54. 56. 85. 212 s. 240
Verpus 50
Vertumnus 30. 88. 169. 197. 240
Vesta 78 ss. 221. 265. 314

Vettii 236
viatorum tutela 6. 19. 99. 214 s. 234. 246
Victoriae 242
vineae 6 s. 29. 205 ss. 245. 247. 266. 276. 305
vinum 276
viola 56. 271
Virius Nicomachus Flavianus 33. 165. 167 s.
vitrea potoria 166 s.
Vulg. (regg. I 15, 13. chron. II 15, 16) 295

ξείνια dona votiva 287
Xenarchus 1. 43. 50. 53
Xenea 92
ξύλον Hippocratis 52

Index imaginum

Quas in quarta tabula inveniri p. 106. 108. 125. 140 indicavi imagines, eas postea primae addere visum est. Tribus igitur quas tenes tabulis hae continentur imagines:

Tab. I: Figura figlina Aegyptiaca, quae Dresdis in Albertino asservatur, IV C 6 c.

Herma aeneus, qui in urbe Stuttgart (*Württ. Landeskunstsammlungen, Altertümersammlung*) asservatur, IV E 70.

Figura argentea, quae Vindobonae (*Kunsthistorisches Museum, Antikensammlung*) asservatur, IV D 18 a.

Figura aenea, quae Wimariae (*Goethe-Nationalmuseum*) asservatur, IV D 46.

Herma aeneus, qui Augustoduni in museo Rolin asservatur, IV H 53.

Figura aenea, quae Bonnae in museo academico (*Akademisches Kunstmuseum*) asservatur, IV E 52.

Herma aeneus, qui Brunsvigae (*Herzog Anton Ulrich-Museum*) asservatur, IV H 45.

Tab. II et III: Opus marmoreum, quod Dresdis in Albertino asservatur, IV F 3.

Gratiam iis, qui his museis praesunt, habeo magnam, quod publicandi mihi veniam dederunt.

Lippert & Co. G.m.b.H., Naumburg (Saale)

BINDING DEPT. JUL 18 1962

CIRCULATION DEPARTMENT

BL
25
R37

Religionsgeschichtliche Versuche und Vorarbeiten

Bd.23

CIRCULATE AS MONOGRAPH

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY